

**D. HAYMONIS**  
**EPISCOPI HALBERSTAT. HOMI.**

liae siue cōciones ad populum, super **Euangelia**  
dominicae cæterorumq; celebrium die-  
rum, secundum seriem temporum fe-  
liciter digestæ.

**DOMINICA PRIORIS**  
**ma aduentus. Matthæi XXI.**

**In illo tempore : Cum appropinquasset**  
**(Iesus) Hierosolymis, & uenisset Bethphage**  
**ad montem Oliueti. Et reliqua.**



**N**ON SOLVM  
opera & uirtu-  
tes, quas fecit  
dñs, plena sunt  
mysterijs, sed etiam ipsa lo-  
ca, in quibus docuit uel per-  
ambulauit, aliquoties à my-  
sterijs uacua nō sunt creden-  
da, quod in exordio huius le-  
ctionis comprobatur, cum  
appropinquans dñs Hiero-  
solymis, primū uenisse Beth-  
phage in montem Oliueti

dicitur. Mons enim Oliueti non longe ab Ierusalem  
distat, mons huberrimus & decorus, arboribus infi-  
tus, & maxime oliuarum, à quibus & nomen accepit.  
**In cuius latere Bethphage quondam uiculus sacerdo**

2 **DOMINICA PRIMA**

tum fuit, ubi hostias præparabant, quas in templo domini oblaturi erant. Spiritualiter autem mons Oliueti dominum Iesum Christum significat, qui est mons pinguedinis, mons misericordiae, quoniam misericorditer genus humanum redimere uenit: quæ <sup>ἁλοῦ</sup> græce, latine misericordia interpretatur. Hic est enim ille mons, de quo per Isaiam prophetam dicitur: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super colles, & sublimis erit ualde. Et Danielis: Vidi præcisum lapidem de monte sine manibus, qui creuit in montem magnum, & impleuit totam terram. Bethphage autem quæ domus buccæ uel maxillarum interpretatur, significat ecclesiam, quæ sine intermissione os, quod uulgo bucca dicitur, in confessione domini apertum habet, dicens cum Psalmista: Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Spiritualiter uero eadem ecclesia a deo reficitur ac pascitur, quæ potest dicere cum propheta: Dominus pascit me & nihil mihi deerit, & reliqua. Bene ergo Bethphage in latere montis Oliueti esse dicitur, quia de latere Christi pendens in cruce, ecclesia formata est, quando unus militum lancea latus aperuit, & continuo exiit sanguis redemptionis, & aqua baptismatis. Ierusalem quippe quæ uisio pacis interpretatur, caelestem patriam significat, ubi summa & uera est pax de uisione conditoris. Pulchre ergo dominus cum Hierosolyma tendit, Bethphage ad montem Oliueti uenisse describitur, quia omnis qui ad uisionem supernæ pacis uenire desiderat, necesse est in primis dominum Iesum Christum & corde credat, & ore confiteatur: & sicut Bethphage sacerdotes hostias præparabant & emundabant, quas in templo domini erant oblaturi, ita unusquisque fidelis in presenti ecclesia, ab omnibus uitij & peccatis, per bona opera se purificare debet, ut acceptabilis hostia deo fiat, iuxta

Isaie. 2.

Daniel. 2.

Psalm. 24.

Psalm. 22.

**ADVENTVS.**

admonitionē Apostoli Pauli dicentis: **Obsecro uos p** Roma. 12  
**misericiā dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiā**  
**uiuētem, scētā, deo placentē, rationabile obsequium**  
**uestrum. Talem hostiā se pręparabat idē Apostolus,**  
**cum dicebat: Castigo corpus meum & in seruitutem** 1. Cor. 9  
**redigo, ne forte cum alijs prędicauerim, ipse reprobis**  
**efficiar. Tunc misit duos discipulos suos, di-**  
**cēs eis: Ite in castellū quod cōtra uos est. Spi-**  
**ritaliter autē duo discipuli q̄ in castellum mittuntur,**  
**duos ordines significāt prędicatoꝝ, quorum unus ad**  
**Iudæorum populū, alter uero ad gentium destinatus**  
**est. Quos specialiter Petrum & Paulū suscepisse ma-**  
**nifestum est, teste Apostolo: Qui operatus est Petro** Gala. 2  
**in apostolarum circūcisionis, operatus est & mihi in-**  
**ter gētes. Iuxta literam scđm quosdam Petrus & Phi-**  
**lippus fuisse dicitur, eo q̄ Philippus Samarię prędi-**  
**cauerit, nomen Samarię Asiam interpretātes. Aliter,**  
**duo discipuli quos ante se dñs pręmisit, intellectum**  
**& operationem significant: quia unusquisq̄ qui regi-**  
**men ecclesiasticum assumpsit, & potestatem ligandī**  
**atq̄ soluendi, expedit ei ut intellectus & operatio prę-**  
**cedat: quia unum absque altero summum atque prę-**  
**cipuum apud creatorem esse non potest, qui dixit di-**  
**scipulis suis: Scitis hęc, beati eritis, si feceritis ea. Pri-** Johan. 14  
**imum ergo discipuli pręcedunt, & postea Iesus sequi-**  
**tur, quia ad eorum corda dominus uenit, qui intelle-**  
**ctum recte credendi, & operationem bene uiuendī**  
**habent, dicente scriptura: Intellectus bonus omni-** Psal. 111  
**bis facientibus eum, laudatio eius manet in seculum**  
**seculi. Castellum autē ad quod mittuntur, iuxta lite-**  
**ram Ierusalem ciuitatem intelligimus. nec cuiquā ab-**  
**surdum debet uideri, si urbs regia, castellum nomina-**  
**tur, quia usus scripturę est, aliquando castellum pro**

4 **DOMINICA PRIMA**

ciuitate, & ciuitatem pro castello uocare. **Spiritualiter** aut castellum ad quod mittuntur, mūdum significat, quod contra eos fuisse dicitur, quia in exordio prædicationis mundus eorum doctrinæ conatus est resistere, sicut apostolis Iudæi dixerunt: **De secta autem hac nouimus, quod ubiq; ei contradicitur. Qui & ab apo-**

**Actuū. 28.**

stolis improperando audierunt: **Vobis quidem oportuit primum loqui uerbum dei, sed q̄a repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Quod autem subiungit, Et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea, soluite et adducite mihi, iuxta morem prouinciæ**

**Actuū. 13.**

loquitur. **Usus enim erat in illis regionibus, & in singulis ciuitatibus uel uiculis, ut asinus uel q̄dlibet animal ad sedendū aptum, præparatum haberetur, & si cui ex ciuibus necesse esset itinere unius diei, huius uehiculari sustentatione uteretur: habitatores autem urbis de sustentatione uehiculari communiter cogitabant.**

**Mos igitur iste Hierosolymis seruabatur, quādo dñs discipulos suos illō misit, dicēs: [Et inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. Et reliqua.] **Spiritualiter aut per asinam quæ domita erat, synagoga figuratur, quæ iugo legis fuerat mansueta & attrita, & in legalibus ceremonijs obseruandis edomita. Per pullum uero lasciuum & indomitum, qui absq; frenis huc illucq; discurreret, gentilis populus designatur, qui nulla legis doctrina constrictus, nulla dei notitia instructus, incertus & errans, post idola manuum suarum currebat. De quo bene iuxta alium euangelistam dicitur:****

**Super quem nullus hominum sedit. Quia super gentilem populum nullus prophetarum, nullus patriarcharum, suam prædicationem & eruditionem adhuc exercuerat. **Non solum enim asina alligata, sed****

**ADVENTVS.**

etiam pullus inueniri dicitur: quia non solum gentilis  
 populus, sed etiam Iudæorum, peccati uinculis erat astri-  
 ctus, teste Apostolo, qui ait in epistola ad Romanos:  
**Non enim est districtio Iudæi & Græci.** Omnes enim  
 peccauerunt, & egēt gloria dei. Et iterum: Tribulatio  
 & angustia in omnē animam hominis operantis ma-  
 lum, Iudæi primum & Græci. Et bene prius soluere p̄-  
 cepit, & sibi postea adducere, quia ordo rerum posce-  
 bat, ut prius homines ab infidelitatis uinculis solu-  
 rentur, & postea per fidem sibi præsentarentur. Vincu-  
 la enim peccata sunt, ut ait Salomon: Funiculis pecca-  
 torum suorum unusquisque confringitur. Et alij quidem  
 euangelistæ tantum pullum posuerunt, uocationem  
 gentium solummodo exprimere cupientes. Matthæ-  
 us autem utrumque animal posuit, asinam uidelicet, &  
 pullum, ut significaret ex utroque populo aliquos in Chri-  
 sto esse credituros. Quasi enim ad soluendā asinam apo-  
 stolos misit, quā specialiter ad synagogam prædican-  
 dum eos destinauit, dicens: In uiam gentium ne abie-  
 ritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed  
 potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Quasi  
 ad pullum misit, quando post suam resurrectionē eis  
 præcepit, dicens: Euntes in mūdum uniuersum, doce-  
 te omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris &  
 filij & spiritus sancti. Quid uero subiūgit: **Et si quis  
 aliquid uobis dixerit, dicite quia dñs his o-  
 pus habet. et confestim dimittet eos:** Hoc est,  
 quod iuxta Lucam euangelistam pullus quem disci-  
 pli soluerunt, multos dominos habuisse fertur, quia  
 Iudæorum & gentiū populus non uni errori, sed mul-  
 tis erat deditus. Domini autem qui solutionē contra-  
 dicebant, immundi spiritus sunt intelligēdi, qui quon-  
 dam tyrannidem post peccatum in humano genere

Roma. 10  
 Roma. 2

Prou. 5

Matth. 10

Matth. 23



onem ignorantia à Iudæis auferret, cum domini aduentum prædiceret propheta, ipsam qualitatem domini aduenientis ostēdit, dicens: **Dicite filia Sion, & reliqua.** ] **Historialiter** autem filiam Sion, **Ierusalem** appellat, in cuius sublimiori loco Sion posita erat, non solum ad defendendum tutior, sed etiam ad contemplandū sublimior locus. **Ac** si diceret propheta: **O uos Iudæi, quos ille aduentus domini in carne inuenturus est, his signis regem uestrum cognoscite: Cum uideritis eum uenientem mansuetum, non superbum, sed humilem: non armorum splendore terribilem, ut quondam ad uestram destructionem Nabuchodonosor & Antiochus uenerunt, sed ad restaurationem: non sedentem super spumeum equum discordis amatorem, qui ungula terram fodiat, & procul odoretur bellum, sed super asinam pacis amicam, uel super pullum filium asinae: non ut auferat à te temporale regnum atq; terrenum, sed conferens tibi, si credideris, caeleste & sempiternum: non ut ducat te in terram alienam uinctum, sed ut restituat in propria liberum. Quod autē ait, [tuus,] tale est ac si diceret: **Tuus** inquam, non alienus, non extraneus, sed proprius, ex te natus, & in te nutritus, & ad tuam salutem ueniens. Quod uero subiungitur, [mansuetus,] ostendit suam mansuetudinē non solum in uerbis, sed etiam in subiugali sessione. **Spiritualiter** namq; Sion, quæ speculatio interpretatur, ecclesiam significat, quæ mundo corde quotidie contemplatur eum qui dixit: **Ego principium** qui & loquor uobis. **Et iterum: Ego sum lux mundi.** [Dicite ergo filia Sion] id est, ecclesie [ecce rex tuus uenit sedens super asinam & pullū] id est, nō superbū, sed humiliū mentes inhabitans, ut discas ab eo qui mitis est & humilis corde: q̄a qui huius regis regni particeps esse de-**

Johan. 8.

- siderat, necesse est, ut humilis sit & mansuetus, non redens malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ut in eorum numero computari possit, de quibus dicitur: **Mansueti hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam.** Et iterum: **Beati mites,**
- Psal. 5.** quoniam ipsi possidebunt terram. **Mansuetus** autem rex, mansuetos uult habere subditos, sicut ipse dicit: **Matth. 11.** scite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. **A**sinus enim in scripturis, nec semper in malo, nec semper in bono ponitur, sed aliquando asinorum nomine, fatuitas stultorum significatur, aliquando luxuriantium petulantia, aliquando simplicitas uiri iusti. **Fatuitas** stultorum, sicut scriptum est: **Deute. 22.** Non arabis in boue simul & asino, id est, stultum sapienti in prædicatione non socias. **Luxuriantium** petulantia, sicut per prophetam dicitur: **Ieze. 23.** Quorum carnes sunt ut carnes asinorum, & fluxus eorum ut fluxus equorum. **Simplicitas** uiri innocentis, sicut per **Isaï. 32.** **I**saïam prophetam dicitur: **Beati** qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. Ergo in hoc loco asina uel pullus, qui ad sedendum domino adducuntur, simplicem uel innocentem significat animam. **Dominus** enim super asinam sedet, quando simplicem mentem inhabitat, sicut ab eo per prophetam **Isaï. 66.** dicitur: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? **Quasi** enim dominus a seculum sedens **Ierusalem** tendit, cum simplicem mentem inhabitans, ad uisionem intimæ pacis eam ardentem festinare docet. **Quod** bene in sacra ueraciter historia signatur, cum **Achsam Chaleb** filia super asinam sedens, suspirasse legitur. quasi enim **Achsam Chaleb** filia asinam sedens suspirat, quando mens simplicis uiri pro cælestis uitæ desiderio in-



gemiscit. Domini iussione, obedientia secuta est apostolorum. Vnde & subditur: Euntes autem discipuli, fecerunt sicut praecepit eis Iesus, & adduxerunt asinam & pullum. Iam superius per asinam & pullum utrunq; populum diximus figurari, Iudeorum scilicet & gentium. Quasi ergo missi discipuli asinam adduxerunt, quando nonnullos ex synagoga ad fidem Christi uenire fecerunt, sicut in actibus apostolorum legimus, quia praedicante Petro, una die crediderunt tria millia, & altera die crediderunt quinque millia hominum, & multa turba sacerdotum obedebant fidei. Quasi uero adduxerunt & pullum, quando illis maxima ex parte non credentibus, profecti praedicauerunt ubiq; domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed quia ordo orationis poscit, ut prius instruat homo in fide, ac deinde deum sessorem habere possit, recte subiungit: Et imposuerunt super eum uermenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Uermenta apostolorum, eorum doctrinam significat. Quasi ergo super asinam & pullum uermenta sua imposuerunt, ut Iesus mollius sederet, quando sua doctrina corda hominum instruxerunt, ut deum habitare rem habere possent. Quae autem quomodo in tam breui spatio itineris super utrunq; animal sedisse dicit: si enim super asinam sedit, pullus absq; sessore fuit: si autem super pullum (quod plus competit) sedit, asina a sessore libera mansit. quod fieri potest, ut prius super asinam sederit, deinde Hierosolymis appropinquas, turbis sibi obuiantibus, super asellum sedere uoluerit, sicut dicit Iohannes Evangelista: Appropinquas Iesus Hierosolymis, inuenit asellum & sedit super eum. Sed iuxta spiritalem intelligentiam (ut supra diximus) patet sensus quia super utrunq; animal sedisse dicitur, quoniam ex

10 **DOMINICA PRIMA**

utroque populo nonnullos ad suam fidem uocauit :  
Maxima autem turba strauerunt uerimenta  
sua in uia. Alij autem caedebant ramos de ar-  
boribus. & sternebant in uia. Turbae aut quae  
praecedebant & quae sequebantur. clamabant. di-  
centes: Osanna filio Dauid. benedictus qui  
uenit in nomine domini. Considerandum est in hoc  
loco iuxta ordinem personarum, qualitas meritorum: alij  
super asinam uestimenta sua imponebant, ut Iesus mol-  
lius sederet: alij uestimenta sua sternebant in uia, ne pes  
asinam impingeret: alij ramos de arboribus in uia ster-  
nebant, ut iter asinae planum & decorum redderent: & q  
uicinius appropinquare nequibant, sequentes clama-  
bant: Osanna filio Dauid &c. Qui ergo uestimenta sua  
super asinam imposuerunt, apostoli fuerunt, quia doctri-  
na sua mentes hominum ut habitaculum dei essent, praeparauerunt. Qui autem uestimenta sua in uia strauerunt,  
sancti martyres sunt, qui dum corpora sua propter de-  
um ad supplicia tradiderunt, quasi uestimenta sua stra-  
uerunt, iter simplicioribus ostendentes, per quod ad caelum  
peruenire possent. Qui uero ramos de arboribus praecedebant, & sternebant in uia, sancti confessores sunt, quod  
dum sententias patrum praecedentium multiplices & necessarias ad nostram doctrinam proferunt, quasi de  
spiritalibus arboribus ramos cadentes, caelestis patriae  
iter decorant. Turbae autem praecedentes & sequentes, utri-  
usque testamenti significabant fideles, ueteris scilicet ac  
noui. Una enim uoce clamant, quia una est fides praecedentium aduentum domini, & sequentium, teste apostolo  
Petro qui ait: Per gratiam domini Iesu credimus saluari, quae admodum & illi. Quod enim illi praedixerunt futurum, nos iam credimus factum. Quid autem clamant audiamus:  
[Osanna filio Dauid.] Osanna quippe uox est exultan-

Actu. 15.

## ADVENTVS.

n

tium pariterq; laudatium. **F**ilium quoq; **D**avid profite-  
retur, quia de **D**avid stirpe natus ad nos saluator de-  
scendit, sicut ait **A**postolus: **Q**ui factus est ei ex semine **Roma. 1.**  
**D**avid secundū carnē. **V**ersiculus autē iste quem et pue-  
ri in introitu templi domino cantauerūt, sumptus est  
de centesimo septimodecimo psalmo, qui penē totus  
in persona domini canitur, & hæc ad eius aduentum  
pertinent. **C**um enim dixisset **P**ropheta, **L**apidem quē **Psal. 117.**  
reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput an-  
guli, quædam interposita adiūxit: **O** domine saluum  
me fac, o domine bene prosperare, benedictus quæ uen-  
turus est in nomine dñi. **P**ro quo in **H**ebreo habetur,  
osanna adonai osanna, quem **S**ymmachus more suo  
apertius transtulit, dicēs: **O**bscuro dñe saluum me fac,  
obscuro. **O**sanna ergo, pprie **H**ebreorū sermo est, et  
interpretat in nostra lingua, salua, siue saluifica. cui er-  
go turbæ salua siue saluifica clamabāt, utiq; saluatorē  
credebant. **B**enedictum quoq; uenturæ in nomine do-  
mini profitebantur, quia filius non in suo nomine, sed  
in nomine patris uenit: nec suā, sed patris gloriā quæ-  
siuit, sicut ipse **I**udæis non credentibus dixit: **E**go ue- **Johan. 5.**  
ni in nomine patris mei, & non suscepistis me. si alius  
uenerit in nomine suo, illū suscipietis. **E**t iterum: **E**go **Johan. 8.**  
a meipso non ueni, sed pater meus misit me.

## DOMINICA .II. ☩ Aduentus. **L**ucæ XXII.

**I**n illo tempore dixit **I**esus discipulis suis:  
**E**runť signa in sole & luna & stellis, & in  
terrís pressura gentium, præ confusione so-  
nitus maris & fluctuum, **E**t reliqua,

12 **DOMINICA SECVNDA**

**P**ræuidens uel condescendēs & consulens dominus humanæ fragilitati, tribulationes & pressuras, quæ circa finē seculi uenturę sunt, longe ante dicere uoluit, ut tanto facilius tolerentur cū uenerint, quanto ab ipso longius prædictæ recoluntur. Minus enim iacula ferire solent, quæ præuideri possunt. Et electi qui circa finem seculi futuri sunt in carne, tribulationes & pressuras mundi tanto leuius tolerabunt, quanto eas prius ab ipso redēptore prædictas meminerint. Nam interrogatus dominus à discipulis de aduentu suo, & de consummatione seculi, ut supra euangelista retulit, respondit: Audiri enim estis prælia & seditiones præliorū. nolite terreri. Oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & erunt terræ motus magni per loca, & pestilentię & fames, terroresq; de cælo, & signa magna erunt. ] Et quibusdam de persecutione reproborum & patiētia electorum interpositis, adiunxit hoc quod in capite huius lectionis audiuius, dicens: Erunt signa in sole & luna & stellis. Vbi notandum est, quia ad ultionem reproborum hominum ipsa etiam elementa mundi turbata dicuntur, quę singillatim dominus enumerat, dicēs: [ Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum ] ecce cōturbatio hominum. [ terræ motus magni erūt per loca ] ecce respectus iræ desuper: [ erunt pestilētię ] ecce inæqualitas corporum: [ erit fames, ] ecce sterilitas terræ [ terroresq; de cælo, & signa magna erūt, ] ecce inæqualitas aeris. [ Erūt signa in sole & luna & stellis, ] ecce cōmotio siderum: præ cōfusione sonitus maris & fluctuum. ecce cōfusio fluminum, Iustum est enim, ut insensati homines qui in cunctis peccauerūt,

in cunctis feriantur. Id est, si peccauerunt per aëris serenitatē, feriant per tēpestatē. Sic de reliqs ab ipsis insensatis rebus feriant, & impleatur illud qd scriptū est in Salomone. Pugnauit p̄ eo orbis terrarum cōtra insensatos. Quæ aut̄ signa in sole & luna & stellis futura sunt, alius euangelista, **Mattheus**. s. manifestius declarat, dicens: In diebus illis sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadēt de celo. Vbi spiritualiter solis nomine dñs Iesus Christus intelligitur. De quo scriptum est: Vobis autē qui timetis deum, orientur sol iustitiæ. Et iterum. Ortus est sol & congregati sunt. Lunæ autem nomine in hoc loco ecclesia designatur, sicut scriptum est in **Habacuc**: Eleuatus est sol in ortu suo, & luna stetit in ordine suo. In diebus autem illis, id est, in illa ultima tribulatiōe, sol obscurabitur, q̄a dominus Iesus Christus uirtutis suæ potentiā non manifestabit. Luna autem non dabit lumen suum, quia ecclesia miraculorum fulgore nō resplendet. Vnde per Iohannem in **Apocalypsi** dicit: Et factus est sol niger sicut saccus cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis. Et **Apostolus**: Oportet hæreses esse, ut probati manifesti fiant. Quoniam cum dominus potentiā uirtutis non ostendet, ecclesia, p̄ ueritatis testimonio martyrij cruore sanguinea erit, sicut per **Ioel** prophetam dicitur: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, anteq̄ ueniat dies dñi magnus & manifestus. Stellarum autē nomine in hoc loco, hypocritæ designantur, qui dum professionem fidei habent, in ecclesia quasi stellæ & astra fulgent. Sed ultima tribulatione imminente, stellæ cadent de celo, quia plurimi tunc ab ecclesia recedent corpore, à qua prius recesserāt mente. Permittet enim dñs **Antichristum** scuire in sanctis, & suam scuitiam in eis grassari.

Sapient.

Psal. 103.

Habac. 3.

Apoca. 6.

1. Cor. 13.

Joel. 2.

14 **DOMINICA SEC V NDA**

ri pertinaciter, ut patientia eorum probetur. **Vt** Apō  
 2. **Thess. 2.** stolus dicit: **Qui** aduersatur & extollitur supra omne  
 qd dicitur deus, aur qd colitur. **Vñ** in Apocal ypsi dici  
 tur: **Et** misit draco caudā suā, & traxit tertiam partem  
 2. **Apo. 12.** stellarū cæli. **Hinc** Daniel cū Antichristi tēpora prædi  
 ceret, ait inter cætera: **Robur** datū est ei cōtra inge sa  
 2. **Danie. 2.** crificium, p peccato, & psteretur ueritas in terra, &  
 faciet & prosperabitur. **Et** iterū: **Et** usq; ad altitudinē  
 cæli eleuatus est, & deiecit de fortitudine & de stellis,  
 & conculcauit eas. **Et in terris pressura gētium.**  
**Non** sufficiēt ad uindictā reproborum hoīm signa  
 de cælo, sed etiā in terris pressurā gentiū erunt. **Ei**us  
 dem terræ incolis inuicē se prementibus, & inuidiosa  
 contentione in se consurgentibus, sicut dñs ait: **Con**  
 2. **Luc. 12.** surget pater in filium, & filius in patrē, & filia in ma  
 trem suā, & nurus aduersus socrum suā, & inimici ho  
 2. **Isaig. 3.** minis domestici eius. **Vnde** Isaias ait: **Irruet** uir in ui  
 rum, unusquisq; in proximum suum. **Tumultuabitur**  
 puer contra senē, ignobilis contra nobilē. **Et** Paulus:  
 2. **1. Tim. 3.** **In** nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, &  
 erunt homines seipsos amantes, & à ueritate quidem  
 auditum auertēt, ad fabulas autē conuertētur. **Vnde**  
 Matthæus eiusdem tribulationis magnitudinem ex  
 pressius describēs, ait: **Et erit tūc talis tribulatio,**  
**qualis non fuit ab initio vsq; nunc, neque fiet.**  
**Nec** solum cælum & terra, sed etiam mare & flumina  
 ad ultionem reproborum hoīm consurgēt. **Vnde** &  
 subditur: **Præ confusione sonitus maris & fluctuum** nondū  
**cruum.** **Præ** confusione sonitus maris & fluctuum nondū  
 noua exorta est, sed cum maxima ex parte quæ præ  
 dicta sunt, completa cernimus, de minimis que restāt  
 dubitare non possumus. **Iam** enim gentes contra gen  
 tem, & regnum aduersus regnum surrexisse, ut uidi-

mus & audiuius . terræ motus per loca fuisse exper-  
 ti sumus . pestilentias , & fames , terroresq; de celo , & si-  
 gna magna fuisse non ignoramus : signa in sole & luna  
 & stellis à quibusdam frequenter uisa esse referuntur :  
**Confusio** autem sonitus maris & fluctuum , quia non-  
 dum uenit , sine dubio uentura creditur . Tradunt enim  
 nonnulli , quòd circa finem seculi mare , flumina , & ri-  
 uuli , iuxta qualitatem & quantitatem suam uoces & mu-  
 girus emittent , interitum suum quibusdam luctuosis  
 uocibus deplorantes , & per hoc non paruam timorè  
 hominibus audientibus incurient . Quia enim omnia  
 finienda sunt , circa finem seculi omnia commouètur .  
**Hinc** per Iohannem in Apocalypsi dicitur : **Et mare iam**  
**nò est . Arescentibus hominibus .** Spiritualliter in  
 ultima tribulatione homines arescere , est reprobos à  
 pinguedine fidei & charitatis deficere . Multi enim in  
 illa tribulatione à fide arescent , qui prosperitatis tem-  
 pore fideles putabantur , sicut dominus de iactatis se-  
 minibus supra petram ait : **Quia orto sole aruerunt .**  
**Hanc** ariditatem fatuæ uirgines patientur , quædo pru-  
 dentibus dicent : **Date nobis de oleo uestro , quia lam-** Matt. 25  
**pades nostræ extinguitur** Recte autem dicitur : **Præ**  
**timore & expectatione , quæ superuenient uni-**  
**uerso orbi .** Illa enim tribulatio utcunq; tolerabilis  
 est , post cuius finem gaudium speratur : illa dura , aspe-  
 ra & intolerabilis , quæ cum presentialiter cruciat , in  
 futuro maiora comminatur . **Utrunq;** enim reprobis  
 in illa tribulatione cõtinget , quia & presentialiter ma-  
 la sustinebunt , & in futuro maiora expectabunt , quia  
 & foris pœnas , & intus timorem habebunt , nec de præ-  
 senti neque de futuro securitatem animæ habere pote-  
 runt . **Et** ideo recte dicitur : [ **Præ timore & expe-**  
**ctatione , quæ superuenient uniuerso orbi .** ] **Plam**

**virtutes cælorum mouebuntur, 7 tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magnæ maiestate.** Quidam in hoc loco uirtutes cælorum, magistros & rectores ecclesiæ intelligere uolunt. Si enim aiunt, ecclesia spiritualiter cælum est, ut est illud, Cælum mihi sedes est: & Anima iusti, sedes est sapientiæ, nõ incongrue uirtutes cælorũ rectores ecclesiæ intelliguntur, episcopi scilicet & sacerdotes. Et de his intelligi uolunt quod scriptum est: Angeli territi purgabuntur. Angelorum nomen super sacerdotes interpretantes, iuxta illud Malachiæ: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Commoueri autem uirtutes cælorum dicuntur, quia in illo districto iudicio etiam præfules ecclesiarum rationẽ exoluent: non solum pro suis actibus, sed etiã pro commissis sibi animabus, sicut dñs ait: **Homini cui multum commissum est, multum quæritur ab eo.** Et sicut alia scriptura dicit: **Potentes potenter tormẽra patientur.** Nos autem uirtutes cælorũ specialiter in hoc loco, **Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Virtutes, Principatus & Potestates, Cherubim & Seraphim** accipimus, de quibus scriptum est: **Laudate dominum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius.** Quæ uirtutes moueri dicuntur, quia angeli non solũ aduentum domini comirabuntur, sed etiam præcessuri sunt, sicut dominus ait in euãgelio: **Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala.** Et iterum: **Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum.** Et alibi: **Dominus ad iudiciũ ueniet cū senibus.** Et Salomon: **Nobilis in portis uir eius quando sederit cum senatoribus terræ.** Vel certe alio modo commoueri dicuntur, ut terror & districtio iu-

**Isaie. 66.**  
**Sapient. 7**

**Isaie. 41.**

**Malac. 2.**

**Sapient. 6**

**Psalm. 48**

**Matth. 19**

**Isaie. 3**

**Prover. 31**



dicij ostēdatur. Sicut enim, uerbi gratia, cum rex seuerum & districtum iudicium in subiectis exercet, non solum illi timēt qui pro suis meritis iudicātur, sed etiam illi qui eius lateri adherere solent: sic cū deus omnipotens in iudicio reprobos puniet, ut terror & districtio iudicij ostēdatur, etiam illi timere dicuntur, qui gerna stabilitate firmati sunt. Vnde bene per beatum Iob dicitur: **Columnæ cæli cōtremiscunt & pauent ad** *Iob. 26.*  
**nurum eius.** Quid ergo de tabulis fiet, quando columnæ cōcutient? Quid ibi uirgula deserti patietur, quādo cedrus quæ in Libano est concutietur? Quid miseri mortales homines facturi sunt, quando angeli timebunt? Et si iustus (ut ait Petrus Apostolus) iux saluabitur, impius & peccator ubi parebūt? Huius diei districtiōnem conspexerat Sophonias propheta, cum dicebat: iuxta ē dies domini, iuxta & uelox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. **Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis & miseriae, dies nebulæ & turbini, dies tubæ & clangoris.** Et iterum: **Væ qui desideratis diem domini, ut quod uobis eā? & quasi si fugiat homo à facie leonis, & mordeat eum coluber, sic dies domini ista tenebræ, & non lux.** Et sicut Matthæus ait: **Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.** Et iterum: **Tunc erunt duo in lecto uno. &c. Et Lucas: Ecce uenient dies in quibus dicent, beatæ steriles quæ non genuerunt, & hubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite sup nos: & collibus, operite nos. Qui ergo in hac die securus esse desiderat, dū in hoc corpore uiuit, huius diei districtiōnem ante oculos mentis necesse est ponat. Tanto enim erit ibi quisq; securior, quanto in obseruandis mandatis domini modo fuerit timidior. Beatus enim uir qui timet dominum, ait Propheta, in** *Palm. 111.*

- 1<sup>o</sup> Thome. 25.** mandatis eius uolet nimis. Et sicut ait Salomon: **Beatus** homo qui semper est pavidus, qui uero mentis est dura, corruet in malum. In huius diei terrore magna securitatem eleemosynarum largitas tribuet, quoniam ipse iudex ad dexteram positus, dicturus est: **Venite** benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi: **E** surui enim, & dedistis mihi manum ducare: **S**itui, & dedistis mihi bibere: **H**ospes eram, & collegistis me: **N**udus, & operuistis me: **I**nfirmus & in carcere, & uenistis ad me. **B**eatus enim (ait Propheta) qui intelligit super egenum & pauperem, in die malo liberabit eum dominus. **H**inc iusti uiri uoce dicitur: **F**iducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnibus facientibus eam &c. **E**t iterum: **F**ili, eleemosyna a morte liberat, & non patitur hominem ire in te nebras. **N**otandum autem, quia quanto fortiora signa manifestantur, tanto domini aduentus uicinior esse intelligitur. **S**icut enim cum rex ad aliquod palatium uel ciuitatem uenturus est, nuncij alij atque alij mittuntur, sed cum illi uideri coeperint quae ex eius latere sedere solent, de eius aduentu non dubitatur: sic aduentum illum dominicum signa in sole, & luna, & stellis, & multa alia praecessura sunt. **S**ed cum angeli qui ei semper assistunt coeperint apparere, statim aduentus domini uicinus cognoscitur. **V**nde cum dixisset, [Nam uirtutes caelorum mouebuntur] adiunxit: [Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube, cum potestate magna & maiestate] **F**ilius ergo hominis in iudicio uisus est, quia in forma serui, id est in forma hominis quam pro nobis assumpsit, ad iudicium uenturus est, sicut scriptum est: **E**cce ueniet in nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & quae eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terrarum.
- 1<sup>o</sup> Apoc. 7.**
- 1<sup>o</sup> Johan. 19. 22.** **E**t iterum: **V**idebunt in quem transfixerunt. **I**n po

testate autē magna & maiestate eum uisuri sunt, quē in humilitate loquentē audire cōtempserunt. Dignū est em̄ ut ipse filius dei, q̄ in forma hominis iniuste iudicatus est, in eadē forma oēs in iudicio iuste iudicer, sicut ipse dicit in euāgelio: Pater non iudicat quenq̄, sed om̄e iudiciū dedit filio. Et iterum: Potestatem dedit ei pater iudicium facere, q̄a filius hominis est. Sed postq̄ hęc ad terrendos reprobos dicta sunt, mox ad consolandos electos dominus sermonē conuertit, dicens: His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. Ac si diceret dñs: Cum crebris mūdi ruinis, & assiduis plagis eius signū appropinquare uideritis, nolite de mundi interitu flere, nolite de uobis timere: quia cū eius finis uenit, quē nō amastis, inuenietis gaudium quod semp̄ quæstistis. Sape autē in scripturis sanctis, caput pro mente ponitur, sicut per Salomonem dicitur: Sapientis oculi in capite eius. Si enim corpoream uisionem attendimus, nō solum sapientis, sed etiam stulti oculi in capite sunt. Sed sapientis oculi in capite esse dicuntur, quia discretionem spiritus habet in mēte. Quia sicut à capite membra corporis reguntur, ita & mente cogitationes discernuntur. Et sicut caput principale membrum est corporis, ita & mens principatus cordis. Ita ergo & in hoc loco, cum capita iubet leuare, mentem præcipit ad remunerationem æternā præparare. In quibus uerbis ostenditur, quia electi diem iudicij non tantum debent timere, quantum optare. Vnde quotidie in oratione poscunt, dicentes: Adueniat regnum tuum. Quod illorum est facere, qui gratia dei præueniente bona operatos esse recolunt, sicut per Iohannem dicitur:

Johan. 5

Eccles. 2

Johan. 1

duriam habemus in die iudicij. Et ne ad hæc intelligenda humana mens pigra remaneret, similitudinem de rebus uisibilibus dominus adiūxit. Vnde & subditur:

**Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneam & omnes arbores. cū producant iam ex se fructum. scitis quia prope est æstas.** Iplam nang; exposuit, addens: **Ita & vos cum uideritis hæc fieri. scitote quoniam prope est regnum dei.** Ac si diceret dominus: Sicut ex fructu arboris uicina æstas cognoscitur, ita & uos ex ruinis mundi regnum dei proximum & uicinum esse cognoscite. Vnde bene alius

**Matt. 24.** euangelista, scilicet **Matthæus**, ut celeritatem uenientis domini ad iudicium ostenderet, ait: **Ita & uos cum uideritis hæc omnia fieri, scitote quonia prope est regnum dei in ianuis.** Pulchre autem regnum dei ætati comparatur, quia sicut æstatis tempore sol lucidior et splendidior apprens mundum illuminat, ita post iudicium omnis humana fragilitas, omnisq; tentatio transiet. **Et cum sol iustitiæ dñs Iesus Christus in claritate uisionis suæ apparuerit, sanctos maiori splendore glorificabit,** quando implebitur quod dominus a libi ait:

**Matt. 13.**  
**1. Cor. 13.** **Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.** **Et tunc impletum erit quod ait Apostolus: Quod nūc uidemus per speculum & in ænigmate, tūc uidebimus facie ad faciem.** Sicut autem hyemis tempore arbores cernimus folijs nudatas, fructibus expoliatas, & penē mortuas esse, ita in presenti uita sancti mortificantes membra sua super terrā, humiles & despecti apparēt, dicentes cum **Propheta: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.** **Et sicut ap propinquate æstate iterum rediuiuæ arbores uestiuntur folijs, decorantur floribus, ornantur fructibus, ita in die iudicij sancti de terra & puluere consurgent.**

induti stola immortalitatis, iucundi & floridi appare-  
 bunt, dicere **Psalmista**: Iustus ut palma florebit, & sic- **Psalm. 92**  
 ut cedrus **Libani** multiplicabitur. **Taliter** quasi in hie-  
 me in presenti uita spirituales arbores mortuas inspex-  
 rat **Paulus Apostolus** cū dicebat: Mortui em̄ estis, & **Col. 3.**  
 uita uestra abscondita est cū **Christo** in deo. Quasi ite-  
 rum appropinquante ætate easdē uestiri folijs, & de-  
 corari spiritualibus floribus considerabat, quando aie-  
 bat: **Cum enim** apparuerit **Christus**, uita uestra, tunc et  
 uos apparebitis cum ipso in gloria. **Similiter** & **David**  
**Propheta** spirituales arbores mortuas inspexerat, cū di-  
 cebat: **Euntes** ibant & flebant, mittentes semina sua. **Psalm. 125**  
**Et** quasi ætate regno appropinquante iterū uiuifican-  
 das inspexerat, quando aiebat: **Venientes** autem ueni-  
 ent cum exultatione, portantes manipulos suos. **Vnde**  
 sancta ecclesia post resurrectionē dñi fructu iustitiæ re-  
 plerise gaudens, in amoris cantico audiuit à dño: **Ve-** **Canti. 2.**  
 ni electa mea, formosa mea, columba mea, immacula  
 ta mea. **Tota** pulchra es amica mea, & macula non est  
 in te ulla: **Iam enim** huiusmodi transit, imber abiit & recef-  
 sit, flores apparuerunt in terra, tempus purificationis ad-  
 uenit, mane surgamus ad uineas. **Vel** certe aliter, p̄ fi-  
 culneam synagogam intelligere possumus. **Hæc** est  
 enim illa ficulnea, ad quā iuxta aliā euangelij parabo-  
 lam dñs uenisse legitur: **Querens** fructum in ea, & non **Matt. 21**  
 inueniens, dixit: **Nunq̄** ex te fructus nascatur in sempi-  
 ternum. **Cum** ergo uiderimus hanc ficulneā, id est, sy-  
 nagogam ex se fructus credulitatis proferre, sciamus  
 quia prope est regnum dei. quoniam circa finem secu-  
 li per prædicationem **Elia** & **Enoch**, synagoga ex par-  
 te creditura est, teste **Apostolo**, qui ait: **Cum** plenitudo **Rom. 11.**  
 gentium subintrauerit, tunc omnis **Israel** saluus fiet.  
**Et** iterum: **Non** prius quod spirituale, sed quod animā . **1. Cor. 15.**

le, deinde quod spiritale. Vnde & dñs per Malachi-  
**Malac. 4.** am prophetam repromisit, dicens: **Ecce ego mittam  
 ad uos Eliam Thes biten, qui cōuertat corda patrum  
 in filios, & corda filiorum ad patres eorū. Amen dico  
 vobis, quia nō præteribit generatio hæc,  
 donec omnia fiant. Amen,** proprie Hebræorū ser-  
 mo est, & est aduerbiū affirmātis, & cū possit interpre-  
 tari uere siue fideliter, à nullo interpretatū est, sed ob  
 honorem & reuerentiam domini, qui hoc sermone in  
 sua locutione frequenter usus est, ita relictus est sine  
 interpretatione. **Generatio** autem hæc, si de Iudæorū  
 gente intelligatur, non præteribit, ut plures illorum  
 non sint, quoadusque omnia quæ à domino prædicta  
 sunt, implentur. **Si** uero ad totā humani generis mas-  
 sam referatur, manifeste pater, quia non præteribit ge-  
 nus humanū, quoadusque omnia quæ à domino præ-  
 dicta sunt, cōsummata sint. **Prædicta** est enim domini  
 incarnatio, & impleta est: **Prædicta** est eius passio, &  
 resurrectio, & impleta sunt: **Prædicta** est gloriosa eius  
 ascensio, & completa est: **Prædicta** est ecclesia per uni-  
 uersum mundum futura, & oculis cernimus impletū:  
**Prædicta** sunt signa in sole, & luna, & stellis, impleta  
 sunt: **Prædictus** est sonitus maris & fluctuum, nulli  
 dubium quod adueniat: **Prædicta** est dies iudicii, quia  
 nondum impleta est, sine dubio implenda creditur:  
**Prædictum** est uniuersale iudicium, & uitæ æterna, &  
 cōplenda expectamus. **Cū** quanta autē firmitate credē-  
 da sint, quæ à domino prædicta sunt, ipse manifestat,  
 cum adiungit: **Cælum & terra transibunt, uerba  
 autem mea non transibunt.** Nihil enim rebus uisi-  
 bilibus cælo & terra durabilius, nihil in rebus huma-  
 nis uelocius quā uerba transeunt, quæ nec p̄fici nisi trās-  
 cundo possunt. **Cum** ergo dominus dicit: [Cælum &

terra transibunt, uerba aut̄ mea non trāsibunt, ] ostendit quia quæ apud nos fixa uidentur, apud illum trāsitoria sunt: & quæ apud nos trāsitoria uidentur, in eius uerbis firma & stabilia sunt: quia fixas & permanētes sententias format eius sermo dum transit. Sed quæritur cum dominus dicat: [ Cælum & terra transibūt, ]

quomodo stare possit illud quod ait Ecclesiastes: **Generatio præterit, & generatio aduenit, terra uero in sempiternum stat.** Si enim iuxta domini uocem [ cælum & terra transibunt, ] quomodo terra in sempiternum stare dicitur? Ad quod dicendum, quia aliud est cælum aerēū, aliud sidereum, & aliud æthereum. Cælum ergo aerēum terrę uicinū est, unde & aues cælinominamus, quas super aera uolitare cernimus: & pluuia dicitur cadere de cælo, cum utiq; de nubibus quas cernimus pluat. Cælū ergo hoc aerēum & terra transire dicuntur, Psalmista dicente: **Initio tu dñe terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt. Nō ut ompino non sint, sed ut in melius immutanda sint, Ipsa ergo immutatio transitus appellatur. Transire uero dicitur, non solum id quod ita perit quoniam nunquam sit, sed quod immutatur in melius sit. Sicut metalla aurea & argentea per ignem transeunt, non ut non sint, sed ut pulchriora fiant. Quoniam cælum & terra, quæ nostris iniquitatibus polluta sunt, per ignem in die iudicij purganda sunt, sicut ait Psalmista: Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et tantū ardebit ignis iudicij in aere, ut nonnulli tradunt, quantum aquæ diluuii occupauerunt super terram, & ipsa immutatio cæli & terræ, transitus appellatur. Sicut enim homo amictū uel quodlibet uestimentum à se proijcit, ut alterū decentius induat, ita deus omnipotens cælum & terram per**

*Ecclesi. 1.*

*Psalm. 103.*

24 **DOMINICA TERTIA**

ignē purgabit, ut purgata in melius cōsistant. **Vñ & p**  
**psalm. 101** Psalmistā dī: **Et uelut amictū mutabis eos, et murabū**  
**3. petri. 3.** tur. **Hinc per Petrū apostolū dī: Celi aut qui nūc sunt**  
**& terra eodē uerbo reposita, igni referuata sunt in die**  
**iudicij. Et iterū: Dies dñi sicut fur, ita in nocte ueniet, in**  
**q̄ celi magno impetu trāsibūt, elemēta uero calore sol**  
**3. isaie. 65.** uent. **Hinc & per Isaiam dñs dicit: Ecce ego creō calū**  
**nouum & terram nouam, nō ut condenda sint, sed ut**  
**in melius immutanda. Sic & per Iohānem in Apocaly**  
**3. apoc. 21.** p̄si dicitur: **Ecce noua facio omnia.**

**DOMINICA III.**

**Aduentus. Matthæi XI.**

**In illo tēpore: Cum audisset Iohannes in**  
**uinculis opera Christi, mittēs duos de disci**  
**pulis suis, ait illi: Tu es q̄ uenturus es. Et rel.**



**Matth. 3.**

**I**n exordio huius lectio  
 nis inquirendū est, q̄re  
**Iohānes** **Bap.** p̄pheta,  
 & plusquam p̄pheta, q̄ sal  
 uatorē alijs digito ostēde  
 rat, dicens, **Ecce agnus dei,**  
 ecce q̄ tollit p̄ctā mūdi. **Et**  
 quē uenientē ad baptisimū  
 expauerat, dicens: **Ecce a te**  
 debeo baprizari, & tu ue  
 nis ad me? **Nunc in carcere**  
 positus, quasi quis sit igno  
 rans, discipulos ad interrogandū misit, dicens: **Tu es**  
**qui uenturus es. an aliu expectamus?** **Nunquid**  
 ergo ignorabat eū, quē alijs demōstrauerat, et sup quē  
 Ipm̄ sanctū in colūbæ specie descendētē & manentē



widerat, uocemq; patris in tonantem audierat: **Hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacuit. Et de quo multa testimonia phibuerat, dicens: Qui de terra est, de terra loquitur: qui de celo uenit, super oēs est: Nō, sed hæc interrogatio Iohannis, illius discipulis potius quàm illi necessaria erat. Vt quid ergo interrogauit: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Ad qd respondendum, quia in hac interrogatione (ut diximus) non sibi, sed discipulis suis consuluit, id non propter suam ignorantiam, sed ppter incredulitatē interrogauit discipulorū. Quod autē discipuli Iohannis erga dñm, quem adhuc uerum deum non cognoscebant, aliqd mordacitatis uel liuoris haberent, superior textus euangelij ostendit. In illo die accesserunt discipuli Iohannis ad Iesum, dicens: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autē tui non ieiunant? **Et iterū: Accesserunt discipuli Iohānis ad eum, scilicet ad Iohānem, dicens: Magister, cui testimoniū perhibuisti, ecce baptizat, & omnis turba post eum uadit. Ac si dixissent: Nos relinquimus, & illū omnis turba sequit̃. Positus ergo Iohannes in carcere, sciens se p ueritatis testimonio moriturū, discipulos quos ad credendum Christo præparauerat, in hoc errore relinquere noluit, & ideo sub obtentu interrogationis, eos ad interrogandum misit, ut dū ad interrogandum eū pergerent, uidentes signa & miracula quæ faciebat, uerū deum esse illū cognoscerent, ac crederent, & sic ab ipso errore liberarentur. Est & alia rationalis causa, pro qua Iohānes ad interrogandū Christum discipulos misit. Nouerat em̃ pro redemptione hoim Christum natū de uirgine in mundum uenisse, utrum autem moriens per seipsum eos qui in inferno iniuste tenebantur, liberaturus esset, adhuc ignorabat: & ideo non dixit: tu****

es qui uenisti, sed tu es qui uenturus es. **Ac** si diceret: **Ego** in carcere clausus ab **Herode** capite truncandus, ad inferna descensurus sum: **Manda** mihi utrum debeam aduentum tuum annunciare inferis, qui nunciavi superis, an non cōueniat filio dei, ut gustet mortē, & ad hoc sacramentum peragendum, id est, ad liberandas animas, alium q̄ te missurus es. **Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Iohanni quæ audistis & uidistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.** **R**esponso ista domini ad superiorē sensum pertinet, qui non ad interrogationē Iohannis respondit, sed ad cogitationes interrogātium. **D**e morte namq; sua requisitus, miraculorū uirtutes enumerauit, ut uidentū animos ad suam credulitatē prouocaret. **Ac** si diceret: **Conferte** opera quę in me uideris, cum p̄phetarū oraculis, quę legistis, ut & me illum esse cognoscatis, de quo olim p̄pheta gaudēs dicebat: **Dñs** ipse ueniet, & saluabit nos. **[Cæci uident]** ut impleatur illud p̄pheticum: **Tunc** aperientur oculi eorū. **[Claudi ambulant]** ut impleatur illud: **Tunc** saliet sicut ceruus, claudus. **[Leprosi mundantur]** quia sicut per prophetam dicitur: Ipse iniquitates nostras tulit, & lāguores nostros ipse portauit, cuius liuore sanati sumus. **[Surdi audiunt,]** ut impleatur: **Et** aures surdorū patebunt. **[Mortui resurgunt,]** ut impleatur illud: **Viuent** mortui tui, interfecti mei resurgent. **[Pauperes euangelizantur,]** ut illorum ministerium impleatur, de quibus dicitur: **Dominus** dabit uerbum euangelizantibus uirtutem multam. **S**piritualiter autē Iohannes uinctus in carcere, legem significat uinctā in cordibus Iudeorū, quæ dum nō **spiritualiter**, sed **carnaliter** intelligebatur, quasi uin-

Isaie. 35.  
Isaie. 53.

Isaie. 35.  
Isaie. 26.

culata & ligata iacebat. [Misit ergo Iohānes duos discipulos ad Christū, ut interrogarēt eū: [Tu es qui venturus es, an alium expectamus? ] Misit & lex scribas & pharisæos, qui saluatorem interrogarent: Si tu es **CHRISTVS**, dic nobis palam. Et iterum: Dic nobis in qua potestate hæc facis. Quibus congrue à domino respondetur: Euntes renunciate Iohanni quæ audistis & uidistis: [Cæci uident, & reliqua] Per has em̄ infirmitates corporum, debilitas animarum significata est. Infirmorū uero curationes enumerauit: quia non uenit uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. **Ait em̄:** [Cæci uidēt.] Ac si dicat alijs uerbis: Iam tempus gratiæ meæ apparuit, quo uerum lumen resplendens in mundo, eorum oculos qui in tenebris & in umbra mortis sedebant illuminet, & purgato mentis oculo, illum aspicere incipiant, qui ait in euangelio: Ego sum lux mūdi, ut impleatur in eis, **Beati mundo corde, qm̄ ipsi deum uidebūt.** [Claudi ambulāt.] **Hoc est:** illi qui in uia dei claudicabant, nunc utriusq; testamēti instructi lectione, & dilectione dei & proximi confirmati, et gressum mentis firmum habentes, uiam mandatorum dei currunt, & de terrenis ad cælestem patriā peruenire festinant, ut impleatur in eis: **Beati mites,** quoniā ipsi possidebunt terrā. [Leprosi mundantur] id est, illi qui uarijs peccatorum facinoribus immūdi & sordati erant, nunc per baptismum & pœnitentiam se purificari desiderant, & non solum de præteritis peccatis lugent, sed etiam pro uitæ æternæ desiderio suspirant, & in prosperis humilitatem, & in aduersis patientiam seruāt, ut impleatur in eis: **Beati pacifici, qm̄ filij dei uocabuntur.** & ut mundationem animæ recipere possint, in tantam perfectionem exsescunt, ut non solū mala non irrogent, sed etiam ab

Luc. 20

Johan. 8.  
Matth. 5.

Matth. 5

alijs irrogata æquanimitè ferant, ut impleatur in eis: **Beati** qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, [Sordi audiunt.] quia illi qui prius aures clausas habebant ad audiendum uerbum dei, & apertas ad audienda ludibria: nunc è contrario obturāt aures suas ne audiant sanguinem, & uerbum dei ardenti animo audire desiderāt, & ut opere implere possint, esuriunt atque sitiunt, ut impleatur in eis: **Beati** qui esuriūt & sitiunt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. [Mortui resurgūt] id est, illi qui quasi insensibiles in peccatis mortui iacebant, è contrario membra sua mortificantes, spiritaliter uiuere incipiunt, & misericordiam quam in se experti sunt, alijs etiam in quantum prævalent impendunt, cupientes implere illud scripturæ: **Miserere** animæ tuæ placens deo, ut impleatur in eis: **Beati** misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. [Pauperes euangelizantur.] id est, illi qui uirtutibus tenues erant & pauperes & uitijs repleti: nunc è contrario ut in cælo thesaurizari possint, temporales diuitias cōtemnunt, & per cōmunionem charitatis, & spiritus sancti gratiam, bonum quod didicerunt, alijs annuntiare non cessant, ut impleatur in eis: **Beati** pedes euangelizantium pacē, euangelizantium bona: & qui ante uirtutibus pauperes erant & uacui, nunc incipiunt esse pauperes spiritu, ut in eis impleatur quod dominus ait in euāgelio: **Beati** pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cælorum. **Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.** Cōclusio ista domini ad interrogationem Iohannis pertinet. De morte enim sua requisitus, primo signorum uirtutes enumerauit, & postea ad hoc quod inquisitus fuerat respondit, dicens: [Beatus qui non fuerit scandalizatus in me,] id ē, in morte mea. Ac si diceret: mira quidem

Eccl. 30.

& magna sunt quæ facio, quæ cæcis uisum, surdis auditum, claudis gressum, mortuis uitam restituo. Sed tamen cum hæc omnia faciam, ad ultimum mortem pro humani generis redemptione sustinere non dedignor. Et necesse est hominibus, ut qui in me signa uenerantur, ad suum scandalum mortem in me non despiciant. Plures enim fuerunt, qui cum prius domini uirtutes mirarentur, mortem turpissimam crucis in eo despexerunt. Visi autem tot signis tantisque uirtutibus miraculorum, non scandalizari quos potuit, sed admirari. Sed mens infidelium graue contra eum sumpsit scandalum, quoniam post enumeratis miraculorum signis, eum comprehendi, ligari, flagellari, & in sepulchro collocari conspexit. Scandalizabatur quoque, quando eum quem mortuos suscitantem aspexerant, mortuum uidebant. De quibus ait Apostolus: Nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudæis scandalum quidem, gentibus autem stultitiam. *i. Cor. 1.* Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Iohanne: Quid eristis in desertum uideretis arundinem uento agitatam? Ac si diceret: Ne circumstantes turba putaret interrogationem Iohannis, uel de inuidia, uel de ignorantia natam, discipulis illius recedentibus, miris & magnis laudibus dominus Iohannem extollit, dicens de illo ad turbas: [quod existis in desertum uideretis arundinem uento agitatam?] Ac si diceret: Numquid ad hoc uenistis in desertum, ut uideretis hominem calamo similem, qui leuitate mentis de me dubitet, quem antea paululum uobis predicauit? Quod non affirmando, sed negando protulit. Arundo quippe carna est ab ariditate sic dicta, quæ tres differentias in se naturaliter habere dinoscitur: Primam, quia in humidis & aquosis locis nascitur: Secundam, quia exterius pulchra, & interius uacua est: Tertiam, quia qua-

cunq; aura tacta fuerit, in aliam partem flexibilis uertitur, significat carnalium mentes, qui dum petulantiam libidinis diligunt, quasi in aquosis & humectis locis nascuntur. Vnde propheta: **Computruerunt iumentum in stercore suo. Et iterum: Comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis. Cumq; per hypocritarum dissimulant se sanctos, quod non sunt, quasi aridum exterius nitidum appareret, sed interius uacui sunt.** Tales erant scribæ & pharisæi, quos dominus fortiter **Matth. 23** increpabat, dicēs: **Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritarum, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum atque omni spurcicia. Ita uos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisis & iniquitate. Et quia deum in corde habitatorem non habent, immundis spiritibus aditum præbent. Sicut de diabolo ad beatum Iob dominus ait: Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humeribus, Cum uero humanis laudibus eleuantur, & detractionibus deiciuntur, quasi more arundinis uento tacti, in aliam partem flectuntur. Si enim carnalis mens fauorem laudis transitorie audierit, delectatur, hilare scit & gaudet. At uero si ab eodem ore processerit uentus detractionis, ex quo fauor laudis humane exire consuenerat, statim ad iracundiam prouocatur. Sed non talis erat Iohannes, quippe qui ex castis parentibus & longæuis narus, uirginitatis amator pariter extitit & custos. Sed nec exterius pulcher & interius inanis erat, quia sanctitatem quam ostendebat exterius, multo magis seruabat interius. Neque more arundinis uentus detractionis uel laudis hunc eleuare uel deicere poterat, sed inter aduersa & prospera immobilis permanebat, seruans in prosperis humilitatem,**

**Joel. 7.**  
**Psalm. 48.**

**Matth. 23**

**Iob. 40.**

An aduersis patientiam. De cuius laude adhuc recte  
 subditur. **Sed quid existis videre hominē mol-**  
**libus uestitum?** Et hoc dominus negando, nō afir-  
 mando intulit. Mollibus enim Iohannes uestitus non  
 erat, quia de camelorum pilis, ex quibus asperum cili-  
 cium textitur, indumentum habebat. Qui ergo purā  
 in cultu uel superfluitate preciosarum uestium pecca-  
 tum non esse, discant exēplo Iohannis appetitū suum  
 compescere. Si enim uirtus non esset uilibus indui ue-  
 stibus, nequaquā dominus Iohānē de uestitus sui asperi-  
 rate laudasset. Et si peccatum non esset preciosa & su-  
 perflua induere uestimēta, nequaquā de pœna purpu-  
 rari diuitis locuturus prēmitteret, quā induebatur pur-  
 pura & bysso. Sed neq; beatus Paulus Apostolus ab  
 appetitu preciosarum uestiū mulieres cōpesceret, di-  
 cens: Non in ueste preciosa, nō in tortis crinibus auro  
 & margaritis. Vbi considerandum est, quā uerecun-  
 dum sit, hoc uiris appetere, a quo magister ecclesie stir-  
 duit scēminas cohibere. Vnicuiq; enim nostrum sua  
 conscientia testis est, quia preciosa uestis, nisi propter  
 inanem gloriam non queritur, quod si in occulto sit  
 ubi a nemine uideatur, non ei cura est qualibus indua-  
 tur uestibus. At uero cum ad publicum processerit,  
 preciosa uestimenta querit, non ut sanctior, sed ut ho-  
 norabilior & pulchrior pluribus appareat. His ergo  
 exemplis instructi, tanta ac talia uestimenta quæra-  
 mus, quibus & nuditas operiri, & frigus possit arceri,  
 quā sicut ait Apostolus: Nihil intulimus in hunc mun-  
 dum, sed neque aliquid auferre possumus. Habentes  
 autem uictum & uestimentum, his contenti simus. Iu-  
 xta spiritalem uero intelligentiam Iohannes molli-  
 bus uestitus non erat, qui peccantium uitia non blan-  
 diendo fouere, sed increpando nouerat castigare, in

1. Tim. 24

1. Tim. 6

rantum ut ipsum Herodem regem de incestis nuptijs  
 argueret, dicēs: **Non licet tibi habere uxorem fratris**  
**Mat. 6.** tui, illo uiuente. **Nam** & unusquisq; doctor asperis in-  
 duitur uestibus in exemplo Iohannis, quando peccan-  
 tes duris redarguit increpatiōibus. sicut per Salomonem  
**Eccō. 12.** dicitur: **Verba sapientium quasi stimuli, & qua-**  
 si clauis in altum defixi. **Et** recte uerba sapientium cla-  
 uis & stimulis comparantur, quia culpas delinquentium  
 non nouerunt dissimulando palpare, sed feriens  
 do pungerē, sicut faciebat Iohannes, quando Iudæis  
**Luc. 3.** dicebat: **Genimina uiperarum, quis uobis demonstra-**  
 uit fugere à uētura ira? **At** uero ē contra mollibus do-  
 ctor induitur uestimentis, quando peccantium uitia  
 non increpando redarguit, sed blandiendo uel tacendo  
 nutrit. **Quod** q̄a aliquando timore, aliquādo amo-  
 re agitur, recte subiūgitur: **Ecce qui mollibus re-**  
**striūtur, in domibus regum sunt.** **Quod** est aper-  
 te dicere: **Non** cælesti, sed terreno regi militant, qui ti-  
 more persecutionis uel amore laudis peccantiū uitia  
 non redarguunt. **Et** ut temporalia patrimonia acqui-  
 rere possint, illis se cōformāt. **Sed quid existis vi-**  
**dere prophetam? Etia dīco uobis ⁊ plusquā**  
**prophetam.** **Non** Iohāne dñs prophetam negauit,  
 sed plusquam pphetā eum affirmauit. **Prophetā** etiā  
 officium est, uentura prædicere, non autem ostendere.  
**Iohannes** autē & ppheta & plusquā propheta fuit, q̄a  
 eum quē post se uentura prædixit, etiā digito demon-  
 strauit, dicens: **Ecce** agnus dei, ecce qui tollit peccata  
**Iohan. 1.** mūdi. **De** quo Iohanne dñs alibi discipulis dicit: **Inter**  
**Matth. 11.** natos mulierum maior non surrexit Iohanne Bap-  
 tista, sed quia dñs Iohannem arundinem uento agita-  
 tam esse negauerat, quia nō esse mollibus uestitum di-  
 xerat, & quia non solum prophetam, sed etiam plus



¶ propheta eū ostenderit, qualis esset manifestauit,  
 adiungens: Hic est enim de quo scriptū est: Ecce mitto angelum meum ante faciē tuam, qui preparabit uiam tuā ante te. ] Hoc autē testimonium in Malachia scriptum est, in persona utiq; Iohannis. Cū em̄ propheta uenturū dñm prædiceret, etiā p̄cur foris eius personam ostēdit, cū dixit: [Ecce mitto angelū meū.] Altū ergo nomen, sed nō est inferius meritum. Impleuit quippe in opere, quod accepit in nomine. Quia em̄ angelus gr̄ca locutione, latine nūcius dicitur, recte nūc angelus uocatur, qui aduentum dñi uenerat nunciare, dicens: **Veniet fortior me, post me, cuius nō sum dignus corrigiā calceamenti soluere.** Er, cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam. **Nec solū Iohānes huius participatio nem uocabuli meretur, sed etiā oēs sacerdotes & ministri ecclesiæ, qui uerbū dei in ecclesia prædicant, & uenturū iudiciū nunciāt, angelici nominis cōsortium merebuntur, iuxta illud Malachiæ: Labia sacerdotis custodiūt scientiā, & legē requirūt ex ore eius, q̄a angelus dñi exercitūū est. Et non solum sacerdotes, sed etiā fideles laici, si iuxta modulū sciētiae suę bonum quod nouerūt, fratribus annunciauerint, ad angelorū consortiū pertinebūt. Quia in ornamento tabernaculi nō solū phialæ, sed etiam cyathi iusti sunt fieri. Qm̄ non solū huberior doctrina deo accepta est, sed etiā & minima, iuxta illud qd̄ ait in Apocalypsi Iohānes: Qui audit, dicat ueni. Et Apostolus: Spectaculū facti sumus mūdo, angelis atq; hoībus. Iohānes uero uia dñi preparauit, nō lapides tollendo, nec aspera coarctando, sed mentes hoīm prædicando, quando annunciauit, dicens: Pœnitentiā agite, appropinqua**

Matth. 3.

Malch. 2.

Apoc. 123  
1. Cor. 4e

Matth. 6.

34 **TERIA QVARTA**

bit em̄ regnū cælorū. Siue uia dñi preparauit, qñ cor-  
pora humana baprizando abluir, sed pctā non dimi-  
sit: illū præfigurās, qui nō solū in aqua, sed etiā in spū  
sancto erat baptizaturus, & pctā hoibus remissurus.

**QVARTA QVARTA**  
quatuor temporum. Lucae .i.

**In illo tempore. Missus est angelus Gaa-  
briel à deo in ciuitatē Galilææ, cui nomen  
Nazareth. Et reliqua.**



**I**dcirco angeli priuatis  
noibus cēlent, ut signe-  
tur per uocabula etiam  
in operatione qd ualeant.  
Neq; etem̄ in illa sctā ciui-  
tate, quam uisio dei omni-  
potētis plenā scientia pfi-  
cit, idcirco ppria noīa for-  
tiunt, ne eorū psonę sine no-  
minibus sciri non possint,  
sed cū ad hos aliqd mini-  
straturi ueniunt, apud nos

etiā noīa à ministerijs trahunt. **Ad Mariā** ergo uirgī-  
nē **Gabriel** mittit, q dei fortitudo noīatur. Illū quip-  
pe nunciare ueniebat, q ad **bellādas** prātes aēreas,  
humilis apparere dignatus est. **De q** per **Psal.** dicit:  
**Dñs** fortis & potēs, dñs potens in prelio. Et rursus:  
**Dñs** uirtutū ipse est rex glorię. **Per** dei ergo fortitudi-  
nem nunciāndus erat, q uirtutū dñs et potēs in prelio,  
cōtra prātes aēreas ad bella ueniebat. **Mēsem** autē se-  
xtū **Martiū** intellige, cuius 20 & 5 die dñs nr̄ & con-  
ceptus tradit & passus, sicut & in 25 die mēsis **Decē-**

**Psal. 23.**

**QUATVOR TEMPORVM 39**

bris natus. Quod si uel hoc die (ut nonnulli arbitrantur) æquinoctium uernale, uel illo solstitiū brumale fieri credat, conuenit utiq; cū lucis incrementō concipi, uel nasci eū, q̄ illuminat om̄em hoīem uenientē in hunc mundū. At si q̄s ante dñicæ natiuitatis & cōceptiōis tēpus, lucē uel crescere, uel tenebras superare conuiterit, dicimus & nos q̄a & Iohānes tunc ante faciem aduērus eius regnū cælorū euāgelizabat, & nunc q̄q; p̄dicatoribus imperat: **Ite** facite ei q̄ ascendit super occasum. Cur autē Iohānes circa æquinoctium autu-  
 ipse q̄ uel ex sua, uel ex ueteris testamēti (ut multi autumant) p̄sona loquit: Illū oportet crescere, me autē  
 minui. **Ad uirginē despōsatā uirō cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, et nomen uirginis Maria.** Multas ob causas saluator non de simplici uirgine, sed de despōsata uoluit nasci. P̄mo uidelicet, ut per gnationem Ioseph, cuius Maria cognata erat, Mariæ q̄q; nosceret origo. Neq; em̄ mos est scripturæ, forminaꝝ genealogiā texere. Nā & de utroq; pōt intelligi, q̄d dicit de domo Dauid. Deinde, ne uelut adultera lapidaret a Iudæis, malēs aliq̄s de suo ortu, q̄ de pudore dubitare parentis. Simul & uirginibus impudicis occasiōē tollens, ne matrē q̄q; saluatoris dicerēt falsis suspiciōibus infamatā. Tertio, ut in Aegyptū fugiens & rediēs, haberet solatiū uiri, q̄ integerrimæ uirginitatis custos parit̄ ac testis existeret. Quarto, ne partus eius diabolo pateret, q̄ si eū de uirgine natū cognosceret, forsitan q̄si ceteris hoībus eminētiorē morti tradere timeret. Maria autē Hebraice stella maris, Syriace uero dñia uocat. & merito, q̄a & totius mūdi dñm, & lucē sepi meruit gnare pennē.

psalm. 67

Iohan. 2

Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. ] Bene gratia plena uocatur, quę nimirũ gratiã quam nulla alia meruerat assequit, ut ipsum uidelicet gratię conciperet & gigneret autore. **Quę cũ audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio.** ] Disce uirginũ moribus, disce uirginũ uerecũdia, disce uirginũ oraculo, disce mysterio. Trepidare uirginũ est, & ad oēs uiri ingressus pauere, oēs uiri affatus uereri. Discant mulieres propositũ pudoris, imitari solã in penetralibus, quã nemo uirorũ uideret, solus angelus reperiens, solam sine comite, solã sine teste, ne quo degeneri deprauaret affectu, ab angelo salutatur. Disce uirgo uerborũ uitate lasciuiam, Maria etiã saluatiõem angeli uerebatur. Erat tamẽ cogitãs (inquit) qualis esset ista saluatio. Et ideo cũ uerecũdia, q̃a pauebat: cum prudẽtia, quia benedictiõis nouã formulã mirabat, q̃ nusquam lecta est, nusquã ante comperta. **Et ait angelus: Ne timeas Maria, inuenisti gratiã apud dñm.** Quia saluatione insolita, utpote quã ei soli seruabatur, ut uiderat turbatã, quasi familiaris notã uocãs ex noĩe, ne timere debeat, iubet. Et quia gratia plenam uocauerat, eandẽ gratiã & astruit plenius, & huberius explicat, dicens: **Ecce concipies in ytero, & paries filiũ, & uocabis nomen eius Iesum.** Iesus saluator siue salutaris interpretat. Cuius sacramentum noĩs alloquens Ioseph angelus, exposuit: ipse em̃ (in quiẽs) saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Nõ ait populũ Israel, sed populũ suũ, hoc est, in unitatẽ fidei ex præputio & circũcisione uocatũ. Quibus ex diuersa parte cõgregatis, fieret unũ ouile & unus pastor.

**D**ixerit magnus, & filius altissimi uocabit, & da-  
bit ei dñs deus sedē **Dauid** patris eius. **J** Dicitū est &  
de **Iohāne**, q̄a erit magnus, sed quasi homo magnus;  
hic, quasi deus magnus. Ille em̄ magnus coram dño,  
hic aut̄ erit magnus (inquit) & filius altissimi uocabi-  
tur. Idem ergo filius altissimi, q̄ in utero uirginali cō-  
ceptus & natus est, idē homo in tēpore creatus ex ma-  
tre, q̄ deus est ante tēpora natus ex patre. Si aut̄ idem  
homo, q̄ deus est, omittat **Nestorius** rātum hoīem dī-  
cere ex uirgine natū, & hunc à uerbo dei nō in unita-  
tē personā, sed in societate, inseparabilē esse receptū.  
Alioqui nō unum **Christū** uerū deum & hoīem, sed  
duos (quod dici nefas est) asserere, ac p̄ hoc nō trini-  
tate, sed quaternitate prædicare cōuincitur. **Catholi-**  
ca aut̄ fides, sicut unum quēlibet hoīem carnē & ani-  
mā, ita hoīem & uerbum unū **Christū** rectissime cōfi-  
teretur. Iuxta quod & angeli uerba significāt, quæ dan-  
dam illi sedē **Dauid** patris eius asseuerāt. Qui enim  
eundē ipsum patrē haberet **Dauid**, quē filium altissi-  
mi uocari, p̄nunciat, in duabus utriusque naturis, unam  
**Christi** personā demonstrat. **Accepit** aut̄ sedē **Dauid**,  
ut nimirum gentē, cui **Dauid** quondā & filij eius tē-  
poralis regni gubernacula præbuerunt, ipse perpetu-  
um uocaret ad regnū, quod eis paratū est ab origine  
mūdi, **Et regnabit i domo Jacob in æternū,**  
**7 regni eius nō erit finis.** Et **Isaias** ait: **Multipli-** **Isaie. 9.**  
**cabitur** eius imperiū, & pacis nō erit finis. **Sup** solū  
**Dauid**, & sup regnū eius sedebit, ut cōfirmer illud, &  
corroboret in iudicio & iustitia. **Nō** dixit in acquisi-  
tione glorię, gazarumq; terrestriū, nō in uictoria gen-  
tium plurimarū, urbiumq; debellatiōe superbarum,  
sed in iudicio & iustitia. **Per** hæc enim regnū **Christi**,

& in singulis quibuscq; fidelibus, & in uniuersa per orbē multiplicatur pariter & cōfirmatur ecclesia. **Domū** nancq; **Iacob**, totā ecclesiam dicit, quæ uel de bona radice nata, uel cū oleaster esset, merito tamen fidei in bonam est inserta oliuā: quam post triumphū possessionis alloquēs saluator ait: **Qui** timetis dñm, laudate eum, uniuersum semē **Iacob** magnificate eum. Non autem ideo futuri temporis uerbo magnus exiturus **Iesus**, filius altissimi uocādus, sceptrū **Dauid** ac cepturus, & in domo **Iacob** regnaturus asserit, q̄a iuxta quod hæretici sapiunt, atque à ueritate desipiunt, **Christus** ante **Mariā** non fuerit: sed q̄a homo assumptus in deum, clarificatus est ea claritate, quā uerbū dei habuit, priusquā mūdus esset, apud patrem. Hoc est, ut idem filij nomen eandem **Christi** psonam homo cum deo plenus gratia & ueritate sortiretur. **Dixit autem Maria ad angelū: Quomodo fiet istud, qm̄ uirū nō cognosco?** Propositum suæ mentis reuerēter exposuit, uitam uidelicet uirginale se ducere decreuisse. Quæ quia prima fœminarū tantæ seruituti se mancipare curauit, iure singulari præcæteris fœminis beatitate meruit excellere. [ **Quō** (inquit) fiet istud? ] **Nō** ait, unde hoc sciam? sed quō (inquit) fiet, q̄niam uirum non cognosco? **Ordinē** uidelicet obsequij cui subdatur, inquirens, nō autem signū cui credat, flagitās. **Neq;** em̄ decebat electam generatura deū uirginē, dubiā dissidentia, sed prudētia cautā existere: q̄a nec facile poterat homo nosse mysteriū, quod in deo manebat à seculis absconditum. **Quia** ergo legerat: ecce uirgo in utero habebit, & pariet filiū, sed quō id fieri posset non legerat, sciscitabat ut ab angelo, quod in ppheta non inuenit. **Et re-**

Statu. 21.

**spō dēs angelus dicit ei: Spiritus sanctus  
 superueniet in te. 7 uirtus altissimi obumbrabit tibi.** Non uirili (inquit) quod nō cognoscis, semine,  
 sed spūs sancti, quo impleris, opere cōcipies. Erit in  
 te cōceptio, libido nō erit concupiscentia. Non erit  
 æstus, ubi umbram faciet spūs sanctus. Verum in eo  
 qd ait, [ & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ] potest  
 etiā incarnati saluatoris utraq; natura designari. **Um**  
 bra quippe à lumine solet & corpore formari. & cui  
 obūbra tur, lumine gdem uel calore solis, quantū suf-  
 ficir, resti cit sed si ipse solis ardor perferri nequeat, in-  
 terposit a uel nubecula leui, uel quolibet alio corpo-  
 re tēperatur. Beata igitur uirgo, qa quasi purus ho-  
 mo oēm plenitudinē diuinitatis corporaliter cape-  
 re nequibat, uirtus ei altissimi obūbrauit. i. incorpo-  
 rea lux diuinitatis, corpus in ea suscepit humanitatis.  
 De quo pulchre ppheta: Ecce dñs (inquit) ascēdet su-  
 per nubē leuē, & ingredietur Aegyptū. quod est di-  
 cere: Ecce uerbū dei patri cōæternū, lumentq; de lu-  
 mine ante secula natum, carnē in fine seculorū, atque  
 animā nullo peccati pondere grauata suscipiet, & de  
 utero uirginali tanq̄ sponsus de thalamo suo proce-  
 det in mundū. **Ideoq; 7 quod nascetur sanctū,  
 uocabitur filius dei.** Ad distinctionē nostræ san-  
 ctitatis, Iesus singulariter sanctus nasciturus asserit.  
 Nos quippe etsi sancti efficimur, nō tñ nascimur: qa  
 ipsa naturæ corruptibilis cōditiōe cōstringimur, ut  
 merito cū Propheta gementes singuli dicamus: Ec-  
 ce in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis pepe-  
 rit me mater mea. Ille autem solus ueraciter sanctus  
 est, qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis  
 uinceret, ex cōmixtiōe carnalis copulæ conceptus

non est. [Sanctū (inquit) uocabitur filius dei.] Quid ad hoc dicis Nestoriane, qui beatā Mariā dei negas esse genitricem, apertam niteris impugnare ueritatem? Ecce dixit deum supernū eturum, dei filiū nasciturum. Quō ergo aut dei filius deus nō est, aut quē deū edidit, quō theotocos. i. dei genitrix non esse potest?

**Et ecce Elizabeth cognata tua. & ipsa concepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quā uocatur sterilis, quā non erit impossibile apud deum omne uerbum.**

Ne uirgo se parere posse diffidat, accepit exemplū anus sterilis parituræ, ut discat omnia deo possibilia, etiam quæ naturæ ordini uidentur esse cōtraria. Si quē uero mouet, quō beatæ Mariæ cognatā dicat Elizabeth, cum hæc de domo David, illa de filiabus Aaron originem duxerat, animaduertat proauos earū liberis inuicē nuptum traditis, utrāq; tribum potuisse coniungere. Cui si hæc expositio forte nō sufficeret cōtentioso insistenti, quasi hoc contra interdictum legis fieri nequiuerit, legat

Exodi. 6.

Exodum, ubi scriptum est: Accepit autē Aaron uxore Elizabeth, filij Aminadab, sororem Naafon, quæ peperit ei Nadab, Abiu, Eleazar, & Ithamar. Videatq; ante edictum legis superna prouisione sacerdotalem regali iā uinctam fuisse progeniē, ut uide licet dñs Iesus Christus, qui scdm carnem uerus rex & sacerdos erat futurus, ipsam quoq; carnē de utraq; David scilicet & Aaron, stirpe susciperet. Vnde & in hac utraq; tribu chrisma per legem mysticū celebratur, Christi nimirum nominis pariter et gnationis pregnuncium: & ipse David domum dei ingrediens, panē sanctum & gladiū quasi rex & sacerdos accepit, illū uidelicet de suo semine uenturæ præfigurans, qui & p uestra li



**QUATVOR TEMPORVM 41**

bertate regis iure pugnaret, & p uestra libertatis ab  
solutione panem suæ carnis offerret. **Dixit autem**  
**Maria: Ecce ancilla dñi. fiat mihi secundum**  
**verbum tuū.** Quanta cum deuotione humilitas, q̄  
& angeli pmissum optat impleri, & seipsam quæ m̄  
eligitur, nun cupat ancillā, apertissime insinuans qa  
nihil sibi meriti uendicet in eo, quod dñi iussis obse-  
cūdet. **Fiat (inqt) sine uiri semine cōcept⁹** in uirgine,  
nascat de spū sancto integra caro, Sanctū quod nasci  
tur de homine matre, sine hoīe patre, uocel dei filius.

**FERIA SEXTA**  
quatuor temporum, **Lucæ. III.**

**In illo tempore exurgens Maria, abiit**  
**in montana cum festinatione, in ciuitatem**  
**Iudæ. Et reliqua.**



**A**ccepto uirginis cō-  
sensu, mox angelus  
cælestia repetit: illa  
petit mōtana, festinat inuise  
re El:zabeth, nō q̄si incredu-  
la de oraculo, uel dubia de  
exēplo: sed ut lēta pro uoto,  
religiosa p officio, typicum  
pariter exēplum tribuēs, q̄d  
omnis anima quę uerbū dei  
mente cōceperit, uirtutū cel-  
sa statim cacumina gressu cō-  
scendat amoris, quatenus ciuitatē Iudæ. i. cōfessionis  
& laudis arcē penetrare, & usq; ad perfectionē fidei,  
spei & charitatis, q̄si tribus in ea mēsisbus ualeat com-

morari. Et intravit in domū Zachariæ, & salu-  
tauit Elizabeth. Disce uirgo humilitate Mariæ, ut  
& corpore casta, & pectore possis esse deuota. Uisitac  
iunior seniorē, salutat uirgo uxorē. Decet em̄ ut quo  
castior uirgo, eo sit humilior: & senioribus honorē  
deferēs, habitū castitatis præconio cōmendet humili-  
tatis. Aliter. Maria ad Elizabeth, dñs ad Iohānem.  
Hæc, ut spū sancto repleatur, illius ut baptismo cōse-  
cretur. Maiorumq; humiliatio, minorū est utiq; exal-  
tatio. Deniq; sequit: Et factū est vt audiuit salu-  
tationē Mariæ Elizabeth, exultauit infans in  
utero eius. Et repleta est spū sancto Elizabeth. ] Vi-  
de distinctionē, singulorumq; uerborū proprietates.  
Vocē prior Elizabeth audiuit, sed Iohānes prior graui-  
am sensit: illa naturæ ordinē audiuit, iste exultauit ra-  
tione mysterij: illa Mariæ, iste dñs sensit aduentū. Iste  
grauā loquunt, illi intus operātur pietatis mysteriū,  
antēq; maternis adoriūtur, p̄fectibus, dupliciq; mira-  
culo prophētāt matres spiritu paruulorū. Exultauit  
infans, & repleta est mater. Nō prius mater repleta,  
q̄ filius. Sed cum filius esset repletus spū sancto, reple-  
uit & matrem. Et exclamauit uoce magna, & di-  
xit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus  
uētris tui. ] Notandū quod præmissam de Chri-  
sto p̄phetiam, non re: tantum miraculis, sed & uer-  
borū p̄prietate complectitur. Iste est enim fructus, q̄  
David patriarchæ sub iureiurādo promittitur. De fru-  
ctu uētris tui ponā super sedem tuam. Simulq; inu-  
endum, quod eadem uoce Maria ab Elizabeth, qua  
à Gabriel, benedicitur, quatenus & angelis & homi-  
nibus uenerāda, & cunctis merito sc̄minis præferē-  
da mōstretur. Et vnde hoc mihi, vt ueniat ma-

Psalm. 134

ter dñi mei ad me: Nō quasi nescia pquirir, qđ nīmī  
rum sancti spūs esse cognoscitur, se uidelicet à matre  
dñi ad pignoris sui pfectum saluari: sed miraculi no  
uitate pculsa, non hoc sui muneris, sed muneris fate  
esse diuini. Ecce em̄ vt facta est vox salutatio  
nis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio in  
fans in utero meo. ] Erubescere Elizabeth onus parē  
tis, qđ diu nesciebat mysteriū religiōis. Sed qđ occulta  
bat se, qđ cōceperat filiū, iactare se cœpit, qđ genera  
bat pphetam. Et quæ ante erubescere bñdicit: & qđ  
dubitabat ante, firmat. [ Ecce em̄ (inquit) ur vox saluta  
tionis tuæ facta est in auribus meis, exultauit in gau  
dio infans in utero meo. ] Itaq; magna uoce clama  
uit, ubi dñi sensit aduētū, qđ religiosum credidit par  
tū, ubi ppheta ortus, non affectate fidē generatiōis  
adscisceret. Et beata quæ credidisti, qm̄ perfici  
entur ea quæ dicta sunt tibi a dño. Vides nō  
dubitasse Mariā, sed credidisse, & ideo fructū fidei cō  
securā. Beata (inquit) qđ credidisti, & uere beata, quæ sa  
cerdote præstantior, cū sacerdos negasset, uirgo cor  
rexerit & pignore. Pariterq; norandū, quāta Elizabeth  
animū gratia, Maria intrante, dirauit, quam simul  
de præterito, præsentī atq; futuro, pphetiq; spiritus il  
lustrauit. Dicens em̄ [ quæ credidisti beata ] aperte in  
dicat, quia uerba angeli, quæ dicta ad Mariā fuerant,  
per spūm agnouit. Atq; subiungens, [ pificentur ea qđ  
dicta sunt tibi à domino, ] quæ etiam eā in futuro se  
querentur præuidit, Matrem uero domini sui nomi  
nans, quia redemptorē humani generis in utero por  
taret, intellexit. Et ait Maria: Magnificat ani  
ma mea dominum. Et exultauit spūs meus  
in deo saluari meo. Tanto (inquit) me dñs tamē

inaudito munere sublimauit, quod non ullo linguæ officio explicari, sed ipso uix intimi pectoris affectu ualeat cōprehendi. Et ideo totas animi uires in agendis gratiarū laudibus offero, totū in contēplandam magnitudinē eius cui non est finis, q̄quid uiuo, sentio, discerno, gratulanter impendo. Quia & eiusdem Iesu. i. salutaris spiritus meus æterna diuinitate lætatur, cuius mea caro temporalī conceptione fœtatur.

Psalm. 34.

Cui simile est illud psalmistæ: Anima autē mea exulrabit in dño, & delectabitur super saluari eius. Et ipse em̄ patrē filiumq; pari uenerabat amore. **Quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes ḡnationes.** Cuius humilitas respicit, recte beata ab hominibus cognomināda gratulatur, sicut ē cōtrario, cuius superbia de spectā condēnatur, Eua. i. uæ, siue calamitatis noīe multata tabescit. Decebat em̄ ut sicut p̄ superbiam primæ parētis nostræ mors in mundum intrauit, ira denuo p̄ humilitatē Mariæ introitus p̄deretur uitæ, **Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.** Ad initiū carminis respicit ubi dictū est, [Magnificat anima mea dñm. Sola quippe anima illa, cui dñs magna facere dignatur, dignis eū præconijs magnificare, & ad cōsortes eiusdē uoti ac p̄positi potest cohortādo dicere: Magnificate dñm mecum, & exaltemus nomē eius in inuicē. Nam qui dñm, quē cognouit, quātum in se est, magnificare & nomē eius sanctificare contēpserit, minimus uocabitur in regno cælorū. Sanctum autē nomē eius uocat, quia singularis culmine potētiae transcendit omnem creaturā, atq; ab uniuersis quæ fecit, lōge segregatur. Quod græca locutiōe melius intelligitur, in qua ip̄m

Psalm. 33.

**QUATVOR TEMPORVM 49**

uerbum quod dicitur <sup>27.109</sup> quasi extra terram esse si-  
gnificat. Cuius etiã nos imitatione, pro modulo no-  
stro, segregari præcipimur, ab omnibus qui non sunt  
sancti, nec deo dicati, dicente domino: Sancti estote, Zach. 13.  
ga ego sanctus sum. Quicumq; em̄ se cõsecrauerit, me-  
rito extra mundũ uidebitur. Potest enim & ipse dice-  
re: Super terrã ambulãtes, cõuersationem in cælis ha-  
bemus. Et misericordia eius in progenies et  
progenies timentibus eũ. A specialibus se donis  
ad generalia dei iudicia cõuertens, totius humani ge-  
neris statũ describit. Et qd superbi, quid humiles me-  
reantur, quid filij Adã p liberum arbitrium, quid fi-  
lij dei siue p gratiã, alterius uersibus explicat. Non er-  
go (ingr) soli mihi fecit magna, q potēs est, sed in om̄i  
gente & pgenie, qui timet eũ, & operatur iustitiã, ac-  
ceptus est illi. Fecit potentiã in brachio suo, di-  
spersit superbos mente cordis sui. In brachio  
suo, in ipso dei filio significat. Nõ quod pater figura  
determinetur carnis humanę, eiq; filius tanquã mem-  
brum corporis adhæreat, sed qa omnia p ipsum fa-  
cta sunt, ideo brachium dñi dictus est. Sicut em̄ tuum  
brachium p quod operaris, sic dei brachium dictum  
est eius uerbũ, p quod uerbũ operatus est mundum.  
Cur em̄ homo brachium, ut aliqđ operetur, extēdir,  
nisi qa nõ cõtinuo fit quod dixerit? Si aut̄ tãra pote-  
stare pualeret, ut sine ullo motu corporis sui quod di-  
ceret fieret, brachiũ eius uerbum eius esset. Cũ ergo  
audiuimus brachium dei patris, esse dei filiũ, nõ no-  
bis obstrepit cõsuerudo carnalis, sed quantũ illo do-  
nante possimus dei uirtutē, & dei sapientiam cogite-  
mus, p quẽ facta sunt omnia. Deposuit potentes  
de sede, & exaltauit humiles. Esuriētes imple

uit bonis, & diuites dimisit inanes. Quod dixit in brachio suo, & quod præmisit in progenies & progenies, his quoq; proximis per singula comata est adnectendum uersiculis, quia uidelicet per omnes seculi generationes, & perire superbi, & humiles exaltari, pia iustaq; diuinæ potentie dispensatione non cessant.

Suscepit Israel puer suum, memorare misericordie sue. Pulchre puerum domini appellat

Osee. 11.

Israel, qui ab eo fit ad saluandum susceptus, obediens uidelicet & humilis iuxta quod Osee dicit: Quia puer Israel, & dilexi eum. Nam qui contemnit humiliari, non potest utiq; saluari, nec dicere cum Propheta: Ecce

Psalm. 73.

em deus adiuuat me, & dominus susceptor est anime meę.

Matt. 13.

Quicumq; autem humiliauerit se sicut paruulus, hic est maior in regno celorum.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraam & semini eius in secula. Semen Abraę non carnale, sed spiritale significat, id est non tantum in carne progenitos, sed siue in circuncisione, seu in præputio, fidei illius sequentes uestigia. Nam & ipse in præputio positus credidit, reputatumq; est ei ad iustitiam, atq; eiusdem fidei signaculum circuncisione accipit, ut sic utriusq; populi pater fieret per fidem, iuxta quod Apostolus ad Romanos plenissime disserit. Aduertus ergo saluatoris, Abraę est & semini eius promissus in secula, hoc est, filijs promissionis, quibus dicitur: Si autem uos Christi, ergo Abraę semen estis, secundum promissionem hæredes. Bene autem uel domini uel Iohannis exortum matres prophetando præueniunt, ut sicut peccatum a mulieribus cœpit, ita etiam a mulieribus bona incipiant. Et quæ per unius deceptionem periit, duabus certatim præconantibus mundo uita reddatur.

**SABBATO QUATVOR 47**  
temporum. Luca .III.

In illo tempore: Anno quintodecimo imperij Tiberij Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudæa, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iurææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilina tetrarcha. Et reliqua.

**H**erodes, Philippus, & Lysania, qui cum Pilato præside Romano Iudæam regebant, filij sunt Herodis, illius sub quo dominus natus est. Inter quos & ipsa Herodem Archelaus frater eorum decem annis regnavit. Qui à Iudæis ob intolerabilem animi ferocitatem apud Augustum criminatus, æterno apud Viennam dispersit exilio. Regnum vero Iudææ quo minus ualidum fieret, idem Augustus per tetrarchias scindere curavit. Porro Pilatus duodecimo anno Tiberij Caesaris in Iudæam missus, procuratoriam suscepit gentis, atque ibi per decem continuos annos, usque ad ipsum penes finem Tiberij perduravit. [Sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est uerbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto.] Ambo quidem, incipiente prædicatione Iohannis, i. Annas & Caiphas, principes fuerunt sacerdotum, sed Annas illum annum, Caiphas uero illum, quo dominus crucem ascendit, administrabat, & quidem tribus alijs in medio pontificatu perfunctis, uerum his maxime, qui ad domini passionem pertinerent, ab euangelista commemoratis. Legalibus namque tunc præceptis uis & ambitu cessantibus, nulli pontificatus honor uitæ uel gloriæ merito reddebat: sed Romæ

na potestate alijs nunc, itē & alijs summi sacerdotij honor prestabat. Deniq; Iosephus refert in hunc modum, dicēs: Valerius Gratus, Anna sacerdotio deturbato, Ismaelē pontificē designauit, filiū Bassi. Sed & hunc nō multo post abiciēs, Eleazarū Ananiæ pontificis filiū pontificatui subrogauit. Post annū uero etiā hūc arcet officio. Octauianus Imperator regnauit annis quinquaginta sex, & Simoni cuidā Canissii filio pontificatus tradidit ministeriū. Quo nō amplius & ipse quā unius anni spatio perfunctus, Iosephū cui & Caiphas nomē fuit, accepit successorē. Ac per hoc omne tēpus quo dñs noster in terris docuisse describitur, intra quadriennij spatia coartatur, in quo quatuor istæ (quas Iosephus memorat) successiones pontificū describunt, uix unoquoq; per annos singulos ministrāte. Quia ergo Iohānes illū prædicare ueniebat, q̄ & ex Iudæa quosdā, & multos ex gētib; redempturus erat, per regē gentiū, & principes Iudæorum prædicationis eius tēpora designātur. Quia autē gentilitas colligenda erat, & Iudæa p̄ culpa perfidię dispergenda, ipsa quoq; descriptio terreni principatus ostendit. Qm̄ & in Romana republica unus pre-fuisse describitur, & in Iudæa regno per quartā partem plurimi principabantur. Voce em̄ nostri redemptoris dī: Omne regnū in seipso diuisum, desolabit. Liquet ergo q̄d ad finē regni Iudæa peruenerat, q̄ tot regibus diuisa subiacebat. Apte quoq; non solū quibus regibus, sed quibus etiā sacerdotib; actū sit, demonstrat: ut q̄a illum Iohānes Baptista prædicaret, q̄ simul rex & sacerdos existeret, Lucas euangelista p̄dicationis eius tēpora, per regnum & sacerdotium designauit. **Et uenit in omnē regionē Jordanis, prædi-**

Luc. ii.



icans bapismū p̄cēnitentiæ, in remissionē peccatorū. Cunctis legentibus liquet, quia Iohannes bapismū p̄cēnitentiæ nō solum p̄dicauit, uerum etiā quibusdā dedit, sed tñ bapismū suū in remissionē p̄c̄torū dare non potuit. Remissio etē p̄c̄torū, in solo uobis bapismo Christi tribuitur. Notādum itaq; quod d̄r, p̄dicans bapismū p̄cēnitentiæ in remissionē peccatorū, qm̄ bapismū quod p̄c̄tā sol ueret, quia dare non poterat, p̄dicabat. Vt sicut incar natum uerbū patris p̄currebat uerbo p̄dicatiōis, ira bapismū p̄cēnitentiæ quo p̄c̄tā solui nō possunt.

Sicut scriptū est in libro sermonum Isaiaē prophete: Uox clamantis in deserto, parate

uiam dñi, rectas facite semitas dei nostri. ] Idē uero Iohannes Bap. requisitus q̄ esset, respōdit: Ego uox clamantis in deserto. Qui ideo uox à p̄pheta uocatus est, quia uerbum p̄r̄ibat. Qui etiā in desertū clamat, q̄a derelictā ac destitutā iudææ solatiū redemptionis annunciat. Quid autē clamaret, aperitur cū subditur: [ Parate uiam domini, recte facite semitas eius. ] Om̄s qui fidē rectam & bona opera p̄dicat, quid aliud q̄ uenienti dño ad corda audientiū uiam parat, ut hanc uis gratiæ penetrat, lumē ueritatis illu stre, Vt rectas deo semitas faciat, dū mundas in aī cogitationes per sermonē bonę p̄dicatiōis format.

Om̄s uallis implebitur, & om̄s mōs & collis humiliabitur. Quid hoc loco uallium nomine, nisi humiles? quid mōtium & collium, nisi superbi hōies designantur? In aduentu igit̄ redēptoris ualles impletæ, montes uero & colles humiliati sunt, q̄a iuxta eius uocē om̄s qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Vallis etē implera crescit,

Isaie. 40.

50 **DOMINICA QUARTA**

mons autem & collis humiliatus decrescit. Quia nisi mirum in fide mediatoris dei & hominum, hominis Iesu Christi, & gentilitas plenitudinē gratiæ accipit, & Iudæa per errorem p̄fidia, hoc unde tumebat, perdidit. **Et erūt praua in directa, & aspera in uias planas.** Prava in directa fiunt, cum malorū corda per iniustitiā detorta, ad iustitiæ regulā dirigunt. Et aspera in uias planas mutantur, cū immites atque iracūda mentes, per infusionem supernæ gratiæ, ad lenitatē māsuētudinis redeūt. Quā enim uerbū ueritatis ab iracunda mēte nō recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergēntis repellit. Sed cum iracūda, p̄ acceptam māsuētudinis gratiā, correptionis uel exhortationis uerbum recipit, ibi planam uiam p̄dicator inuenit, ubi prius pro asperitate itineris pergere, id est, p̄dicacionis gressum ponere nō ualebat. **Et uidebit omnis caro salutare dei.** Quia oīs caro accipit oīs homo, salutare dei, uidelicet Christum, in hac uita omnis homo uidere nō potuit. Vbi ergo in hac sententia propheta prophetiæ oculū nisi ad extremum iudicij diē tendit, ubi cum apertis cælis, ministrantibus angelis, consedentibus apostolis, in sede maiestatis suæ Christus apparuerit, oīs hunc & electi & reprobi pariter uidebūt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti in ultione supplicij in perpetuum gemant.

**DOMINICA QUARTA**

**Aduentus. Iohannis .I.**

**In illo tempore: Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannē, ut interrogarent eū, tu quis es? Et rel.**



**P**Otest mouere ad inuestigandū, quare Iudei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas mittentes ad Iohannē, tam solliciti & studiose reqrerēt eum, dicētes, tu quis es? Sed ad hęc facilis & uera patet responsio, quia uulgata res erat apud Iudæos i frequē ratione legis, ut illud Moy

*Deut. 18*

si: **Prophetā suscitabit uobis deus de fratribus uestris, tanquam me, ipsum audietis, iuxta oīa q̄ locutus fuerit uobis.** Et ex oraculis prophetarū manifestatū, qd̄ Ch̄rus esset mūdū uētur⁹, & nouā doctrinā p̄dicatur⁹: & ideo q̄ audierāt Iohā nē p̄ repromissionē angelicā de sene p̄re & sterili matre esse natū: audierāt in eius natiuitate linguā patris solutā, uidebātq; iuuenē deserta sectantē, & inauditā prius p̄nitentiā in remissionē peccatorū, uel doctrinā p̄dicantē, mirā abstinentiā conseruantē, baptisimū quoq; nō solū docentē, sed etiā dantē: æstima uerūt apud semetipsos, qd̄ ipse esset Ch̄rus, q̄ eis fuerat p̄missus: et ideo miserūt ab Hierosolymis sacerdotes et leuitas ad Iohannē, ut interrogarēt eū, [tu qs es?]

Qd̄ em̄ hac suspicione p̄moti, ad eū interrogandū miserint, alius euāgelista Lucas. s. manifeste declarat, dicēs: Existimāte aut̄ populo, & cogitātibus omnibus in eordibus suis de Iohāne, ne forte ipse esset **Christus.**

*Luc. 9*

**Miserūt ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas, ut interrogarēt eū, tu quis es?** Sed ueritas p̄tco qd̄ de se dicat, audiamus. **Et cōfessus est,**

**7 non negauit. 7 cōfessus est quia nō sum ego Christus.** Si quæras qd cōfessus est, & qd nō negauit, cōfessus est qd nō erat, non negauit qd erat. **Cōfessus est se nō esse Christum, sed non negauit se præcursorem Christi.** Cōfessus est se non esse iudicē, sed nō negauit præconē se esse iudicis. **Cōfessus est nō se esse spōsum, sed se nō negauit amicū sponsi.** Cōfessus est non se esse uerbum, nō se negauit esse uocem. **Eligit em̄ solide subsistere in se, ne humana opinione in aniter raperetur super se.** Magis em̄ uoluit humilis inter mēbra Christi numerari, quā eius nomē immerit° usurpare, & ab ipso corpore Christi abscindi. **Quia cū eū magnū alij putarēt, ipse paruū se æstimauit.** Alijs em̄ magna de se æstimātibus, ipse de se minima sensit, cōseruans illud quod scriptura dicit: **Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & corā deo inuenies gratiam.** **Et interrogauerūt eum, Quid ergo? Elias es tu? qui dicit, nō sum.** Et de persona ideo Iohannem interrogabant, quia in oraculo

**Malac. 4.** Malachia, ppheta, Elig aduentum promissum habebat, dño dicente: **Ecce ego mittā uobis Eliā Thebiten,** qui cōuerteret corda patrū in filios, & corda filiorū ad patres eorū. Sed quod defecūdo aduētū dñi prædictū erat, illi de primo dictū arbitantes, cōfidente Iohāne, quod nō esset Christus, interrogauerunt eum, dicētes: [ **Quid ergo? Elias es tu? qui dicit, nō sum.** ] Ex cuius responsione nō parua nobis quæstio orit, si aliam euāgelij lectionē ad memoriā reducamus.

**Mat. 17.** Legimus em̄ alibi, quod requisitus dñs à discipulis de aduētū Eliæ, respōdit: **Eliā iam uenit, & nō cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunq; uoluerūt.** **Et si uultis scire, Iohānes ipse est Eliā.** **Cum ergo do**

minus dicat, Iohānes ipse est **Elias**, q̄re Iohānes inter  
 rogatus dicit, nō sum **Elias**: Nihil magis dissonum ui  
 deri potest, quā esse, & nō sum. Nunquid aliud ue  
 ritas sentit, & aliud p̄cursor & p̄pheta ueritatis: Nun  
 quid aliud iudex nūciat, & aliud p̄co clamat: non.  
**An simul Elias & Iohannes esse poterat:** Sed utrunq̄  
 quō uerum sit, cito cognoscimus, si uerba angeli, qui  
 bus ad Zachariā locutus est, cum Iohannē nasciturū  
 p̄diceret, ad memoriā reducamus. Ait em̄ inter ca  
 tera: Ipse p̄gibit ante illum in spū & uirtute **Eliæ**. Ex  
 quibus uerbis ostendit, quia Iohannes in p̄sona **Eli**  
**as** non erat, in spū autem **Elias** erat. Quia sicut **Elias**  
 aduentum dñi secundum p̄cessurus est, qñ uentu  
 rus est iudicare mundum, sic Iohannes aduētum dñi  
 primum p̄cessit, quando uenit redimere mūdum.  
**Et** sicut ille p̄co futurus est iudicis, ita iste p̄cur  
 sor factus est redēptoris. **Et** ideo quod dñs dicit de  
 spiritu, hoc Iohānes denegat de p̄sona. **Et** quod I  
 ohannes de p̄sona negat, hoc dominus de spiritu af  
 firmat. Quāuis igitur tempore fuissent diuisi, tamen  
 spiritu fuerūt uniti. **Et** quia dominus spiritalibus di  
 scipulis loquebatur, quibus datum erat nosse myste  
 rium regni dei, dignum erat ut spiritalē de Iohan  
 ne sentētiā proferret, dicens: Iohannes ipse est **Eli**  
**as**. Iohannes uero requisitus à Iudæis, qui tantum li  
 teram, non autem spiritum, pensare nouerant, dignū  
 fuit ut non de spiritu, sed de sua p̄sona diceret: ] nō  
 sum **Elias**. ] Dentq̄ si quis amborum p̄conum acti  
 onē diligenter inspiciat, unum eūdemq̄ spiritum, in  
 utrisq̄ operatū, intelligit. **Elias** nancq̄ in deserto fuit,  
 similiter & Iohānes. **Elias** quadraginta diebus & no  
 ctibus ieiunauit, & Iohannes inauditam prius absti

*Zuc. r.*

nentiam tenuit: quia locustas & mel syluestre comedit. **Elias** zonam pelliceā habuit circa lūbos, similiter & **Iohānes**: **Elias** Iordanē fluuiū pallio diuisit, & **Iohannes** in Iordane fluuiio baptizauit: **Elias** perfectionē ab **Achab** rege & impiissima regina **Iezabel** passus est, & **Iohannes** ab **Herode** ppter **Herodiam** capite truncatus est. **Propheta es tu et respondit: nō**. Ideo aut̄ **Iohannes** ppheram se esse negauit, quia plusquā prophetā se esse intellexit. **Propheta** em̄ officium est uentura prædicere, non autē demonstrare. Ergo **Iohānes** plusquam ppheta fuit, quia eū quem uentura prædixit, etiam uenisse digito demonstrauit, dicens: **Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatā mūdi**. Sed sacerdotes & leuitæ, qui ad **Iohannē** missi fuerāt, adhuc diligētius q̄s sit inquirunt, dicētes: **Quis ergo es, ut responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? Sed ille qui se Christū negauerat, qui se neq; Eliam neq; pphetam esse dixerat, qd de se sentiat, aperit cum subiungit: Ego uox clamantis in deserto**. Pulchre se **Iohannes** uocē dixit, quia uerbum præibat. In humana em̄ locutione uox præcedit, & postmodum uerbum sequitur: quia non poterit uerbum formari, nisi prius uox sonuerit. Recte ergo **Iohannes** se uocem fateatur, quia uerbum præibat, illud. s. de quo **Iohannes** **Euangelista** dicit: **In principio erat uerbū, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum**. Et iterum, **Verbum caro factum est, & habitauit in nobis**. Ne enim dñō apparente humana cæcitas in eius claritate subito offenderet, missus est **Iohānes** ante dominū quasi lucerna ante solem, uox ante uerbum, præco ante iudicem, ut. s. per eius prædicationē corda hominū ad

# ADVENTVS.

videndū deū prępararentur, sicut p Iohannē Euan-  
gelistam dictum est: Fuit homo missus à deo, cui no-  
men Iohannes erat. Hic uenit in testimoniū, ut testi-  
moniū phiberet de lumine, ut oēs crederent per illū.  
Non erat ille lux, sed ut testimoniū perhiberet de lu-  
mine. Clamabat ergo Iohānes in deserto. i. in Iudæo-  
rum populo. Quia em̄ desertum dī derelictum, recte  
deserti nomine Iudæorū censetur populus, q̄ derelin-  
quens dñm, derelictus est ab eo, sicut eis alibi dñs ex-  
probrat, dicens: **Ecce relinquet uobis domus uestra**  
**deserta.** In hoc ergo deserto Iohānes clamabat, cum  
peccantibus pœnitentiā prędicabat, dicens: **Genimi**  
**na uiperarū, quis ostēdit uobis fugere à uentura iraf**  
**facite ergo fructus dignos pœnitentię.** Sed adhuc qd̄  
clamauerit, audiamus: **Dirigite viā dñi, sicut dicit**  
**Isaias propheta.** **Via em̄ dñi ad cor dirigitur, cū**  
**ad pręcepta dei audienda cor humiliter inclinatur.**  
**Aliter, uia dñi ad cor dirigitur, cum bonū quod cor**  
**intelligit, manus operat.** Sed doct̄or quilibet in ex-  
emplo Iohannis dirigit uiam dñi, quando declinare  
à malo, & facere bonū persuadet, ut uidelicet mūda-  
to aditu cordis, illū habitatorē habere possit qui di-  
cit: **Ecce ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit**  
**mihi, intrabo ad illū, & cœnabo cū illo, & ille mecū.**  
**Taliter igitur nobis uia domini pręparantibus, Ie-**  
**sus ad cor nostrum per fidē uenire dignabitur, sicut**  
**ipse ait in euāgelio: Si quis diligit me, sermonē me-**  
**um seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ue-**  
**niemus, & mansionem apud eū faciemus.** Vnde per  
**Psalmistam prędicatoribus dicitur: Ite facite ei, qui**  
**ascendit super occasum, dominus nomen illi.** Sed  
**q̄ a sacerdotes & leuitę magis reprehēdi studio,**

Luce. 13

Luce. 11

Apoc. 3

Iohan. 14

Psalm. 67

q̄ discendi uoto Iohannem interrogabant, tacite Eu  
 angelista manifestare curauit, cum adiunxit: **Et qui  
 missi fuerāt, erant ex pharisæis.** Ac si diceret: illi  
 Iohannē de suis actibus requirebant, qui magis sole-  
 bant doctrinam inuidere, q̄ imitari. **Et interroga-  
 uerunt eum, & dixerunt ei.** Sed hi qui missi fuerāt,  
 quia de persona responsum acceperāt, etiam de mini-  
 sterio inquisitionē faciebant, dicentes: **Quid ergo  
 baptizas, si tu nō es Christus, neque Elias,  
 neq; propheta?** Ac si dicerēt: Cuius autoritatis es,  
 ut nouam doctrinā audeas docere, & inauditū prius  
 hoībus baptismum dare, cum tu nō sis Christus, neq;  
 Elias neq; p̄pheta? Et quia sc̄dm apostoli Petri sen-  
 tentiā, parati semper esse debemus, ad reddendam ra-  
 tionē om̄i poscenti, de ea q̄ in nobis est fide, percon-  
 ratus Iohānes cur baptizaret, respōdit, dicens: **Ego  
 baptizo in aqua.** Vbi notandū, quia in aqua se bap-  
 tizare dixit, non in spiritu: quia corpora abluebat,  
 sed p̄tā non dimittebat. De quo scriptum est: Erat  
 Iohannes in deserto p̄dicans baptismū p̄nitentiæ.  
**Et iterum: Iohānes baptizauit aqua, uos autē bap-  
 tizabimini spū sancto.** Quare ergo baptizabat, si p̄tā  
 non dimittebat? Nunquid per hoc eius baptismū ua-  
 cum uidebatur? Nō. Nimirū ut p̄cursoris suæ or-  
 dinem seruans, qui nasciturus Christum nascēdo p̄-  
 uenerat, baptizaturus quoq; in spū baptizans in aqua bap-  
 tizant, quia per exterius ministeriū baptizatorū corpo-  
 ra in aqua intingūt, sed ille solus in spiritu baptizat,  
 qui per sp̄m sanctum p̄tā dimittit. De quo uoce pa-  
 tris ad eundem Iohannem dictum est: Super quem  
 uideris sp̄m sanctū descendentē quasi columbam, &

v. Petri. 3.

Marc. 1.

Actuū. 1.



manentē super eū, hic est qui baptizat in spiritu sc̄to. Et sicut uerbum prædicando præibat, ita suum baptisum in quo peccata non soluebantur, illius uerū baptismum præueiret, in quo peccata relaxarent. Vnde secundum alium euangelistam, uidelicet **Matth. 3.** um, bene respondisse Iohannes dicitur: **Ego quidem aqua baptizo uos in pœnitentiâ, & post pusillum adiecit: Ipse uos baptizabit in spū sancto & igni. Ignis em̄ nomine spiritus sc̄tus designat. De quo saluator ait: Ignem ueni mittere in terrâ, & quid uolo nisi ut** **Lucę. 12.**

**Nec putandū est baptismū Iohānis parā profuisse hoībus, qui etsi peccata non dimittebat, omnes tamē qui ab illo baptizabantur, sub peccati uinculo cōstrictos esse sentiebat. Et ideo redēptorem nostrū & mundatorē, mox ubi apparuisset, qui peccata dimittere posset, querere necesse habebant. De quo uoce præcursoris sui adhuc subditur: **Medius aut̄ uestrum stetit, quē uos nō scitis.** Medium autem hic dñm Iesum Christum dicit, qui dum sit excelsus super omnia, ex Iudæis carnem assumens, inter hoīes conuersari dignatus est, sicut ipse ait discipulis: **Ego autē in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Quē medium stetit, nō autem cognitum esse dicit: quia per humanitatē hominibus uel Iudæis uisibilis apparuit, sed plurimis per diuinitatem incognitus māsit. Vnde Iohannes Euangelista dicit: In ppria uenit, & sui eū non receperūt. De quo adhuc subditur: **Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est,** quod est dicere, post me uenturus est, quia post me natus est: post me prædicare incipiet, sed ante me factus est. i. mihi dignitate prælati. i. antepositus, **Quod aut̄ ait, ante me factus est, ad excellentiā******

Johan. 3.

dignitatis pertinet, cuius plationis causas idē Iohannes alibi aperit, dicens: q̄a prior me erat. **A**chi diceret. Inde me post natus superat, q̄a natiuitatis sug tēpora eum non coangustāt. **Q**m̄ qui post me natus est de matre sine patre, ante oēm creaturā, sine ullo initio, genitus est ex patre sine matre. **D**e q̄ alibi ipse Iohannes ait: **M**e oportet minui, illū autē crescere. In cuius cōparationis magnitudine, quā se parū credat, manifestat, adiungēs: **Cuius nō sum dignus vt solyam eius corrigiā calceamenti.** **V**bi cōsiderandum est, q̄a cum magna sit Iohānis sanctitas, nō minor eius declaratur humilitas. **C**um em̄ tantę sanctitatis esset, ut à turbis Christus esse putaret, tantę humilitatis fuit, ut ad soluendā eius corrigiā calceamenti indignum se iudicaret. **S**i spiritālē sensum sequamur, est in corrigia calceamenti, ligatura mysterij. **C**alceamentū quippe ex mortuo fit animāti. **Q**uia em̄ calceamentū pedes munire solet, recte per calceamentum dñi, eius humanitatis incarnatio designatur. **Q**m̄ cū inuisibilis deus in hoīe, quem assumpsit, nobis uisibilis apparuit, q̄si calceata diuinitas ad nos uenit, sicut ipse per Psalmistā dicit: **I**n Idumāam extendā calceamentū meū. **I**duumāa autē, quę sanguinea interpretatur, significat gētilem populū, qui uarijs facinoribus peccatorum erat sanguinolentus. **Q**uasi em̄ dñs in Idumāā calceamentum extendit, q̄n̄ per incarnationis suę mysteriū gentibus se manifestauit. **S**ed eius corrigiam calceamenti Iohānes soluere non p̄sumpsit, quia incarnationis eius secretū, qualiter opumbrate spiritu sancto uirgo conceperit, nec ipse perscrutari p̄sumpsit, qui eum in carne ueniētem etiā digito demonstrauit. **Alta em̄ et inscrutabilia sunt sacramēta**

Psalm. 59.

diuinitatis, ne ea mortalū quis q̄ discutere potest, sicut per prophetam dicitur: Generationē illius quis enarrabit: Huius inscrutabilem pfunditatē considerabat Paulus apostolus, cū dicebat: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & quā inuestigabiles uia eius: Quis em̄ cognouit sensum dñi: aut q̄s cōsiliarius ei⁹ fuit: Et Psalmista: Quā magnificata sunt opera tua dñe: Est quoq; & in corrigia calceamēti aliud, quod considerari subtiliter potest. Consuetudo enim fuit apud ueteres, ut si quis uxorem fratris defuncti accipere noller, ille eius corrigiam calceamenti solueret, q̄ ad hanc p̄pinq̄uitatis iure sponsus accederet, & ob hanc causam illius domus, discalceati domus appellaret̄ in Israel, sicut exēplo Ruth Moabitiidis discimus. Christus autē inter homines sanctæ ecclesiæ sponsus apparuit, sicut per Psalmā dicitur: Tanquā sponsus procedens de thalamo suo. Et idē Iohannes: Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus uero sponsi, q̄ stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Vnde & ipse dñs ait in euangelio: Nunquid possunt filij sponsi ieiunare, quā diu cum illis est sp̄s⁹: Cū autē miræ sanctitatis Iohānem homines cernerent, cum hunc Christum putarent, quasi sanctæ ecclesiæ sp̄sum credere uolebant, sicut de eo dñs ait: Vos uenistis ad Iohannem, & uoluistis exultare in nomine eius. Sed Iohānes ad corrigiā calceamenti soluendā indignum se dicit, q̄ cum se Christum, quod usurpatur, esse negauit, sponsi nomē immeritus non usurpauit, ac p̄ hoc se esse sp̄sum sanctę ecclesię, negauit. Ac si diceret: Nō sum ego sp̄s⁹, sed amicus sp̄s⁹. **Hæc in Berbania facta sunt trans Jordanē, ubi**

Isaie. 55

Roma. 11

Psalm. 90

Psalm. 18

Iohan. 3

Matth. 8

**erat Johannes baptizans.** Bethanias duas esse legimus: est namq; Bethania in latere mōtis Oliueti, ubi dominus Lazarum suscitauit, ipsa est & Bethphage, Est & alia Bethania trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans, & ubi hæc facta fuisse referuntur. De qua idem Iohannes Euangelista commemorat, dicens: Erat Iohannes baptizans in Aenon iuxta Salim, eo quod essent ibi aquæ multæ. Spiritu aliter autem Bethania in nostra lingua domus obedientiæ interpretat. Pulchre ergo præcursor domini in Bethania (quæ domus obedientiæ interpretatur) baptizare dicitur, uti intelligat homines, quia si à peccato originali, quod per inobedientiam primi hominis contigit, absolui desiderat, submisso corpore, & credulo corde, baptismi sacramētū suscipere debet. Qm̄ sicut ait saluator alibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō potest introire in regnū dei. Iordanis aut, descensus eorū interpretatur, quorū, nisi baptizatorū, quasi enim in Iordane baptizatur homines, quia ante ad baptismū ueniant, filij iræ & filij diaboli sunt. Sed cū in baptismū descendunt, descendētibus peccatis, filij pacis & filij dei per adoptionem ascendunt.

Johan. 3.

## IN VIGILIIS NATI- uitatis domini. Matthæi .I.

**In illo tempore: Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequā conuenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Et reliqua.**

**C**um natiuitatē domini & saluatoris nostri Iesu Christi, qua æternus ante secula dei filius, ho-

minis ex tempore filius apparuit. **Matthæus** euange-  
 lista breui quidem sermone, sed ab **Abraâ** usq; ad **Io-**  
 seph uirum **Mariæ** perduxisset, omnesq; cõmuni hu-  
 manæ creationis ordine genitos simul & generâtes  
 ostendisset, mox de ipsa locuturus, quantum eius ge-  
 neratio à ceteris distaret, aperuit: quia uidelicet cæte-  
 ri per coniunctionem maris & fœminæ solitâ, ipse  
 autē per uirginē, utpote filius dei nasceretur in mun-  
 dum. Et quidem decebat omnibus modis, ut cum de  
 us homo, ppter homines fieri uellet, nō ex alia quā  
 de uirgine nasceretur, cum uirginem generare cõtin-  
 geret, nō aliū, quā qui deus esset, filium procrearet.  
 [Cum esset (inquit) desponsata mater **Iesu Mariæ Io-**  
**seph,** antequam conuenirent, inuenta est in utero ha-  
 bens de spiritu sancto.] Quo ordine, uel in qua ciui-  
 tate sit celebrata cõceptio, **Lucas** euangelista sufficiē-  
 ter exponit. Quod quia uestræ sanctitati constat esse  
 notissimum, dicendum est paucis, de his quę **Matthæ-**  
**us** scribit. Notādumq; in primis, in eo quod ait, [an-  
 tequam conuenirent,] uerbo cõueniendi nō ipsum  
 concubitus, sed nuptiarum, quæ præcedere solent,  
 tempus insinuatur, quando ea quæ prius sponsata fu-  
 erat, esse coniunx incipit. Ergo antequam conueni-  
 rent dicit, antequam nuptiarum solēnia rite celebra-  
 rent, [inuenta est in utero habēs de spiritu sancto.]  
 Siquidem memorato ordine postea cõuenerūt, qñ  
**Ioseph** ad præceptum angeli, accepit coniugem suā,  
 sed non concumbebant, quia sequitur, [ & nō cogno-  
 scebat eam. ] Inuenta est autē in utero habens, à nul-  
 lo alio quā **Ioseph,** qui licentia maritali futuræ uxo-  
 ris penē omnia nouerat, ideo cõtinentem eius uterū,  
 mox curioso deprehēdit intuitu. Sequitur: **Ioseph**

autem vir eius, cum esset iustus, et nollet eam  
 traducere, voluit occulte dimittere eam. Vi-  
 dens autem Ioseph sponsam concepisse suam, quam  
 bene nouerat à nullo uiro fuisse attactam, cum esset  
 iustus & iuste omnia uellet agere, optimū duxit, ut ne-  
 quod hoc alijs proderet, neque ipse eam acciperet uxorem,  
 sed mutato occulte nuptiarum proposito, in conditione  
 eam sponsam manere pateretur, ut erat. Nā & in Isaiā le-  
 gerat, uirginem de domo David esse cōcepturam, &  
 parituram deū, de qua etiā domo nouerat genus du-  
 xisse Mariam, atque ideo non discredebat in eam, pphē-  
 tiam hanc fuisse complēdam. Sed si eam uoluisset oc-  
 culte dimittere, neque accipere coniugem, & illa spon-  
 sa pareret, nimirum pauci essent, qui eam uirginē, &  
 non potius autmarent esse meretricem. Vnde Ioseph  
 consilium repente consilio meliore mutatur, ut  
 uidelicet ad conseruandam Mariæ famam, ipse eam  
 celebrato nuptiarum conuiuio, cōiugem acciperet,  
 sed castam perpetuo custodiret. Maluit namque domi-  
 nus aliquos modum suæ generationis ignorare, quā ca-  
 sitatem infamare genitricis. Nā sequitur: Hæc au-  
tem eo coarante, ecce angelus domini in som-  
nis apparuit ei, dicens: Ioseph fili David,  
noli timere accipere Mariam coniugem tuam.  
Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto  
est. Pariet autem filiū, et vocabis nomen eius  
Iesum. Ipse enim saluum faciet populū suum à pec-  
 catis eorum. ] Quibus profecto uerbis, modus con-  
 ceptionis eius simul & dignitas partus edocetur, quod  
 uidelicet & de spū sancto conciperet, & paritura sit  
 Christū. Quem etsi aperta uoce angelus Christum  
 non appeller, in eo tamen quod etymologiam nomi-

his Iesu exponens, ipsum salutis ostendit auctore, populorumq; saluatorem eum nuncupat, manifesta ratione, quia sit Christus, significat ut per hæc & quæ ne scierat, discat Ioseph, ut à cōtractu dei genitricis funditus mentē amoveat. Quā tñ dispensatione iustæ necessitatis accipere iubetur, solo de nomine coniugē, ne videlicet quasi adultera lapidaretur à Iudæis, & ut in Aegyptum fugiens, haberet solatium masculi, qui familiari cura, & custos scēminæ fragilitatis, & testis eius perpetuæ uirginitatis existat. Prodiunt & catholici expositores alias causas, quare dei genitricem Ioseph accipere debuit coniugē, quas in suis quæ uult, inueniet locis. Adhibet autē euangelista partui uirginali etiam prophetici sermonis exemplū, ut tātā miraculum maiestatis eo certius uideretur, quo hoc nō solum ipse factum crederet, sed etiā à propheta prædictum recoleret. Nā & huic euangelistæ, id est, Matthæo, moris est, omnia quæ narrat, etiam prophetice affirmare testimonijs. Scripsit nanque euangelistā suum ad eorum maxime causam, qui ex Iudæis credebant, nec tamen legis ceremonijs, quamuis renati in Christo, ualebant auelli. Et propterea satagebat eos à carnali legis & prophetarum sensu, ad spiritualem, quæ de Christo est, erigere, quatenus sacramenta fidei Christianæ tanto securius perciperent, quanto hæc non alia esse, q̄ quæ propheta prædixerant, cognoscerent. Ecce uirgo (inquit) in utero habebit et pariet filium, et uocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscū deus. Nomen saluatoris, quod nobiscū deus à propheta uocatur, utrāq; naturam unius personæ ipsius significat. Qui em̄ aute tempora natus ex patre deus

est, ipse in plenitudine temporis Emmanuel, nobiscū deus, in utero matris factus est: quia nostrā fragilitatē naturā in unitatē suā personā suscipere dignatus est, quā uerbum caro factū est, & habitauit in nobis: mirū uidelicet in modum incipiens esse quod nos sumus, & nō desinens esse quod erat: sic assumēs naturā nostram ut quod erat, ipse non perderet. **Erurgens autē Ioseph a somno, fecit sicut praeceperat ei angelus dñi.** Et accepit cōiugem suam, & nō cognoscebat eam. ] Accepit eam ad nomē coniugis, ob causas quās praediximus, & nō cognoscebat eam, ad opus coniugale, ob arcana quae didicerat. Quod si quis huic nostrae expositioni obsistere, & cōtendere uoluerit, beatam dei genitricē nunquā à Ioseph celebratis nuptijs in nomen coniugis assumptam, exponat ipse melius hunc sancti euāgelij locum, pariterque ostendat licitum fuisse apud Iudaeos, ut spōse suae quisque carnali copula misceretur, & sano eius intellectui libenter cedimus: cū ne erga matrem dñi quicquā gestum, quod publica opinione possit infamari, credamus. Quod uero addit, **donec peperit filium suū primogenitū**, nemo ita intelligēdum putet, quasi post natū filium eā cognouerit, ut quidam peruerse opinant. Scire enim debet ustra fraternitas, quia fuerunt haeretici, qui propter hoc quod dictum est, [ non cognoscebat eam donec peperit filium suum ] crederent Mariā post natum dñm cognitam esse à Ioseph, & inde ortos eos, quos fratres dñi scriptura appellat, assumptō & hoc in adiutorij sui erroris, quod primogenitus nūcupatur. Dñs deus auertat hanc blasphemiam à fide omnium uesterū, donec nobis catholica pietate intelligere, parētes nostri saluatoris intemerata semper fuisse uirginitate p̄claros, et



## NATIVITATIS DOMINI. 65

non filios, sed cognatos eorum fratres dñi scripturam more nuncupari, & ob id euangelistam, an post natum filium dei eam cognouerit non curasse, quia nulli de hoc ambigendum putauerat, coniuges, quibus in uirginitatis castimonia permanentibus dei filium nasci singulari gratia datum est, nullatenus ex eo castitatis iura temerare potuisse. Notandū quoque est, quod primogeniti nō iuxta hæreticorum opinationem soli sunt, quos fratres sequuntur alij, sed iuxta autoritatē scripturarū omnes q̄ primi uulū aperiūt, siue fratres eos alij, seu nulli sequantur, primogeniti uocantur. Attamen dñs speciali ratione potest primogenitus dictus intelligi, iuxta hoc quod in Apocalypsi dicit de illo Iohānes: Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regū terræ. Et apostolus Paulus: Nā quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Primogenitus in multis fratribus: quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quorum recte primogenitus appellatur, quia omnes adoptionis filios, etiā illos q̄ incarnationis eius tēpora nascendo præcesserunt, dignitate prægreditur. Si quidem possunt illi cū Iohāne ueracissime testari: Qui post nos uenit, ante nos factus est, id est, post nos quidem in mundo genitus, sed merito uirtutis & regni, primogenitus omnium nostrum iure est uocatus. Qui & in ipa diuina natura iuuitate nō incōuenienter potest primogenitus dici, quia priusquā creaturam gigneret aliquam, coæternū sibi pater genuit uerbum. Vnde ipsum uerbum, ipse filius, dei uidelicet uirtus & sapientia, loquitur: Ego ex ore altissimi, p̄dij, primogenitus ante oēm

Apocal. 1.

Roma. 8.

creaturam. Deus de deo natus erat, & in ea creatus ex  
 humanitate, omnē merito creaturā preibat. **Et uo-**  
**cabis (inquit) nomen eius Iesum.** Iesus Hebrai  
 ce, latine salutaris siue saluator dicitur. Cuius uocati  
 onē nominis prophetis liquet esse certissimam. **Vn-**  
**de** sunt illa, magno uisionis eius desiderio cātata: Ani  
 ma autem mea exultabit in domino, & delectabitur  
 in saluari eius, Et itē: Defecit in saluari tuo animā  
 mea. Et alibi: Ego autem in domino gloriabor, gau  
 debo in domino Iesu meo. **E:** maxime illud: **De°**, in  
 nomine tuo saluū me fac. **Ac** si diceret: **Nominis tui**  
 gloriam, qui saluator uocaris, in me saluando glori  
 fica. Iesus ergo nomen est filij, qui ex uirgine natus  
 est angelo exponente, significans quod ipse saluet po  
 pulum suum à peccatis eorum. **Qui** autē saluat à pec  
 catis, idem utiq; à corruptionibus mētis & corporis,  
 quæ ob peccata contigerunt, saluabit. **Christus** uero  
 uocabulum est sacer dotalis uel regię dignitatis. **Nā**  
 & sacerdotes & reges in lege à chrismate, id ē, uncti  
 one olei sancti appellabantur **Christi**, significantes  
 eum qui uerus rex & pontifex in mundo apparens,  
 unctus est oleo lætitiæ præ participibus suis. **A** qua  
 unctio, id est, chrismate, ipse **Christus**, & eiusdē un  
 ctionis, id est, gratiæ spiritualis participes, sunt **Chri**  
**stiani** uocati. **Qui** per id quod saluator est, nos salua  
 ret à peccatis: per id quod pontifex est, nos reconcili  
 aret deo patri. **Per** id quod rex est, regnum nobis pa  
 tris dignaretur æternum.

**C**hristi autem generatio sic erat. **Quæ**  
 ritur, cur non ait Iesu **Christi**, sed solummodo  
**Christi**, quod angelo mox dicturo seruauit. **Genera**  
**tio**, ipse **Christus** in carne generatus, **Ac** si diceret: **Ge**

psalmi. 34.  
 psal. 118.  
 Habac. 3.

**NATIVITATIS DOMINI** 67

neratio, quæ est Christus, sic erat, bifarie explanandū, uel ad decursæ genealogiæ locum, ubi ait: Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. Omnes ergo gñationes ab Abraham usq; ad Dauid, gñationes quatuordecim. Et à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis, gñationes quatuordecim. Et à trāsmigratione Babylonis usq; ad Christū, gñationes quatuordecim. **Christi autē generatio sic erat.** Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, & reliqua. ] Sic autem erat Christi generatio, i. sic ad Christū pertinet hæc genealogia. [ Cum esset desponsata ] His causis nō de simplici uirgine, sed de desponsata natus est Christus: Ne per fœminam, sed per uirum iuxta morem scripturæ genealogia texeretur. Ne lapidaretur à Iudæis ut adultera. **Vt** in Aegyptum fugiens, haberet uiri solatiū. **Vt** parus eius celaretur diabolo, dum putat non de uirgine, sed de uxore genitum. **Ne** temeratæ uirginis adureretur infamia. Maluit em̄ dñs aliquos de suo potius ortu, q̄ de matris pudore dubitare. **Ne** uirginibus uelamen excusationis fieret, quod infamata sit mater domini. **Ne** dicente domino, non ueni soluere legem, sed adimplere, ullus obijceret, quod cū legis iniuria natus sit. **Vt** testis pudoris maritus adhiberetur, qui posset delere & uindicare opprobrium, si nō agnosceret sacramentum. **Ne** uideretur Maria culpā obumbrare mendacio: causam enim mentiendi desponsata non habuit, cum coniugij præmium partus sit fœminarum. **Ne** Herodi & Iudæis excusandi præberetur occasio, quod natum ex adulterio persequerentur. **Vt** fidelibus coniugatis ex pari consensu continentia insinuaret. **Vt** nisi puaricationi esset obnoxia,

qualiter humana pgenies multiplicari sine uirginitatis detrimento potuisset, demonstraret. [Desponsata, id est, nōdum nupta. ] Mater eius (inquit) nōn uxor Ioseph. In ipsa ianua amborū ponuntur nomina, quæ factis congruunt. **Antequam conuenirent.** Proximū nuptiarum tēpus ostendit, nōn quod sequeretur ut postea cōuenirent, sicut hoc dicit Heluidius. **Inuenta est.** A nullo alio nisi à Ioseph, qui maritali licentia futuræ uxoris omnia nouerat. Hic Mattheus prætermisit multa quæ Lucas narrat, dicens: **In mense (inquit) sexto, missus est Gabriel angelus a deo in ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginē desponsatā uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen uirginis Mariæ. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, dominus tecū &c. ] Nimirum em̄ ad id usq; genealogiā deduxit, ut diceret, Ioseph uirum Mariæ, de qua natus esset Christus. Et ideo cōceptum eius, quem transcenderat, Lucæ narrandum reliquit. **In utero.** Nō in utero accipiens, i. non aliunde acceptū, sed interius ueniente spiritu sancto habitum, ut illud: fœmina circundabit uirum. **De spiritu sancto.** Queritur, si inuenta est à Ioseph habens de spiritu sancto, cur dimittere eam uoluit & Ideo sci licet, quia nectorū sciuit, nec totum ignorauit. Nouerat in utero habētē, non de carnali concubitu, sed spiritali uirtute. De quo uero spiritu cōceperit ignosabat, qđ ei aperitur quasi nescienti de spiritu, dū inducit, sancto, & reliqua. Item querit, cur Mattheus anticipauit, qđ mox angelus dicturus erat, p spiritali seruore: & ne lectoris animus paucissimis licet lineis dubitaret, & ut in ore duorum uel trium testium stet.**

omne uerbum. **Ioseph uir eius.** In scripturis spōsa uxores, & sponsi uiri uel mares dicuntur. **Cum esset iustus.** Cum cōsij criminum, obnoxij sint peccati, cur Ioseph cū crimen celet, iustus uocatur? Id est, ut idoneum eius testimoniū commēdet. In plerisq; exemplarijs additur, cum esset hō iustus, ut ostēdat secundum humanā iustitiam Ioseph iustū fuisse, quia cōparatione iustitiæ dei, p̄ nihilo ducitur. Et ideo recte sequitur, **quod nollet eā.** Non solum celat, sed nec audeat contingere tēplum dñici corporis, recte iustus iustitig templum non corrumpit. **Traducere.** Ac si diceret: Nollet ducere sponsam, quā suspicatus est esse adulterā. Aut aliter, siue traducere ad p̄nā, quam sciebat non ab hoīe concepisse. **Traductionis** em̄ uerbū, sapius in mala q̄ in bona parte inuenitur. **Quod etiam Græcus** non absurde sermo significat, *παρὰ τὴν ὑπόθεσιν*, id est, p̄palare, quod est palam facere, & omnibus notū facere conceptū. **Occulte.** Ne aut dimissa uxore sua, alieni coitus reatū sup̄ eā induceret, aut liberata seipm̄ q̄si adulterij innocētē liberaret. **Ecce Adā** cælestis noua opponit uerteribus. **Priori uice,** ex solo uiro fœmina facta est, sine matre. **Secunda uero,** uir ex sola muliere natus est sine carnali patre. **Ex fœminis** decuit noua redemptio, à quibus processit antiqua p̄uaricatio. **Terrenus Adam** de incorrupta terra formatus est, secundus **Adā** de incorrupta carne uirginis Mariæ. **Hæc autē eo cogitante,** ecce angelus dñi. Bono uiro & iusto, bona & iusta cogitari bonus et iustus apparet nūcius. Ideoq; additur [domini] ad distinctionem apostatæ angelorum. **Hunc angelū Gabrielem** multi putant, iuxta **Lucæ** uidelicet narrationē. **Non quasi ipse sit nūcius**

natiuitatis oim, sed quia interpretatur fortitudo dei, & uictoria bellorum ei commissa est, ideo in natiuitate Iohannis et Christi nuncijs uenientium recte mittitur.

**Recte** quoq; de deo cogitanti opportuna adhibet cōsolatio, sicut duobus in uia ambulanti bus ostēsus est **Christus**. **In somnis apparuit**. Sermo apparenti in solitam rē significat. Duobus modis locutio diuina distinguitur, aut p angelos, aut per semetipsum.

Sed cū per semetipsum fit, sola inspiratiōe interius sine uerbis & syllabis cor docet, q̄ auditū aperit, & habere sonitū nescit, sicut Philippo spiritus dixit: Iunge te ad currū istum. Cum uero p angelū, his modis fit.

Actuū. 8.

Iohan. 17

Aliquando uerbis sine ulla imagine, sicut Christo dicente: Pater, clarifica filium, p̄tinus respondetur: clarificaui, & iterū clarificabo, & reliqua. Aliquando re-

Iezech. 7.

bus, sine uerbis, sicut Iezechiel electri speciem uidit in medio ignis, per hanc Christi incarnationē designās.

Gene. 3.

Aliquādo uerbis & rebus, sicut Adā ambulante dominū in paradiso post meridiem uidit, significans lucem ueritatis a se recessuram. Aliquando imaginibus

Gene. 28.

Actuū. 10.

cordis oculis ostēsis, sicut Iacob innixam caelo scalā, et Petrus uas plenum animantibus in extrasi uiderat.

Gene. 18.

Aliquā imaginibus ante corporeos oculos ex aere assumptis, sicut Abrahā tres uiros nō solū uidit, sed in domū accepit, & insuper etiam pauit. Aliquando caelestibus substantijs, sicut baptizato domino uox insonuit, dicēs: Hic est filius meus. Aliquādo terrenis & caelestibus, sicut coram Moysē in monte ignem rubūq; sociauit, significans se doctorem populi fore, q̄ legis flammam acciperet, tamen peccati spinam non relinqueret: siue quod ex illo populo exiret, qui ignem diuinitatis in humanitatis nrae spinas imponderet. Ali-

Gene. 18.

Matth. 3.

Exodi. 3.

quando humanis cordibus secreta presentia inspirat, unde Zacharias ait: Er dixit ad me angelus q loque- **Zach. 2.** bat in me. Cū uero huic beato Ioseph apparuisse dicitur, imagine cordis ostensa apparuit. **Ioseph fili David.** Blandiētris affectu loquitur, notū eum significans & familiarē, cuius nomē & genus designatur. Hinc apparet quod ex eadē tribu erat Ioseph & Maria, iuxta illud: **Nemo copuletur nisi de tribu sua.** In quo notandū, quod nō tam carne, quā spū filiū David eum dixerit, ut iustum uis; ex genere iusti propagatum, hoc meruisse declararet. **Holitimere.** Apparet quod causa timoris appetierit dimittere eā, q timebar profiteri spirituale coniūgiū. Vide quod me tus ille nō coercitus, quo accipere uxore phibitus ē, sed iubetur ne ad suam presentia illam accipere expauescat. Prius timor expellitur, ut libentius dicēda postea audiantur. **Coniugē tuam.** Solet scriptura sponsas, coniuges uel uxores uocare. Siue ideo Maria cōiunx dicitur, q̄a sub eodē iugo educatura saluatorem erat. **Quod (inquit) natū est,** nō extrinsecus seminatū. **De spū sancto est.** Hic soluit qd Ioseph scierit quod ignorauit. Sed non ob hoc spiritus pater Christi existmandus est, ut deus pater uerbum genuerit, spiritus uero hominem, sed quia eius ministerio natiuitas Christi adimpleta ē. **Pariet autē filium.** Apparere tamen faciet sine dolore pariēdi, sicut sine peccati uoluntate fuit cōceptus. Hic monstrātur quatuor incerta uniuscuiusq̄ nascētis, quia pariet filium qui uocabitur Iesus, qui saluum faciet populum suū. **Et uocabis.** O Ioseph, uocibus prophetarum non contradicas. Norandum quod iuxta **Matthæum** ad Ioseph, iuxta **Lucam** ad Mariam uocare nomen pue-

Num. 36.

ri prædictum sit, quia Iesus ad salutem utriusque sexus uenit. Iesum sequitur etymologia nois, cui ait: **Ipsè enim saluum faciet populum suum.** Vere Iesus, q̄ salu<sup>s</sup> esse possit. **A peccatis.** Cōtra Iudæos, q̄ putant populum de captiuitatibus, non de peccatis per Christum liberandum, **eorum.** Nota quod eius est salus, nostra uero sunt peccata.

## IN DIE SANCTO

Natiuitatis domini. Iohannis .I.

**In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et re.**



**D**ominicę natiuitatis diem, qua temporaliter natus est, annua reuolutione colentes, liber oculos mentis ad contemplandam naturā diuinitatis cōuertere: & quia in tribus euāgelistarum dictis, **Matthę scilicet, Marci & Lucę,** modus humanę natiuitatis describitur, ad substantialem dei patris essentiam, oportet beati Iohannis euāgelistę dicta considerare. De cuius euāgelio loquenti, breuiter quidē, sed rationabiliter cōmemorandum uidetur, quare tã domini dilectus discipulus, in ordine euāgelistarũ



**NATIVITATIS DOMINI** 73

ponatur extremus. Quia enim suum euangeliū scripsit nouissimus, ideo iure ponitur ultimus: iam uero tria euangelia scripta erant, atque in uniuersum orbem diuulgata. Per **Matthæum** quippe in **Iudæa**, per **Marcum** uero & **Lucam** in gentibus. Ipse autē post ascensionē domini, per sexaginta ferme annos euangelium suum, absque ullo adminiculo scribēdi, **Asiæ** partibus prædicauit: sed postquam à **Domitiano** impiissimo **Cæsare** ac crudelissimo tyranno, propter in superabilem euangelizandi constantiam, in **Patmos** insulam exilio esset relegatus, eruperunt hæretici in ecclesiam, **Marcion**, **Cerinthus**, & **Ebion**, & alij filij diaboli, quos ipse in epistola sua **Antichristos** appellat, qui eā diuersis dogmatibus scindere conati sunt, dicentes **Christum** ante **Mariam** non fuisse. Postea uero cum permittēte piissimo rege **Nerua**, regressus de exilio, **Ephesi** moraretur, rogatus traditur ab uniuersis episcopis & presbyteris, ut quia iam in tribus euangelistarum libris (ut diximus) temporalem domini natiuitatem pleniter habebat expositam, eis de diuinitate sermonem faceret, & ad memoriam futurorum scriptū relinqueret, ut scilicet post eius recessionem de mundo, haberent fideles unde fidem suā munirent, & hæreticorum falsa dogmata destruerēt. Quod primum se negauit facturum, sed illis in prece persequerantibus, non aliter hoc facere acquieuit, nisi prius triduo ieiunio omnes in commune dominum precarentur. Quod cum libētissime ab omnibus factum esset, die tertia expleri ieiunij, tanta domini gratia, secundum sui nominis congruam interpretationem dicitur repletus, ut usque ad contemplandam diuinitatis substantiæ naturam ultra omnes

homines raperetur, & regem in decore suo cernens, de ipso purissimo fonte diuinitatis hauriret, qđ nobis sitientibus propinaret, & sic per totum sui euangelij textum pauca de humanis actibus saluatoris in serens, sufficiēter ex diuinitate scripta reliquit. Vnde bene in cœna super pectus dñi recubuisse dicit. Quia em̄ in pectore Iesu sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, inde gustās quām suavis est dñs, nobis esuriētibz cibum uitæ æternæ est impartitus. Vnde bene inter quatuor animalia aquilæ speciē racionabiliter habere describitur, quia sicut aquila præ cæteris auibus altius uolat, & præ cunctis animantibus iubar solis irreuerberatis oculis contēplatur, ita Iohannes præ cunctis hominibus subtilius ex diuinitate sensit, & præ cunctis mortalibus altius æterni solis naturam contēplatus est, dicēs: In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deum, & deus erat uerbum. Alij em̄ Euangelistæ Christum in tempore natū describunt, ille uero ante om̄ia tempora eum fuisse commemorat, dicens: [In principio erat uerbū] Alij eū subito hoīem inter hoīes apparuisse cōmemorāt, ille semp cū deo patre manere ostēdit, dicens: [Et uerbū erat apud deū] Alij hunc uerū hominē describūt, ille uerū cōfirmat deū, dicens: [Et deus erat uerbū] Alij corporaliter de Maria uirgine natum, tēporaliter inter hoīes conuersatū fuisse asserunt, ille cū deo patre semp fuisse demōstrat, dicens: Hoc erat in principio apud deum. Alij signa & uirtutes quas inter hoīes fecit, ille qđ deus per filiū om̄em creaturā cōdiderit manifestat, cū ait: Om̄ia per ipsum facta sunt & sine ipso factū est nihil. Et mirabili ordine beatus Iohānes Euāgelista in ex-

ordio sui evangelij, & fidem credentium roborat, & hereticorum falsum dogma damnat. Fuerunt enim heretici qui dicebant: si ergo natus est Christus, erat tempus quoniam ille non erat. Quorum errorem euangelista in ipso exordio sui evangelij destruit, cum dicit: [In principio erat uerbum] Quia non dixit, in principio coepit esse uerbum, sed in principio erat uerbum, ostendit nullum tempus eius naturam antecessisse, sed ipsum ante omnia tempora semper esse, sicut ipse in euangelio dicit: Ego principium, qui & loquor uobis. Et in prophetis: Dominus possedit me in initio uiarum suarum antequam quicquam faceret a principio, ab eterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Et iterum: Quoniam preparabat caelos, aderam, simul cum illo componens omnia. Hinc per Psalmistam dicitur: Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, a seculo & usque in seculum tu es deus. Iterum fuere alij ueritatis inimici, qui tres personas sanctae trinitatis negare uolentes, dicerent: Pater quando uult, filius est: quando uult, spiritus sanctus est: filius quando uult, pater: quando uult, spiritus sanctus est: spiritus sanctus quando uult, pater est aut filius, idem tamen unus est. Et horum falsissimum errorem uerax euangelista dissipat, cum subiungit: [Et uerbum erat apud deum.] Si enim alter apud alterum erat, manifestum est, quia alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Nec pater iuxta illorum fallaciam aliquando mutatur in filium, aut filius in patrem, neque spiritus sanctus in patrem aut filium, sed pater semper est pater, filius semper est filius, spiritus sanctus semper est spiritus sanctus. Non enim diuina natura uel substantia mutari potest, teste Iacobo apostolo, qui ait: Apud quem non est transmutatio,

Johan. 8.  
Proph. 8.

Psalm. 89.

Jacobus

nec uicissitudinis obumbratio. Item fuerunt alij filij diaboli, qui Christum hominem tantum crederent, deum uerum negarent. Et horum fallaciam spiritali mucrone euangelista ampurauit, cum adiungit: **Et deus erat uerbum.** Congrua enim ratione coeternus patri filius uerbum dicitur, quia sicut nos interiore cordis nostri uoluntatem per uerbum patefacimus, ita deus pater per filium cuncta quae uidentur operatus est, teste **Psalmista** qui dicit: **Verbo dei caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.** Sive uerbum patris filius dicitur, quia ait **Apostolus**: uirtus & sapientia est patris. De quo alibi **Psalmista** ait: **Erexit autem cor meum uerbum bonum.** Fuerunt rursus alij, qui deum Christum quidem crederent, sed ex **Maria** exordium sumpsisse putarent, quorum unus mente captus dixisse fertur: **Non in uideo Christo factio deo, quia si uolo, possum fieri similis illi.** Et horum nefandissimum errorem sanctus **Euangelista** opprimit, cum adhuc subiungit: **Hoc erat in principio apud deum.** Ostendens illum non ex tempore incrementum sumpsisse, sed semper in coeterna substantia cum patre esse. Item fuerunt & alij ueritatis inimici, qui quasdam creaturas a deo, quasdam a quodam principe tenebrarum factas assererent, & hos destruit euangelicus sermo, cum adiungit: **Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.** Quae enim subsistunt, per ipsum facta sunt, sicut scriptum est: **Qui manet in aeternum, creauit omnia simul.** Non quaedam bona, quaedam mala, ut illi putauerunt, sed omnia ualde bona, sicut scriptum est: **Vidit cuncta quae fecit, & erant ualde bona.** Quod uero quaedam creatura mala esse uidetur, propter peccatum hominis contigit, sicut per quendam sapientem dicitur: **Bestiarum**

**Psal. 33**

**1. Cor. 1.**

denes scorpion & serpentes, omnia in uindictam creata sunt. Nam peccatum, quia subsistendi naturam non habet, non est a deo creatum, sed a diabolo inuentum, & ideo nihil est, & quicquid non subsistit, nihil est, sicut de cultura idolorum Apostolus dicit: Scimus quia nihil est idolum. Fuerunt & alij heretici, qui diuinam naturam substantiam subtilius quam deberent persequerantes, unigenitum filium dei, in diuinitatis forma a deo factum, & non a patre dicerent genitum, sicut fuit Arius, ut per hoc eum minore patre assererent, quod non ex deo genitum, sed a deo factum predicarent. Quorum errorem uel demeritum fide armatus Euangelista conculcat, cum dicit: [Omnia per ipsum facta sunt.] Si enim omnia per ipsum facta sunt, ipse non est factus, qui omnia fecit: & ideo non creatura, sed creator: non factura, sed factor, in æqualitate patris credendus est, sicut ipse ait in euangelio: Ego & pater unum sumus. Et quia aliam creaturam rationalem rationabilis dei sapientia creauit, ne putares eius uoluntatem esse mutabilem, ut subito uellet facere aliam creaturam quam in æterna sua dispositione non fecisset, rem necessariam euangelista subiunxit, dicens: **Quod factum est, in ipso uita erat.** Qui uersus culus ita distinguendus est, ut primum dicamus, quod factum est, deinde inferamus, in ipso uita erat, & est sensus: Quod factum est ab illo, in tempore apparuit, siue uiuēs siue uita carens, in ipso uita erat, id est in eius æterna sapientia, etiam illa quæ non uiuunt, antequam crearentur, uiuebant, scilicet ante initium mundi, quia ut postea fierent dispositum erat, ac per hoc quasi factum erat, quia omnis creatura in ipso filio dei imaginata erat. Quod ut manifestius possit intelligi, de rebus uisibilibus exemplum adhibeamus, uerbi gratia: **fa-**

1<sup>o</sup> Cor. 8.

Johan. 10

ber lignarius pergit in syluam, inspicit arborē, cogitat ex illa facere arcam, uel quodlibet uas. & cum arbor maneat adhuc nō scissa, iā in eius sapientia quæ ex longitudo & latitudinis futura sit, cōsideratur, cuius fabrica in eius arte ex eo uiuere comprobatur, cum tamen ex se non uiuat, quasi aut uetustate aut igne consumpta fuerit, iterum eiusdem quātitatis & qualitatis nouit uas fabricare. Ita deus omnipotens, antequā mundum crearet, antequam mundi creaturas in proprias species formaret, in eius sapientia, nō solum quæ uiuunt, sed etiā quæ uita carent, uiuebāt. Sed ne æstimares om̄em creaturam in hoc seculo uitam habere uel illuminatā esse, recte subdit: Et uita erat lux hominū. Quod est aperte dicere, quia ipsa uita & sapientia per quam cuncta sunt creata, & in qua per quandam rationem (ut dictum est) uiuere dicuntur, lux est hominum. i. rationabilium creaturarū, non irrationabiliū. Non em̄ bestia & pecora, sed homines illuminantur, qui rationabiles sunt. Licet nāq; bestia uiuant, tamen non illuminantur, ut possint sapientiam & intellectum atq; spiritū discretionis habere. Quibusdā em̄ creaturis tribuit esse, uiuere, sentire, & non discernere, ut animalibus: alijs esse, uiuere, sed nō sentire, ut arboribus: alijs etiam esse, nec uiuere, nec sentire, ut petris. Hominibus autem tribuit esse, uiuere, sentire, atq; discernere. Vnde bene illuminati sunt, q̄ ad imaginē dei creati sunt. Sed & animalis quicumq; est hō, non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Sed quia nullam excusationem de ignorantia carnaliter uiuentibus æterna dei sapiētia reliquit, recte subinfert: Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cōprehenderunt. Tenebræ em̄ homi-

nes sunt iniqui, homicidæ, adulteri, raptores, immundi, & his similiū patratores. De quibus per Iohānem dicitur: Omnis qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quia tenebræ excæcaverūt oculos eius. Vnde & Apostolus credentibus ait: Fuitis aliquando tenebræ, nunc autē lux in dño. Sic lux in tenebris lucet, quia hi qui carnaliter uiuunt, de ignorantia excusationem habere nō possunt, quando sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nesciūt. Quia em̄ sensum rationalem, per quem & dñm & eius uoluntatem possunt cognoscere, carnaliter uiuentes obtenebrant, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. Sol et autē contingere aliquoties, ut maioris sensus acuminē, hi qui carnaliter uiuunt, splendeant, quā illi qui simpliciter, sicut dominus ait in euangelio: **Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.** Igitur lux in tenebris, quia quamuis iniqui homines nō uideant lucē. **Lucē. i.** Christū, tamen opera eorum mala uidentur à luce, scilicet à Christo, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, Psalmista teste q̄ ait: **Vultus autē domini super facientes mala.** Verbi gratia, si ponatur cæcus ad solem, sicut ipse non uidet lumen solis, sed circumfunditur ab ipso, sic prædicti homines non uident deum, sed uidentur à deo. & ideo quia deus hos uidet, lux in tenebris lucet, id est, in ipsis hominibus, uel certe in tenebris lux lucet, quia ipsa sapientia per quā nos homines esse cognoscimus, & aliquid facere intelligimus, comparati iumentis insipientibus, & similes facti, ueram lucem, id est, deum, nos qui sumus tenebræ non comprehendimus. Vnde bene dicit Euangelista: **Et tenebræ eam non**

x. Iohā. a

Ephes. 5

Lucē. 16.

Psalm. 33.

2. Cor. 6.

**comprehēderunt.** Nulla quippe participatio (ut ait Apostolus) luci ad tenebras, nulla cōuentio Christi ad Belial, nec pars fideli cum infideli. Quia uero dei lucem ineffabilem humana mens in tenebris posita, subito uenientem sustinere nō poterat, ne in his tenebris remaneret, ipsa lux uentura, mundo prami sit hominem ante se magni meriti, uelut lucernā ante diem, luciferum ante solem, per cuius testimonium & prædicationem, ad uidendam ueram lucem, simplicitudo mētis humanā præpararetur, et cognoscere retur deus & homo. Si enim dñi lux subito nobis appareret, magis inde excecāremur q̄ illuminaremur. Sed paulatim dñs per patriarchas & prophetas, suū aduētum nobis denūciare uoluit, ut uerbi causa, sicut cum in ualle consistimus, orientem solem cernere non possumus, tamen in eis summitatem ascendentes, illius ortum resplendere uidemus, & scimus ipm radiare cito. Ita & dñs, per sanctos suos mentes nostras ad suam lucem contemplandam trahere uoluit. De quibus montibus fuit iste, de quo & subditur:

**Fuit homo missus a deo.** Vbi in primo uerbo obedientie uirtus in illo commendatur, cum dicitur, [fuit homo missus a deo.] Non enim à semetipso, id est, sua præsumptione uenit, sed à deo missus est. Aliud est enim à se uenire, aliud à deo mitti. A se quippe uenit, qui præsumptiue, in eo quod docet, suā gloriam querit. Vnde de pseudoprophetis dictū est: Ipsi ueniebant, & non mittebam eos: loquebantur, cum non præceperam illis, ergo non erat de talibus Iohānes, sed potius ex illis erat, quibus saluator ait in euāgelio: Ego uos elegi de mundo, ut eatis, & fructū adferatis, & fructus uester maneat. A deo quippe mit-

Jerem. 23.

Iohan. 15.



# **NATIVITATIS DOMINI** 81

itur, qui in eo quod docet, dei laudem & animarum  
lucra quaerit, qualis erat **Moyſes**, cui dictum est: **Ve-**  
**ni, & mittam te in Aegyptum.** qualis erat **Iſaias** pro-  
pheta, qui, dicentē domino: **Quem mittam, & quis**  
**ibit nobis ad populū istum?** respondit: **Ecce ego, mit-**  
**te me.** Talis erat **Iohannes Baptiſta**, de quo dicitur:

*Iſaie. 6.*

[ Fuit homo miſſus à deo. ] Quid uocabatur homo  
ille? ſequitur: **Cui nomē erat Iohannes.** Ad qd  
autē miſſus ſit à deo, manifeſtatur cū ſubditur: **Dic-**  
**venit in teſtimonium, vt teſtimoniū perhibe-**  
**ret de lumine.** Vt quid teſtimonium perhibuit de  
lumine? Declaratur cū ſubinfertur: **vt omnes cre-**  
**derēt per illū.** Nō dixit ut oēs crederēt in illū, quia  
maledictus homo qui confidit in hoīe, ſed ut omnes  
crederent per illum, id eſt, per eius teſtimonium oēs  
crederent in **Chriſtum.** Aliud enim eſt credere illum,  
aliud per illum, aliud in illum. **Crede**re illū, & per il-  
lum, ad fidelem hominem referri poteſt: credere au-  
tem in illum, niſi ad deum nō pertinet, uerbi gratias  
**Credo Paulū, & per Paulum** credo, id eſt, p eius prædi-  
cationem, tamen non credo in **Paulum**, ſed in deum  
quem prædicat. **Hon erat ille lux, ſed vt teſtimo-**  
**nium perhiberet de lumine.** Quærit, quare eū  
gelista dicat de Iohanne dilecto domini, & inter na-  
tos mulierum maiore, nō erat ille lux, cum dominus  
discipulis dicat: **Vos eſtis lux mundi.** Sed ad hæc faci-  
lis patet reſpoſo, quia alia eſt lux quæ illuminat, alia  
quæ illuminatur. **Lux** eſt quæ illuminat, quæ nec ini-  
tium accipit, nec fine concluditur, nec augmentū ca-  
pit, nec defectum patitur, ſed ſemper æqualis perma-  
ner. Cui luci, id eſt, **Chriſto**, ſi comparentur homines,  
tam minores quàm pfectiores, tenebræ cōputabunt.

Nam & nostra iustitia si illius iustitiæ cōparetur, iniustitia reputabitur. Illuminantur enim homines, ut lux sint, ab illo qui ait in euangelio: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Qualis erat iste Iohannes de quo dominus alibi ait: Ille erat lucerna ardens & lucens, ardens dilectione & amore, lucens sermone: sed non esse Iohānes lux dicitur, ad comparationem ueræ lucis, quæ omnes illuminat, & a nullo illuminatur. Tantum enim distat inter lucem quæ illuminat, & quæ illuminatur, quā tum inter lucernam & luciferum & solem. Illa est igitur principalis lux, de qua adhuc subdit: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Vbi cum omnem hominem uenientem in hunc mundum posuit, ostendit quia siue spiritali gratia, siue naturali ingenio illuminentur homines, tantum ab illo possunt illuminari, a quo procedit omnis sapientia, cum quo fuit semper & est ante æuū. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Hic manifeste euangelista in mundi uocabulo, tres differentias ostendit. Aliquādo enim mundi nomine sancti significantur, aliquando situs orbis terrarum, aliquando mundi amatores. Quod ergo ait, [in mūdo erat,] ad sanctos pertinet, de quibus alibi dominus dicit: Non uenit filius hominis ut perderet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Et Paulus apostolus: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quod uero subiungit, [Et mūdos per ipsum factus est,] ad sitū pertinet orbis terrarū, iuxta illud quod dominus ait in euangelio discipulis: Euntes in mundum uniuersum. Quod autem in

Iohan. 5.

2. Cor. 5.

fert, [ & mundus eum non cognovit, ] ad mūdi pertinēt amatores. De quibus alibi dominus ait: Pater iuste, mundus te non cognovit. In eo uero quod ait, [ In mundo erat, ] ostendit per diuinitatem eū ubique esse præsentem: quia nullo cōcluditur loco, uel excluditur, sed ipse est superior & ipse inferior, ipse interior & ipse exterior. Legitur [ in mundo erat, ] id est, in orbe terrarum. Quidam tamen in mundo, in sanctis hominibus exponunt. [ Mundus per ipm factus est, ] quia om̄is creatura per ipsum, & ab ipso facta est ex nihilo. [ & mundus eum nō cognouit, ] id est, mundi amatores. Recte enim mundi amatores, mundi nomine uocantur, quia mente & desiderio mundum incolunt. Visibiliter autem eum signa facientem, scilicet Iudæi uiderunt, & ipsum non cognouerunt. Nam cælum cognouit, quando eo nato nouam stellam misit: mare cognouit, quādo sub plātis eius se calcabile præbuit: terra cognouit, quando eo moriente contemuit: sol cognouit, quia radios suos in eius morte abscondit. Sed (ut diximus) mūdi amatores, scilicet Iudæi, non cognouerunt, de quibus adhuc subiungitur: In propria uenit, et suum non receperunt. In propria quippe uenit, quia non solum ex stirpe Iudæorum carnem assumpsit, sed etiam inter eos docuit, prædicauit, signa & uirtutes inenarrabiles ostendit. [ sed sui eum non receperunt, ] id est, Iudæi quos sibi peculiariter prioribus temporibus uelut proprios ascuerat, quos in terra repromissionis eiectis hostibus habitare fecerat, quibus legis notitiam dederat, & ad quorum eruditionem prophetas miserat, & ex quibus nasci elegerat. Sive certe [ in propria uenit, ] quia in mundo

apparuit per humanitatem, quæ fecerat per diuinitatem. Venire quippe & abire, humanitatis est: manere & esse, diuinitatis. [Sed sui eum non receperunt] .i. hoïes quos ad imaginem & similitudinem suã fecerat, magna ex parte in eum credere noluerunt. Sed nunquid omnes ab eius notitia alieni remanserunt? Non. Nam sequitur: **Quotquot autem receperunt eum.** Illi eum receperunt, qui eum a patre missum filium dei crediderunt. Sed quid eis profuit quod eum receperunt? **Dedit eis (inquit) potestatem filios deificari, his qui credunt in nomine eius.** Vbi larga misericordia dei ostenditur, quoniam qui serui non fuerat digni, etiam filij uocantur: non per naturam, sed per adoptionis gratiam, ut hic hæredes dei per fidem, cohæredes efficiamur Christi per gratiam, iuxta quod idem Iohannes in fine euangelij sui scripsit, dicens: **Hæc autem scripta sunt ut credatis, quoniam Iesus est filius dei, & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.** Quid ergo benignius, quid misericordius, quam unicus filius dei, nolens manere solus, nostra carne sumpta, nos fecit dei filios, & sibi adoprauit in fratres, ut quod ipse habebat per naturam, nos haberemus per gratiam? **De quibus ipse dicit in euangelio: Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est.** Et post resurrectionem discipulos fratres uocare dignatus, ait: **Ite, nunciate fratribus meis.** Ad hæc adoptionem non uenit, nisi qui fide crediderit in nomine eius, quoniam sicut scriptum est: **Iustus ex fide uiuit, sine qua impossibile est placere deo.** Et ne putares hanc natiuitatem carnalem esse & non spiritalem, recte subiungitur: **Quinoniam ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri. In quo loco**

**Math. 7.**

**habac. 2.**

tum ex sanguinibus posuit, contra regulā artis gram-  
 maticæ fecit, quia apud grāmaticos sanguis semper  
 singulariter, & nunquam pluraliter enunciaur scđm  
 regulam. Sed non curæ fuit **Euangelistæ** obseruare  
 regulam artis grammaticæ, ut perfectius sensum ex-  
 plicare posset. Si em̄ diceret ex sanguine, uiri tm̄ uide-  
 retur significare semen, & non pleniter quod uellet  
 exprimeret: cū uero dicit ex sanguinibus, uiri parit̄  
 & feminæ coniunctionē ostendit. **V**nde ne quis in-  
 terrogaret, quare ex sanguinibus dixisset, exponen-  
 do subiunxit, dicens: [Neq; ex uolūrate uiri, neq; ex  
 uoluntate carnis.] **C**arnem, p uxore posuit, iuxta il-  
 lud quod scriptum est: **H**oc nunc os ex ossibus meis,  
 & caro de carne mea. **E**t erunt duo in carne una. **E**phes. 5.  
**A**postolus, **N**emo unquā carnē suam odio habuit,  
 sed nutrit eam & fouet, **V**el ex sanguinibus. i. uitijs  
 & peccatis, sicut per Psalmistā dicitur: **L**ibera me de  
 sanguinibus deus deus salutis meæ. **S**ed ex deo  
 nati sunt. **Q**ualiter uel quō ex deo nascatur hoies, **J**ohan. 3.  
 ut filij dei sint per adoptionē, dñs alibi manifestat, di-  
 cens: **N**isi quis renatus fuerit ex aqua & spū sancto,  
 nō potest introire in regnū dei. **E**t iterum: **Q**uod na-  
 tum est carne, caro est. **E**t qđ natū est ex spiritu, spūs  
 est. **V**na est em̄ natura carnalis, altera spiritalis. **V**na  
 uisibilis, alia inuisibilis. **E**t uerbū carofactū est,  
 & habitauit in nobis. **V**ersiculus iste ex superiori-  
 bus p̄der, ac si diceret **Euāgelista**: **V**t hoies per ad-  
 optionē filij dei fieri possent, illud uerbū qđ erat in  
 principio, deus apud deum, illud inquā uerbum fa-  
 ctum est caro. i. deus factus est homo, non tm̄ in car-  
 ne cōuersus, assumens qđ non erat, nec desinens esse  
 quod erat, p̄manens deus, factus est hō. **Q**ui cuncta

fecit in forma dei, id est, cum esset deus, factus est in forma serui, factus est qui fecerat, ut inueniretur qui perierat. Sed cū dicit, [ uerbū caro factū est, ] carnis noīe perfectū hominē significat, qui cōstat ex anima rationali & carne. **V**isus namq; scripturæ est, aliquando per solam animā, aliqñ per solam carnē totū hominē significare. Animæ noīe totus homo significat,

**Gene. 4.6.** sicut scriptū est: **D**escēdit Iacob in Aegyptum in animabus lxx. Iterū carnis noīe totus homo significat, sicut scriptum est in **Propheta**: **E**t uidebit omnis caro salutare dei, **N**on enim animæ sine corporibus in Aegyptum descenderunt, nec caro sine anima salutare dei uidere poterit, sed alibi (ut diximus) p solam animā, alibi per solā carnē totus homo significatur. Ita ergo & hoc in loco cū dicit: [ uerbū caro factum est, ] nō aliud est dicere, quā deus homo factus est ex anima rationali (ut diximus) & carne. **F**uerūt em̄ nōnulli heretici, qui dixerūt dñm carnē absq; anima suscepisse. Si em̄ quod minus est, fecit, utiq; & quod maius est, suscepit. Qui em̄ pro liberandis animabus carnem suscepit, sine dubio humanam animā suscepit.

**De qua ipse loquitur:** **P**otest atē habeo ponendi animam meā, & iterū sumendi eam. **E**t iterū: **T**ristis est anima mea usq; ad mortē. **Q**uod uero subditur, [ & habitauit in nobis, ] ad illos specialiter pertinet, qui bus uisibiliter apparuit, & cum quibus corporaliter conuersatus est. **V**el aliter, [ habitauit in nobis, ] ut habitaremus in ipso, habitat in nobis protegendo, habitamus & nos in ipso ut protegamur ab illo.

**U**t autem inter nos habitare posset, cum esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui ac

cipiens, in similitudinem hominum factus, & habi-  
 tu inuētus ut homo. Et vidimus gloriam eius,  
gloriam quasi unigeniti a patre. Gloriam eius  
 uiderunt in humanitate, qui uidere non poterant in  
 diuinitate, quia quam ante incarnationem uidere nō  
 poterant, uidere postquam uerbū caro factū est. Glo-  
 riam igitur dei lætētis in hoīe, illi specialiter uideūr,  
 qui eū miraculis coruscantem conspicerere meruerūt.  
 Illi quoq; eius gloriā manifestius conspexerunt, q̄ eū  
 ante passionē transfiguratū in mōre contēplati sunt,  
 audientes desup uocē patris intonantē: **Hic est filius** Matth. 3.  
**meus dilectus, in quo mihi cōplacui.** De quibus unus  
 fuit iste Iohānes, de q̄ talia reuelata sunt, & per quem  
 talia signa sunt monstrata, quæ nullus facere posset,  
 nisi qui unigenitus patris esset. Nā & post resurrectio-  
 nem spiritus sanctus eosdē discipulos obūbrare atq;  
 replere dignatus est, ut per hæc & unigenitum dei co-  
 gnoscerēt filium, & ex matre primogenitum. Sed est  
 differentia inter unigenitum & primogenitum, quia  
 non omnes primogeniti unigeniti, sed omnes unige-  
 niti primogeniti uocantur. Primogenitum enim di-  
 cimus, nō solū quem alij sequuntur, sed etiam quem  
 nullus præcedit. Ex eo aut̄ qd̄ euangelista Matthe⁹  
 ait, Donec peperit filiū suum primogenitū, occasio-  
 nē trahere uoluerunt hæretici, beatæ Mariæ uirgini-  
 tatē infamare cupientes. Dixerunt enim eā alios fili-  
 os post dñm ex Ioseph habuisse, & ipsos esse uolue-  
 runt, qui in euangelio fratres domini appellātur, nō  
 considerantes, quia fratres in scripturis uarijs modis  
 uocantur. Aliquando enim natura fratres dicuntur,  
 aliquando cognatione, aliquando gente, aliquando  
 etiam dilectione. Natura, sicut Cain & Abel, Esau &

- Gene. 12.** Iacob, Petrus & Andreas. Cognatiōe, ut Abraam & Lot, iuxta quod ipse Abraam ait: Ne quāso sit iurgi um inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus. Similiter Iacob & Laban, eodem Laban dicente: Num quia frater meus es, grati seruius mihi? Gente, sicut omnes Iudaei fratres dicti sunt, dicente ipso latore legis Moysē: Si constituendo constitueris super te regem, non habebis potestatem aliaē gentis hominem cōstituere, sed eū qui sit frater tuus, id est, de gēte tua. Dilectione, sicut omnes Christiani fratres uocātur, dñō discipulis dicēte: Omnes enim uos fratres estis, Eodem modo fratres domini cognatione dicti sunt, quia de illiuserāt, p̄genie. Ergo dñs non solum unigenitus, sed etiā primogenitus dicitur, quod nō solum alij ex Maria post eum nati nō sunt, sed quia ante eum nullus. Quod autem subiungitur, plenum gratiaē et ueritatis, singulari gratia dei filio in homine quē assumpsit datū est à patre, ut ex quo homo esse inciperet, p̄fectus esset deus, p̄fectus & homo. Nec eandem gratiam ad mensurā accepit ut puri hoīes, sed factus homo plenus gratia fuit, sicut dicit Apostolus: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et Iohānes baptista: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiā pro gratia. De qua plenitudine gratiaē per Psalmistā dicitur: Vnxit te deus deus tuus oleo lētitiāe pro cōsorbibus tuis. Veritate quoque plenus fuit, sicut ipse in euangelio dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita.
- Coloss. 2.** it, sicut dicit Apostolus: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et Iohānes baptista: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiā pro gratia. De qua plenitudine gratiaē per Psalmistā dicitur: Vnxit te deus deus tuus oleo lētitiāe pro cōsorbibus tuis. Veritate quoque plenus fuit, sicut ipse in euangelio dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita.
- Psal. 44.**

## DE SANCTO STEPHANO phano Protomartyre. Matthæi xxiiij.



**I**n illo tempore dixit Iesus turbis Iudæorum: Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris. Et reliqua.

**N**arrat superior textus euangelij, qualiter dominus confictum habens cum Iudæis, conuicerit eos homicidas & homicidarum filios, qui cum edificarent sepulchra prophetarum, & ornarēt monumenta iustorum, dicentes: Quia si fuissetus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. In hoc se filios eorum ostendebant, qui prophetas occiderant, quod animū plenum habentes inuidiæ, Christū eiusq; discipulos persequebantur. Vnde & dominus adiungit, dicēs: Itaque testimonio estis uobismet ipsis, quod filij estis eorum qui prophetas occiderunt. & uos implete mensuram patrum uestrorū. Ac si diceret: Quod illis defuit, uos implere cupitis. Illi occiderūt membra, uos caput persequimini: illi prophetas, uos ipsum dominum prophetarum, qui ab eis prædictus est, occidere desideratis, et me eosq; discipulos, quos illi ideo quæ non uiderunt, non occiderunt: uos uidētes, illorum desiderium implere desideratis. Quibus cōgruit qd subditur: Serpentes, genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Recte ergo uiperarū nomine isti uocantur, quia sicut ex uiperis uiperæ, & ex serpētibus serpentes nascūtur, sic isti ex uenenatis parentibus uenenatū animum trahētes, Christū eiusq; discipulos persequi moliebantur. Cōuenit autē istis,

quod uiperarū natura traditur esse, ut in conceptione moriatur pater, in parturitione mater. Quamuis enim diuersa sint genera uiperarum & serpentium, tradunt tamen tantummodo duas esse uiperas in partibus Arabia, ubi nulla habitatio hominum consistit, quia non solum homo si accesserit, uerum etiam si auis desuper uolauerit, à flatu earum interimitur. Quarum conceptio tarde euenit, sed quotiescūque euenit, ita fit, ut in conceptione moriatur pater (ut diximus) & in parturitione mater. Nam tempore conceptionis, mas caput in ora feminae mittit, at illa pro nimio amore stringens caput illius abscondit. Cum uero tempus parturitionis euenit, scindit uenter matris, & sic filij egrediuntur, & ita fit, ut in conceptione moriatur pater, & in parturitione mater. Unde uipera dicta est, quod ui pariat, uel ui perire faciat. Tales ergo per similitudinem fuerunt Iudaei, quia Christum, qui eos spiritaliter generare uenerat, crucis patibulo cruentis manibus tradiderunt, dicentes: Crucifige crucifige illum, Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Ecclesiam quoque spiritualis mater erat eorum futura, persecuti sunt, primum in apostolis, per quos sancta ecclesia regebatur, deinde in eorum successoribus, de quibus nunc dicitur: **Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas.** Sed in exordio huius lectionis hereticorum dogma destruxit, qui dixerunt alium deum esse ueteris testamenti & alium noui, cum dicit: [Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas.] Ac si diceret: Ego qui quondam ad patres uestros misi prophetas & sapientes & scribas, idem ipse & non alius mitto nunc prophetas, & sapientes, & scribas. Fuerunt enim in ueteri testamento prophetæ, sapientes & scribae:

fuerunt & in nouo. In ueteri testamēto fuerunt prophetae, Isaias, Ieremias, & multi alij: fuerunt sapientes, sicut Salomon & Samuel, & plures alij: fuerunt & scribae, qualis fuit Moyses, qui legem scripsit, & Ezras, qui post captiuitatem Babyloniam, in cēsis bibliothecis, legem recuperauit. De quo scriptum est: **Ascēdit Ezras de Babylone**, & ipse fuit scriba uelox in lege Moysi. In nouo testamento legimus Agabum prophetam, & quatuor filias Philippi. Et omnis qui futura mala cauere monet, & bona diligere, propheta est. Fuerunt sapientes, sicut apostoli, sicut euāgelistae, qui dicta uel facta dominica nobis scripta reliquerunt. De quibus dominus in euangelio: **Omnis scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, q̄ profert de thesauro suo noua & uetera.** Sed patres eorum ex illis occiderunt Isaiam, Ieremiam, & multos alios: isti autem Iacobum iustum de pinnaculo templi praecipitauerunt, Stephanū quoq̄ (cuius hodie colimus solennitatem) lapidauerunt, Petrum & Andream crucifixerunt, & Paulum decollauerunt. Quod autem in synagogis suis flagellauerunt & persecuti eos fuerunt de ciuitate in ciuitatem, liber Actuum apostolorū pleniter narrat, cum dicit: quia ibāt discipuli à conspectu concilij gaudentes, quoniā digni habiti erant pro nomine Iesu contumeliam pati. **Ut ueniat super uos omnis sanguis iustus.** Queritur quomodo omnis sanguis iustus super eos, quibus haec dñs loquebatur, uenire dicatur, cum non ipsi om̄em sanguinem iustum fuderint: Ad quod respondendum, quod malorum generationi per imitationem se sociauerunt, ideo & in retributione uindictae participes eorum esse dicuntur.

1. Esre. 7.  
Actu. 11.

Actu. 11.  
et 21.

Matth. 13.

Actu. 5.

A sanguine Abel iusti. vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ. quæ occidistis inter templū & altare. De Abel qui fuerit, uel qd à fratre per inuidiam occisus sit, nulla est ambiguitas. Quod aut iustus fuerit, non solū in Genesi legitur, ubi eius mu- nera deo accepta esse memorant, & ubi sanguis eius ad dñm clamasse dī, sed etiam nunc testimonium ei perhibet, dicens: [A sanguine Abel iusti.] Queritur autē quis iste Zacharias fuerit, quia multos legimus Zacharias, & ne cuiquā errādi tribuatur facultas, adiunctum est [quæ occidistis inter tēplum & altare.] Diuersa em̄ de hoc, diuersi senserunt. Nonnulli dixe- runt hunc Zachariā fuisse, qui inter duodecim pphetas minores undecimus ponitur, noīe patris ei cōfen- tiente, eo qd filius fuerit Barachiæ, sed occisionis lo- cus minime concordat, quia quō inter templū & al- tare occisus fuerit, non reperitur, maxime cum suo tēpore tēplum ab his qui de captiuitate ascēderant, reādicaretur, & idē Zacharias, qā prospera eius pph- etaret, in magna ueneratione à populo habebat. Alij dixerunt hunc Zachariā fuisse patrē Iohānis Ba- ptistæ, & p̄pterea quod aduentum dñi uenturū, præ- dicaret, à populo sit interfectus: sed hæc opinio magis ex apocryphorū somnijs & deliramentis descen- dit, quā ex ueritate. Sed cum ab his excludimur, re- currit mēs ad Regnorū libros, in quibus legimus, qā  
 4. Reg. ii. Ozia rege mortuo, cū Athalia impijssima regina lo- cum eius suscepisset, & interficeret om̄e semen regnū, tulit Ioiada pōtifex unū de filijs regis, q̄ erat minor natu, Ioas noīe, & abscondit eum in tēplo dñi sex an- nis. Seprimo aut anno unxit eū in regem, inijtq; cum eo factus & cum om̄i populo, ut in lege dei ambula-

ret, quod & fecit cunctis diebus quibus uixit Ioiada. Mortuo autē Ioiada, successit ei in honore & ordine sacerdotali filius eius Zacharias noīe, uir bonus & iustus. Cūq; Ios declinare cōpisset à lege dñi, frequēter arguit eū Zacharias. Propter qđ odium regis incurrit, int̄m ut una die cum publice argueret eū, irātus rex, iussisset eū lapidare in porticu domus dñi, quū cum moreretur inter lapides, ait: Videat deus et iudicet, & sicut ipsa scriptura adiūgit, Non est recordatus Ios quæ pater eius fecisset ei bona, sed occidit colla staneum suū filium eius quise nutrierat. Hic est ergo Zacharias, qui occisus est à Ios rege, cuius iustitiæ dñs testimoniū perhibet, dicens: [A sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiz, quem occidistis inter tēplum & altare]. i. inter adē tēpli, & altare incensi. Fecerat Salomō altare ænēum, ut Regum narrat historia, ante fores domus dñi, in porticu templi, ut offerretur in eo sacrificia quotidie mane & uespere: qā altare aureum quod erat in domo domini, non poterat sustinere om̄ia holocausta quæ offerebantur. Iuxta altare uero ænēum fons Siloe erat, ubi etiam lapides rubri apparent, unde & à simplicibus æstimat quod sanguine huius iusti uiri sint sordati. Sed cum Zachariam habeamus, & occisionis consentiat locus, nomen patris discordare uidetur, quia ibi legitur filius Ioiadæ, hic dicitur filius Barachiz. Vbi quāuis possit prudens lector respondere, hunc fuisse iuxta ueterem consuetudinē fortasse binomiū, & alibi Ioiadā, & alibi Barachiā fuisse nominatum, nostamen dicimus, quia ubiq; in Latina lingua scriptura deficit, recurrēdū est ad Græcā uel Hebræicā proprietatē, ex quibus eadē scriptura sumperat

originem, ut per interpretationem congruam cōueniens appareat, quod ad literam incōueniens sonat. **Ioiada** ergo interpretatur iustitia dñi, **Barachias** memoria domini, **Zacharias** benedictus dñi. **Quia** ergo de iustitia domini, & de memoria domini nascitur benedictio dñi, iuxta congruam interpretationem nihil discordare uidetur, utrū **Barachias**, an **Ioiadae** filius legatur. **Nam** in euangelio quo **Nazarai** utunt, pro filio **Barachiae**, filius **Ioiadae** dicit. **Non** autē sine causa purandum est, quod dñs beatorum martyrum mentionē faciens, hos duos specialiter nominare uoluit, **Abel**. s. & **Zachariam**, cum ab initio seculi multi alij, p̄ eius nomine fuissent occisi. **Tales** ergo ponere uoluit, per quorum martyrium omnium passiones significarentur, q̄ pro eius nomine passi fuerant, uel passuri erant. **Per Abel** uero, q̄ non propter prædicationem, sed propter inuidiā in agro occisus, non reluctasse dñi uel legitur, illi significantur, qui simplices sunt in doctrina, firmi tamen fide, qui scientes tantum **Christum** & hunc crucifixum, magis eligunt pro eius nomine mori, quā eius fidem negare. **Per Zachariam** uero, qui sacerdos fuit in ordine p̄tificiali, & non in agro, sed propter prædicationem inter templum & altare est occisus, illi significantur, qui magistri & doctores ecclesiae sunt, & propter constantiam euangelizandi, uel propter correptionē reproborū martyrium sumpserunt. **Quorū** primus post domini passionem fuit beatus **Stephanus** Leuita, cuius hodie festiuitatem celebramus, qui ad prædicandum ordinatus ab apostolis, cum ex autoritate diuinæ legis **Christum** filium dei doceret, reproborum manibus est lapidatus. **Nec** tamē inter lapides amisit patientiam, sed in

oratione puram exhibuit conscientiam, supplicans ad lapidatibus & dicens: Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Si quem mouet quod hæc omnia super generationem unam uenire dicantur, cum nec Abel nec Zacharia ipsi occiderint, intelligat, quia autoritas sacre scripturæ est, duas generationes commemorare, bonorum scilicet & malorum. De bonis legimus: Generatio rectorum benedicetur. Et iterum: Hæc est generatio quærentium dñm, quærentium faciem dei Iacob. De malis uero, Generatio praua & perversa. Et iterum: Generatio quæ non direxit cor suum. Et gens absque consilio, & sine prudentia. Vnde & dñs in euangelio ait: Generatio praua & adultera signum quærit. Omnes ergo persecutores fidelium, à primo Cain usque ad ultimum qui uenturus est, in una generatione computantur, quoniam etsi diuisi sunt in tempore, uniti sunt in mala uoluntate. Similiter & illi, qui per bona opera generationi rectorum adherent, in futuro præmii cum eis accipiet. Ierusalè Ierusalè, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos quæ admodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluitis. Cui dñs ad Ierusalè loquitur, non ad saxa uel ædificia putandus est loqui, sed metaphoricè ad ipsos hoies, ut per inhabitatum habitantes intelligas. Quos paterno plaxit affectu, quia eorum interitum cito præciebat esse uenturum, iuxta quod alibi legimus: quoniam cum uidisset Iesus ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Cui autem adiunxit, [quod occidis prophetas & lapidas eos, qui ad te missi sunt,]

psalm. 122  
psalm. 23

Matth. 23

ostendit præteritis temporibus, prophetas ad salutem eiusdem populi esse missos. Quæritur autem quomodo dominus dicat. [Quoties uolui congregare filios tuos, & admodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti,] cum alibi scriptum sit: Omnia quæcumque uoluit dominus, fecit, in caelo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Quia enim omnia quæ uult facit, quomodo filios Ierusalem congregare uoluit, & non congregauit? Ad quod dicendum est, quia omnipotens deus, hominum seruicia non uult habere coacta, sed spontanea & uoluntaria, ut inueniat in nostra bona uoluntate, quod remuneret ex sua gratuita largitate: & ideo pius & omnipotens deus, qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuerratur, & uiuat: non propterea reliquit filios Ierusalem, quia congregare non potuit, sed quia illos nolentes spontaneam uoluntatem exhibere, congregare noluit. Quod uero ait, [Quoties uolui congregare filios tuos &c.] tale est acsi diceret: Ego uolui, sed tu noluisti; ego quod meum est feci, sed tu quod tuum erat, non fecisti: ego pro tua salute ad te, prophetas misi, sed tu eos interfecisti: ego ad te ipse ueni, & tu me recipere noluisti. Vult enim deus omnipotens omnes homines saluos fieri, & tamen non omnes saluantur, quia in duritia cordis impenitentes perseuerant. Nec absque consideratione pretereundum est, quod gallina se comparauit cum filiis, cum filios Ierusalem congregare se uelle dixit. Gallina enim simplex & mirabilissima est auis, quæ dum pullos fouet ac nutrit, plumas erigit, & totam se hispida reddidit, alas deponit, uocem attenuat, & totam se infirmam exhibet, ut pullos fortiores reddat, bestiis quoque & uerbis insidiantibus pro salute pullorum usque ad mortem



se opponit. **Iuxta** ergo hanc similitudinē dñs gallinē se cōparauit, quia ut nos de infirmis firmos faceret, & de terrenis ad cœlestia subleuaret, q̄si infirmis exhibuit se infirmum, q̄n̄ de cœlo descendit in terras, sciens quia nō est opus sanis medicus, sed male habentibus: & quasi totum se hispidū in passione reddidit, qui mitis & māsuetus apparuit. **De quo** **Isaias** ait: **Et** uidimus eū non habentē speciem neq; decorē. **Vocē** attenuauit, q̄n̄ p̄dens in cruce dixit: **Deus** deus meus, ut qd me dereliquisti: **Et** ut p̄fecta in nobis esset liberatio, morti etiam p̄ nobis se obtulit. **Nec** indignum debet uideri, si redemptor noster in assumpta humanitate gallinæ se cōparauit hic, qui etiā uermibus se assimilauit, sicut ipse per prophetā dicit: **Ego** autem sum uermis & non homo. **Et** pulchre se gallinæ comparauit, qui persecutorem suum **Herodem** uulpem nominasse legitur, dicens: **Ite**, dicite uulpi illi, quia hodie & cras miracula faciam, & die tertia p̄fisciscar. **Callida** em̄ bestiola uulpes insidiatrix & inimica gallinæ comprobatur, ita quoque & **Herodes** callidus & ingeniosus gallinam persecutus est, quia dñm cum exercitu suo spreuit. **Pullis** eius insidiatus est, q̄a apostolos persequi non destitit, & ideo persecutores dñi uulpibus comparatur, cum per **Prophe-** tam dicitur: **Ipsi** uero in uanum quæsierunt animam meā. **Introbūt** in inferiora terræ, tradētur in manus gladij, partes uulpium erūt. **Duæ** autem alæ gallinæ quibus pullos fouet, duo sunt dñi testamēta, ut duæ alæ gallinæ, **Moyes** & **Aaron**, per quos dñs **Israēliti** cum populum de **Aegyptia** seruitute liberauit. **Siuē** **Iesus** & **Zorobabel**, per quos eundem populum de captiuitate **Babyloniæ** reduxit. **Sed** his & alijs bñfi-

**Isaie. 53**

**Psalm. 23**

**Luce. 13.**

**Psalm. 62**

cijs ingratus, non solum credere noluit, sed etiam tritorē suum morti tradidit. Vnde & cōrigit eis merito, quod subditur: **Ecce relinquetur vobis domus uestra deserta.** Si qs corporalibus oculis intrueatur, uidebit etiam ad literam hanc dñi uocem esse impletam, quæ nobiliter in Ierusalem ædificata fulgebat, propter incredulitatem illorum ad solū usq; destructa est à **Tito & Vespasiano**, ita ut non relinqueretur in ea lapis super lapidē.

**Matt. 24.**

Vnde & dudū discipulis dño ædificia ciuitatis ostendentibus, ait illis: **Uidetis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat. Dicitur namq;: [Ecce relinquetur vobis domus uestra deserta.]** Domus illorū ideo dicitur, quia deserta relicta est, quæ quōdam domus domini dicebatur, quando hostia & sacrificia in ea offerebantur. modo domus uestra dicitur, quia deserta relicta est. **Spiritualiter** autē domus Iudæorū deserta relicta est, quia illis in incredulitate pseuerantibus, **Christum** in cordibus suis hospitem non susceperunt, qui

**Apoca. 3.**

ait: Ego ad ostiū ito & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum.

**Jerem. 22.**

**Impleta est propheta Ieremiæ dicētis: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meā, facta est mihi hæreditas mea quasi spelunca hyæng, quod est paruū quidem, sed rusticū animal, nocte sepulchra fodiēs, & cadaueribus uescens mortuorū: cui merito comparantur Iudæi, qui **Christum** negantes, omni immuneditia & iniquitati se tradiderunt, dispersi de gente in gērem, & de regno ad populum alterum, relicti sine deo, sine lege, & sine sacerdotio, impleta in eis ppheta,**

**psalm. 53.**

quia dicit: **Famem patientur ut canes, & circuibūt**

ciuitatem. Dico enim vobis non me videbitis amodo. donec dicatis benedictus qui venit in nomine dñi. Hęc sententia iuxta literam tūc impleta est, quādo dominus super pullum asinæ sedēs, Hierosolymis appropinquās, honorifice à turbis susceptus est, quando cum ramis palmarum occurrerunt ei, dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini. Versiculus iste, spiritaliter potius, quā ad literam est intelligendus, & est sensus: [Dico enim vobis, nō me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus q̄ uenit in nomine domini.] Id est, me uobiscum in cordibus uestris manentē nō habebitis, quousque me credatis filium dei ad salutem hominum à patre esse missum.

**DE SANCTO IOHANE**  
**Euangelista & apostolo.**

**Iohannis ultimo.**

In illo tēpore: Dixit Iesus Petro: Sequere me. Cōuersus Petrus, uidit illū discipulum quē diligebat Iesus, sequentē. Et rel.

**I**nierie huius lectiōis, tria sunt quæ nobis beatus Iohannes Euāgelista commendat, priuilegiū scilicet amoris domini erga se, resolutionē sui corporis, atq; descriptionem euāgelij. Priuilegium amoris sui nobis commendat, cum dicit: Conuersus Iesus, uidit illū discipulum quē diligebat Iesus, sequentem. Resolutionē sui corporis ostēdit, cum ait: [Et nō dixit ei Iesus, non moritur, sed sic eū uolo manere.] Descriptionem euāgelij, cum subiungit: [Nec est discipulus ille, q̄ testimoniū perhibet de

his, & scripsit hæc. ¶ Sed ut exordia huius lectiōis plenius intelligere ualeamus, libet superiora parū per attere. **Supra** em̄ retulit idē Iohannes euāgelista, quod discipulis post resurrectionē dñi in cōclauī residētib⁹ dixit eis **Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei alij discipuli: Venimus & nos tecum. Ascendit ergo Simō Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Illus frustra tota nocte in piscādo laborantibus, mane stetit Iesus in littore, eorūq; rete copiosa multitudine pisciū repleuit. Egressusq; illis ad terram, ait: Venite, prandete. In quo prandio dñs Petrū ter, an se amaret, interrogauit. Cui post triam negationem, tertio cōfidenti suum amorem, ter rios suas oues ei cōmendauit, dicens: Si diligis me, pascue oues meas, siue agnos meos. Post cōmendationē quoq; ouiu, qd pro eis dē ouibus passurus esset, irrimare curauit, dicēs: Amen amē dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas. cū autē fenueris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quō tu non uis. Hoc autē dicebat (ait euāgelista) significās qua morte esset clarificaturus deum. Et ne dura & intolerabilis Petro uideretur passio crucis, hāc suo exemplo pius magister lenire curauit, dicēs: ¶ **Sequere me, ¶ id est, imitare me. Ac si diceret dominus: Tanto ergo tolerabilius crucis passionem sustinebis, quāto in eius sufferentia mea te sequi uestigia recordaberis: ut sicut pro tua salute crucis patibulum sustinere non distuli, ita quoq; tu pro confessione nominis mei pati te debere memento. Quia eo gloriose palmam martyrij consequeris, quo adhuc promerendā arctius iter magistri sequeris. Sequi em̄****

**Matth. 16** dominum, imitari est, sicut ipse dicit: **Si quis uult post**

me venire, & reliqua. Et iterum: Qui mihi ministrat, **Johan. 12.**  
 me sequatur. Secutus est Petrus apostolus dominū,  
 quia pro ouibus sibi creditis, crucis patibulum susti-  
 nere non distulit, sicut & ipse dominus pro redempti-  
 one generis humani amplecti dignatus est, implēs il-  
 lud quod ait Iohānes apostolus: Qui dicit se in Chri-  
 sto n. anere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambu- **r. Johan. 2**  
 lare. Jam uero post hæc quid dominus & Petrus fece-  
 rint, manifeste Euangelista non declarat, tamē ex eo  
 quod ait, [ Cōuersus Petrus, uidit illum discipulum  
 quem diligebat Iesus, sequētem, ] tacite innuit, quia  
 mox ut dominus dixit Petro, [ Sequere me, ] surre-  
 xit & à loco cōiuij abire cœpit. Cuius iussionem Pe-  
 trus etiā ad literam implere desiderans, secutus est il-  
 lum corporali gressu. Secutus est autē dominū & Pe-  
 trum ille discipulus, quem diligebat Iesus, Iohannes  
 scilicet nomine, cuius est hoc euangelium. Neq; enim  
 à consecratu illius se indignū æstimauit, cum etiā ma-  
 ioris dilectionis gloria præ cæteris à domino ample-  
 xatum se nouerat. Nec incredibile est, quod Petrus  
 & Iohannes uestigio corporali dominum sint secu-  
 ti, quia necdum adhuc intelligebāt, quid spiritaliter  
 significaret hoc, quod dominus Petro dixerat, Seque-  
 re me. Sed quia beatus Iohānes personā suam ex no-  
 mine innotescere noluit, designauit ex merito, cū di-  
 xit: Vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus. Di-  
 ligebat enim eum Iesus, non exceptis cæteris singula-  
 riter solum, sed specialiter inter ceteros unum. Omnes  
 enim se diligere comprobauit, quibus ante suam pas-  
 sionem loquebatur, dicens: Sicut dilexit me pater, & **Johan. 15**  
 ego dilexi uos, manete in dilectione mea, Sed hunc  
 præ cæteris diligebat, quem integritas uirginalis ma-

iori dilectione fecerat dignum. Tradunt namq; historix, quod eum uolentem nubere, de nuptiis uocauit, & propterea quod à complexu carnali eum subtraxerat, spiritali dilectione eum fecerat esse digniorē. In eo autem quod ait: [ Vidit illum discipulum, quē diligebat Iesus, sequentem, ] morem sanctorū beatus Iohannes Euangelista seruauit, cum propriū nomen tacens, alio indicio suam personam demonstrauit. Hanc enim consuetudinem habent sancti uiri, ut quoties de se mira & magna loquūtur, ad aliā transcant personā, & sic de se, quasi de alio loquantur, sicut fecit Moyses, quādo de se, quasi de alio locutus est, dicens: **Et erat Moyses uir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Similiter & beatus Iob dicturus, Et erat uir ille simplex & rectus, ac timens deum, de se quasi de alio pramissit, dicens: Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Hæc ergo humilitatē seruans beatus Iohannes, in tota serie sui euangelij, proprium nomē ponere noluit. Dat autem & aliud indicium suæ cognitionis beatus Iohānes Euangelista, cum subiūgit: qui ⁊ recubuit in cœna super pectus domini. ⁊ dixit: Domine, quis est qui tradet te? In ultima cœna, quam dominus cum discipulis habuit suis, ut superius textus euangelij narrat, discipulus ille supra pectus magistri recubuit: & cum diceret dominus, **Vnus ex uobis me traditurus est, contristatis omnibus, innuēte sibi Petro, interrogauit magistrum Iohannes, dicens: [ Domine, quis est qui tradet te? ] Et ne omnium cōscientias dira suspicio torqueret, certos eos reddidit, dicens: Qui intingit manum mecum in paropside, hic me tradet. Quod autem discipulus ille supra pectus magistri recubuit,****

Num. 12  
Job. 1

non solum presentis dilectionis indicium fuit, sed etiam futuri mysterij signum. Quia enim in pectore Iesu sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi, merito ille supra pectus magistri recubuisse dicitur, quod de eius diuinitate altius & profundius ceteris erat describendus. Hic ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Quia enim Petrus apostolus in extensione manuum, in cinctione alterius, in ductu quo nolle, suam passionem intellexerat significatam, uoluit scire de fratre & discipulo qua morte & ipse transiturus esset ad uitam. Et uidens eum sequentem, ait: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum uolo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Acti diceret: Nolo eum per passionem martyrii presentis uitae cursum consummare, sed sic eum uolo manere donec ecclesiastica pace firmata, transitu naturalis mortis, perpetuam eum ducam ad uitam. Vbi putandum non est, quod negauerit dominus Iohannem pro sua fide multas tribulationes esse passurum, sed praedixit eum, per martyrium, presentem uitam non esse consummaturum. Nam in Actibus Apostolorum publice uirgis caesus legitur, quando ibant discipuli a conspectu concilij gaudentes, quoniam digni habitati erant pro nomine Iesu contumelias pati. Et a Domitiano impiissimo Caesare, in feruetis olei dolium missus legitur, ex quo tamen liber exiit a dolore corporis, quantum alienus erat a corruptione carnis. Nam in historia Ecclesiastica legimus, eum ueneno esse potatum, & nihil mali passum, impleto in eo, quod a domino dictum fuerat: Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Postea uero propter insuperabilem constantiam

Actuum.

Marci. 16

tiam euangelizandi, ab eodē principe in Patmos insulam exilio est relegatus, ubi cōsortio destitutus humano, consolationem promeruit angelorū. Ibi em̄ propria manu Apocalypsim scripsit, quā ei dñs reuelare dignatus est, pro statu ecclesiæ, præsentis scilicet & futuræ. Et ideo cum dominus dixit, [ Sic eum uolo manere donec ueniam, ] non negauit eū corpore moriturus, sed per passionē martyrii non esse cōsummandū prædixit. Sed sermonē sic manēdi, ita quidē discipuli eodem tēpore tractare cœperunt, quasi Iohannes iam non esset moriturus. Vnde & subditur: **Erūt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moritur, sed hūc eorum errore idem Iohannes corrigere curauit, cum subiunxit: Et non dixit Iesus, nō moritur, sed sic eum uolo manere donec ueniam.** Morte em̄ corporis ueraciter mortuus est Iohannes, quia ex eo die quo primo homini dictū est, Quocunq; die comederis de ligno scientiæ boni & mali, morte morieris, nullus est qui gustet uitā, q non gustet mortē. Deniq; etsi Elias & Enoch adhuc uiui esse creduntur, tñ sciendū est, quia ad tempus mortem corporis distulerunt, non penitus euaserunt, quia tēporibus Antichristi interficiendi sunt. Et si dñs in forma humanitatis mortē suscepit, nullus est qui mortē corporis euadere possit, Psalmista testante, qui ait: **Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortē?** subauditur nullus. Deniq; sicut in patrū literis inuenimus, cū lōgo affectus senio Ephesi moraretur, intm̄, ut discipulorū manibus sustentatus, uix ad ecclesiā pergeret, sciens diē mortis suæ imminere, iussit sibi præparari sepulchrū, & dñi ca die post celebrationem missarū, & admonitiōē

psalm. 88.



factam discipulorū, perceptione corporis & sanguinis dñi seipsum muniuit. **A**c deinde ualedicens fratri bus, descendit in defossum sepulturæ suæ locū, quē si- bi p̄parauerat, & quasi in lectulo, ita collegit se in sepulchro. atq; oratione expleta, uidentibus discipulis, appositus est ad patres suos, tam extraneus à dolore corporis, quàm alienus fuerat à corruptione carnis. **Q**uo in loco, terra sensim ab imo dicitur ebullire, ita ut nonnulli eum crediderint uiuere. **S**ed qm̄ alijs apostolis per passionē martyrii cōsummatis, ipse solus in pace ecclesiæ naturali morte uitā finiuit, ideo à dño dictum est: [**S**ic eum uolo manere donec ueniam,] **Q**uod est dicere: **N**olo eum per uolentiā per secutoris uitam finire præsentē, sed sic eum uolo manere, quoad usq; ueniens ad uitam eum ducam perennem, & æterna remuneratione eum clarificē. **S**piritaliter autē per hos duos discipulos, duas fidelium uitas, in quibus ecclesia cōstat, accipere possumus, actiuam scilicet & contemplatiuā. **Q**uarū una in labore est, altera in requie. **P**er **P**etrum em̄, cui dictum est, [**S**equere me] actiuę uitæ labor exprimitur, ad quā pertinet esuriētī cibū, sitiētī potum, nudo tribuere uestimentū, suscipere hospitem, uisitare infirmū, sepelire mortuū, errantem corrigere, insipientem docere, p̄ ueritate & iustitia etiām, si necessitas fuerit, usq; ad mortem certare. **H**is autem qui in regimine positi sunt, qualiter subiecti uictū & uestitum habeant, intenta sollicitudine præuidere. **P**er **I**ohannē uero, de quo dictum est, [**S**ic eum uolo manere donec ueniā,] contemplatiuę uitæ suauitas designatur, ad quam pertinet, remotis omnibus curis & sollicitudinibus, lectioni & orationi assidue insistere. **C**rebra q̄q;

lachrymarum compunctiōe, pro peccatorum remissioe  
 & æternæ uitæ perceptiōe, dulcissime suspirare. Sed  
 tamē utrunq; discipulū, utraq; uita nullus ignorat esse  
 perfectū. & actiua quidē uita generaliter ad omnes  
 fideles pertinet, qui se ab hoc seculo immaculatos cu-  
 stodiētēs, mentē, manū, linguā in bono ope exercēt.  
**C**ontēplatiua uero illis maxime dat, q̄ post lōga ex-  
 ercitiā monastica uitæ, secreta loca eremi sibi eligūt,  
 ubi absq; impedimēto hoīm, lectiōi & orōni insiste-  
 re & soli deo possint inharere, & quantum humana  
 fragilitas patitur, aliquoties cœtibus angelorū mēte  
 adiungi, dicentes cum **Psalmista**: Ecce elongaui fugi-  
 ens, & mansi in solitudine. **Hoc** autē inter actiua & cō-  
 templatiuam uitam distat, quia actiua hic incipit &  
 hic finitur: contemplatiua uero hic habet initium, sed  
 in futuro plenius perficietur. **Quis** em̄ in illa uita esu-  
 rentibus tribuet cibum, ubi esurit nemo, cū panis sit  
 ibi uiuus? **Quis** ibi sitienti potū tribuet, ubi ē fons ui-  
 uus, ex quo qui gustauerit, nunq̄ sitiet in æternum?  
**Quis** uestiet nudū, ubi stola est immortalitatis? **Quis**  
 uisitabit infirmum, ubi qui infirmetur non est? **Quis**  
 sepeliet mortuū, ubi regio est uiuētium? **Vnde** (sicut  
 diximus) actiua uita hic habet initium & finem, mer-  
 cede restante: contemplatiua uero hic habet initium,  
 sed in futuro perfectionem habebit: quia quod nunc  
 uidet per speculum & in enigmate, tūc uidebit facie  
 ad faciem. **Vnde** bene de Iohāne dictum est: [Sic cū  
 uolo manere donec ueniā,] id est, eos q̄s gustu mēte  
 cōtemplationis inebriauero, semper proficere uolo,  
 quoad usq; me in die iudicij apparente, cum æterna  
 remuneratione de fide transeant ad speciem. **Iā** enim  
 descriptionem sui euangelij beatus Iohānes nobis cō-

psal. 54.

Hic est discipulus ille qui testi-  
monium perhibet de his, & scripsit hæc. Perhibu-  
it quippe Iohannes dño testimonium docēdo, per-  
hibuit recte uiuendo, perhibuit euangelium scriben-  
do, perhibet etiam quotidie, cum euāgelium qđ scri-  
psit, in ecclesia à fidelibus legitur uel audi. ur. Sed gra-  
tū forte uidebitur, si quæ occasio illi euangelium scri-  
bendi fuerit, breuiter commemoremus. Nā post dñi  
ascensionem, per sexaginta ferme annos absque ullo  
admiriculo scribendi euāgelium prædicauit. Sed cū  
propter insuperabilem constantiam euangelizandi  
(ut diximus) à Domitiano impijsimo Cæsare in Pa-  
rtos insulam exilio relegatus fuisset, irrumpētes in  
ecclesiam dei hæretici, Marcion, Cherintus & Ebion,  
& cæteri filij diaboli, quos ipse in epistola sua Anti-  
christos appellat, diuersis dogmatibus eam scindere  
conati sunt, dicentes Christum ante Mariam non fu-  
isse. Postea uero cum permittente Nerua pijsimo re-  
ge, de exilio reuersus Ephesi moraretur, rogatus di-  
citur ab omnibus Asiæ episcopis & presbyteris, quia  
iam in tribus euangelistarum libris de humanitate  
saluatoris sari scriptum habebant, ut eis de diuinita-  
te sermonem faceret, atq; ad memoriam futurorum  
scriptum relinqueret, maxime ad cōuincendam illo-  
rum hæresim, qui dicebant Christum ante Mariā nō  
fuisse: quod primum se negauit facturum, sed illis in  
prece perseverantibus, non aliter acquieuit, nisi omēs  
triduo ieiunio dominum in commune precaren-  
tur: quod cum fecissent, tanta gratia spiritus sancti di-  
citur fuisse repletus, ut usq; ad cōtemplandam patris  
& filij eiusdemq; spiritus sancti diuinitatem mēte ra-  
peretur, & de æterna uitæ purissimo fonte potaret,

quod nobis sitientibus propinaret. Vnde & euangelij sui tale est exordium: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. & sic per totum euangelij sui textū, pauca de humanis actibus interponens, sufficienter de diuinitate saluatoris scripta reliquit. Quam firmiter autē & absq; ulla ambiguitate credenda sint quæ Iohānes scripsit, ipse manifestat cum subiungit: Et scimus quia uerū est testimonium eius. Et nos ergo cum cæteris fidelibus uera credentes quæ scripsit, seruemus quæ docuit, ut perueniamus ad hoc quod promisit, quod ipse præstare dignetur, qui cum patre &c.

## DE INNOCENTIBUS.

Matthæi secundo.

In illo tempore: Apparuit angelus domini in somnis Ioseph. Et reliqua.



**H**Aerent sibi diuinae lectiones, & frequenter una pendet ex altera, ita ut nonnūquam exordia subsequēntis, facilius intelligātur ex consideratione præcedentis, quod in hac lectione facile aduertimus, si illius superiora parumper attendimus. Supra em̄ retulit euāgelica lectio, quia cū magos ab oriēte Hierosolyma ueniētes, Herodes Bethleem misisset, dixit eis: Ite & inquirete diligēter de pu

ero, & cum inueneritis, renūciate mihi, ut & ego ueniens adorem eū. Sed quia disponebat occidere, quē se promittebat adorare, illi ab angelo responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Statimq; euangelista adiunxit, dicens: Qui cū recessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph. Vbi considerandum, quod minister celestis angelus, insidias Herodis præuenit, monens cum puero fugere in Aegyptum, ne rabiem sui furoris Herodes, sicut in cæteros, in puerū Iesum explere posset. Sed forte quæret aliquis, quare angelus Ioseph in somnis apparuit, cum legatur pastoribus apparuisse, & domini natiuitatem nunciasset: Sed ad hoc dicendum, quia in hac angelorum diuersa apparitiōe, sanctitas simul & prudentia Ioseph commendatur. pastores enim, quia rudes erant, utpote pastores, & diuina mysteria dinoscere non poterant, necesse fuit ut illis angelus uisibiliter appareret, & occultū mysterium manifeste panderet. Ioseph uero, quia nō solum sanctus, sed etiam prudens erat, non necesse fuit uigilanti apparere, sed tantum in somnis: quoniā (ut ait Apostolus) linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus. Et quia illam angelicā uisionem discernere prudenter ualebat, illius Ioseph non solum carnis origine, sed etiā nominis consortio particeps, qui se somnio præferendum fratribus uiderat, & somnia prudenter interpretādo, prælatus uel dominus Aegypti constitutus fuerat. Quantū autem ad moralem sensum pertinet, angelus Ioseph in somnis apparuit, ut ostenderet quia illi ad angelorum confortium sunt perueniuri, qui à mundi impedimentis ac

i. Cor. 14.

carnalibus curis uelut dormientes sunt alieni. Quasi  
 ergo dormiens uigilat, qui mundi superfluas sollicitu-  
 dines postponens, oculū mentis in amorē dei aperit,  
 sicut ecclesie uoce dicitur: **Ego dormio, & cor meū uigilat.**  
 Quid autē in somnis angelus apparēs dicat, audia-  
 mus: **Surge & accipe puerū & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi.** Vbi notandum, quia nō dixit, accipe filiū tuum  
 ut falso Iudaei dicere uoluerunt, sed [accipe puerū.]  
 id est, accipe quasi baiulus & nutritius, non quasi pa-  
 ter proprius. Non dixit, accipe uxorem tuam, ut Pho-  
 tiniani dicere uoluerūt, quamuis & spōsae uxores di-  
 ci possint, sed accipe matrem eius, id est, accipe quasi  
 custos castitatis & sustentator fragilitatis, non ut uiolator  
 uirginitatis. Fugie autem puer Iesus ante perse-  
 cutionem Herodis, non quod mortem timeret, qui  
 pro hominibus mori uenerat, sed ut tēpore cōgruo,  
 non quam persecutor inferre uolebat, sed quam ipse  
 disposuerat, sustineret mortem, ostendens potestātē  
 se habere ponendi animam suam, & iterum sumendi  
 eam. Ordo enim rerum necessarius erat, ut prius mi-  
 racula faciēdo se deum innotesceret, & postmodum  
 mortem pro nostra redemptione sustineret, uidelicet  
 turpissimam crucis. Quoniam dignū erat, ut ga-  
 primus homo per lignum ueritum peccando cecide-  
 rat, per lignum sanctae crucis restauraretur. Si enim  
 tunc occideretur, quis eum dominum cognosceret,  
 excepto Maria, & Ioseph, & Elizabeth, & paucis alijs  
 quibus spiritus sanctus reuelauerat. Ab alijs enim  
 qui eum nouerant, omnibus filius Ioseph purabatur,  
 & ideo distulit mortem, non timuit, ostendens fide-  
 libus suis, ibi rabiem persecutorum non esse timen-

Adam, ubi mortem suā ad aliorum uitā uiderint pro-  
 ficere, ibi autem esse mortem fugiendam, ubi eam ad  
 nullus profectum uiderint prouenire, iuxta illud qđ  
 dominus alibi ait: **Cum uos persecuti fuerint in una** Matth. 10  
**ciuitate, fugite in aliam. Quare autē tam sollicitē cū**  
**puero & matre eius fugere angelus in Aegyptū mo-**  
**neret, manifestat cū dicit: Futurum est enim, ut**  
**Herodes quærat puerum ad perdendum**  
**eum.** Quæret (inquit) ad perdendum, sed non inue-  
 niet ad interficiendum. Quāto autem studio Ioseph  
 & sollicitudine paratus esset angelicis obedire præce-  
 ptis, manifestatur cū subiungitur: **Qui consurgēs**  
**accepit puerum & matrem eius nocte, & seces-**  
**sit in Aegyptum.** Non enim noctis tenebras metu-  
 ens, lucem expectauit, non perfida gentis crudelita-  
 tem pauens, in alteram partem declinauit, sed [con-  
 surgens, accepit puerum & matrē eius nocte, & seces-  
 sit in Aegyptum.] Magna potentia domini, sed non  
 minor eius claret humilitas. Ille enim ante faciē pe-  
 secutoris fugere uoluit, cui angeli ministrant. Fugit  
 dñs in Aegyptū idolis plenā, cunabula Iudææ gentis  
 relinquēs, etiā ipso situ corporis ostendens, qđ post-  
 modū dicturus erat: **Nō ueni uocare iustos, sed pec-** Marci. 9.  
**catores ad pœnitentiā. Et erat ibi usq; ad obi-**  
**tū Herodis.** Quod nonnulli post quadriennij tē-  
 pus, alij post biennij factū esse cōmemorant. Spiritu-  
 liter autē Maria & Ioseph, legē synagogāq; significāt.  
 Aegyptus quoq; quæ tenebræ uel mœror interpretat,  
 mundū significat, qñ post dñi incarnationē in te-  
 nebris ignorantia, & umbra mortis uel mœroris &  
 angustia postus sedebat, sicut **Apostolus dicit: Tri-** Roma. 2.  
**bulatio & angustia in omnem animam hoīs operan-**

Isaïe. 10.

tis malum, Iudæi primum & Græci. Quasi em̄ Maria & Ioseph portantibus, dñs Aegyptum uenit, quādo lege & synagoga præcedētibz, mundū in tenebris erroris positū, sua uisitatione illustrauit, impleta pphetia Isaia, dicentis: **Ecce dñs ascēdet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptū, & cor Aegypti rabsceat in medio eius, & cōmouebūtur simulacra Aegypti, & cætera quæ sequuntur. Nubes leuis, uirgo est Maria, quæ non est grauaia semine uirili, & quasi super nubē leuem dñs ascendens, Aegyptum intrauit, qñ carnem ex uirgine assumēs, mundo uisibilis apparuit.** **Ut adimpleretur quod dictū est per pphetā dicentem: Ex Aegypto uocaui filium meum.** Consuetudo est huic euangelistæ, uidelicet **Matthæo**, ut frequenter suā narrationē oraculis pphetarum confirmet. Quia em̄ **Hebræis** **Hebræo** sermone suum euangeliū primus scripsit, ubicunq; loci opportunitas se dedit, suam narrationē ex eorum libris cōfirmare studuit, unde cū dixisset dñm monēte angelo à parētibus in Aegyptum fuisse deportatum, adiecit continuo oraculum ppheticum, dicens: [ **Ex Aegypto uocaui filium meum.** ] Hoc testimoniū in **Osee** ppheta legitur iuxta **Hebraicam** ueritatē, sed inter **Septuaginta** interpretes nō habetur. Quia em̄ **Ptolemæo** rege iubente, scripturas in **Græcum** uerbant eloquiū, **Iudæi** prudenti consilio dicunt factū, ut ubicunq; manifeste de filio mētio fieret, aut aliter interpretarent, aut om̄ino prætermitterent, ne **Ptolemæus**, q unius dei cultor uidebatur, trinitatē non intelligēdo, in uarios deos incideret: unde plura in nris codicibus leguntur, q̄ in **Septuaginta** interpretibus non habentur, sicut est hoc: **Ex Aegypto uocaui filiū**



meum. Et illud, Qm̄ Nazareus uocabitur. Et, Vide-  
bunt in quē transixerunt. Nonnulli aut̄ hoc testimo-  
nium de Numerorū libro sumptum uoluerunt esse,  
illud scilicet Balaam diuini, ubi scriptū est: **Deus ex**  
**Aegypro uocauit eū, & gloria eius quasi unicornis.**  
Quod quāuis de Iudæorū populo possit intelligi, q̄  
de Aegypto ad terrā repromissionis uocatus est, p̄or  
& de filio dei accipi, q̄ post obitū Herodis, iterū mo-  
nēte angelo, ad terrā Israel est reuersus. **Tunc He-**  
**rodes uidens qm̄ illulus esset a magis, mit-**  
**tens occidit oēs pueros, qui erant in Beth-**  
**leem & in om̄ibus finibus eius, à bimatū & infra, se-**  
**cūdum tēpus quod exquisierat à magis.** ] Quod aut̄  
ait, [ Tūc Herodes uidens qm̄ illulus esset à magis, ]  
ad superiora euangeliū respicit, ubi dictum est, q̄ cū  
Herodes mitteret magos in Bethleē, dixit: Ite & in-  
terrogate diligenter de puero, & reliqua. Sed q̄ re-  
sponso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem,  
per aliam uiam reuersi sunt in regionē suam, uidens  
suas insidias esse frustratas, iratus ē ualde, qm̄ illulus  
esset à magis. Et quia occulte perdere puerū non po-  
tuit, in manifestā persecutionē continuo exarsit. **Et**  
**mittens occidit omnes pueros qui erant in**  
**Bethleem, & in om̄ibus finibus eius.** Putabat  
em̄, quod si omēs pueri occiderentur, unus quē que-  
rebat, euadere non posset: nō æstimans infelix, quia  
nō est consiliū, non est sapiētia, non est prudētia con-  
tra deū. Vnde [ à bimatū & infra ] pueros iussit occi-  
dere, hoc est, à puero duorū annorum, usq; ad puerū  
unius noctis. Quod uero dicitur, [ scdm̄ tēpus quod  
exquisierat à magis, ] tradit̄e historiē Iosephi & Ege-  
sippi, qd̄ eo tempore qm̄ natum regē Iudæorū à ma-

gis audierat, accusantibus aduersarijs, uocatus ab imperatore, Romā uenit: & cum uenisset ante Cæsare & uniuersum senatum, ut erat callidus animo & prudens eloquio, potentissime & honestissime purgauit, quæcunq; sibi fuerant obiecta. Cumq; aliter ab inimicis putaret, maiori gloria ab imperatore est exaltatus, intantum, ut ei regiū diadema tribueret, & regnandi potestatem in Iudæa confirmaret: & cum post duos annos in magna gloria in Iudæam esset reuersus, recogitans qd audierat à magis natum esse regem Iudæorum, [mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus qd exquiserat à magis,] æstimans (ut diximus) quod omnibus occisis, unus effugere nō posset. Quod autem nato domino persecutio cœpit, significatur per omne tēpus uitæ præsentis, non deesse futuros, qui electos dei persequantur, sicut dominus ait in euangelio: Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Et Apostolus: Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutionem patientur. Et sicut ait scriptura: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tēratio tribulationis. Quod uero pueri pro domino occisi sunt, significat per humilitatis meritum ad coronā martyrii esse ueniendū, quod omnis (ut dominus ait) qui se humiliat, exaltabitur. Puerorum enim innocentia, humilitatem significat simplicium. De qualibus dominus ait: Sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnum cælorum. Et iterū: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorū. Quando autē pueri (ut diximus) pro Christo interfecti sunt, sed Christus qui quærebatur non est inuentus, ostendit

Johan. 15  
2. Tim. 3.

Ecci. 27.

Matth. 19

tur quia persecutores martyrum corpora male tractare possunt & occidere, sed neq; à uiuentibus, neq; à morientibus **Christum** auferre, qui possunt dicere: Siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. **Siue enim uiuimus, siue morimur, domini sumus.** Per eos autē qui bimō occisi sunt, illi significantur, q̄ perfecti sunt in opere & doctrina, quī cum bene uiuendo & recte docendo, aliorum nequitiam increpant, usq; ad effusionem sanguinis decerant: Per illos uero qui infra, significantur simplices, qui scientes **Christum** tantum & hunc crucifixū, magis eligunt mori, quā eius fidem negare. **Quod autē non solum in Bethleem, sed etiā in omnibus finibus eius pueri occisi sunt, significatum est, quia non solū in Iudæa, unde ecclesia originem sumplerat, persecutio erat futura, sed etiam usq; ad fines terræ.** Et quod dominus propter persecutionem **Herodis in Aegyptum** fugit, significat electos propter persecutionē prauorum, aliquoties à proprijs sedibus esse fugandos, exilioq; relegandos. **Quod uero defuncto Herode, iterum angelo monente, ad terrā Israel reuersus est, significauit eosdem electos post compressam hæreticorum falsitatem, ad proprias sedes esse reuersuros:** q̄d de **Hilario Pictauiensi, & Athanasio Alexandrino, & pluribus alijs** legimus. **Tunc adimpletū est, quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Uox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus. Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.** Nostram superiorē narrationem **Matthæus euangelista** confirmat, cū suis sermonibus oracula infert, prophetarū. **Quod autē ait, [Uox in Rama audita est,]**

nōn hic **Rama** nomen urbis uel loci (ut quidam putant) simpliciter sonat, sed potius inexcelsum significat. Quod est etiam dicere, **Vox** in **Rama** audita est, idem est dicere, persecutionis procella longe lateque diffusa est. Quæritur ad literam, quomodo **Rachel** filios suos plorasse dicitur, cum **Bethleem** in qua pueri occisi sunt, non in tribu **Beniamin**, qui de **Rachel** ortus est, sed in tribu **Iuda** fuerit, quod de **Lia** sorore eius natus est: Ad quod respondendum, quia tribus **Iuda** & **Beniamin** (ut uetus narrat historia) iuxta se hæreditatem acceperunt, & funiculus fortis **Beniamin** prope **Bethleem** perueniebat. Et quia **Herodes** præceperat non solum in **Bethleem**, sed etiam in omnibus finibus eius pueros occidi, intelligimus per hanc occasionem permultos de stirpe **Beniamin** esse casos, quos **Rachel** mater eleuata in excelsum uoce plorasse dicit, ut percutiōis immanitas exaggeretur, quando ipsa mater egisse dicitur, quod ab eius tribu factum cognoscitur. Est & aliud quod in hoc loco prudens lector adijcere potest, quia sicut **Genesis** narrat historia, **Rachel** sepulta est prope **Bethleem**, iuxta uiam quæ ducit **Hebron**, sicut titulus monumēti eius testatur. Quod ergo ab alijs constat factum, ipsa prophetico more fecisse dicitur, ex cuius sepultura locus ille in signo nomen habebat. Spiritualiter uero **Rachel** (quæ ouis uel uisus principium interpretatur) ecclesiam significat, quæ recte uisus principium dicitur, quia mundato cordis oculo, illius pulchritudinē contemplari desiderat, qui ait: **Ego principium** qui & loquor uobis. Ipsa quoque est ouis centesima, quam pius pastor inuentam proprijs humeris imposuit, & sicre portauit ad gregem. Plorat ergo **Rachel** filios suos, quia ecclesia pro persecutione fidelium gemit. Non

*Gene. 35*

*Johan. 8.*

uult autem consolari super eos, qui non sunt, quia illam consolationem non uult recipere, ut iterum redeant ad cerra<sup>m</sup>ina seculi pugnatu<sup>r</sup>i, qui regnant cum Christo per martyrium coronati. **Defuncto autē Herode.** Igitur Herodes, qui tantorum scelerum se fecerat autorem, ut nec ab ipsius domini persecutiōe manū traheret, non poterat remanere inultus. Quia enim fraudulenter regnum Iudæorum primus ex gētibus adeptus fuerat, non solū Iudæis multa mala intulerat, uerum etiam in filijs proprijs parricida extiterat. Et super omnia mala, quæ longum est enumerare, cum saluatorem mundi natum audisset, fellis inuidia commotus, ut unum perdere posset, quem ad regnandum audierat natum, omnes pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius interficere iussit. Tantæ rabies eius animum succenderat, ut nec propter multitudinem morientium, nec propter paruulorū innocentiam, sua sæuitia cessaret. Propter quod diuinitate percussus, immedicabilem passus est ægritudinem. Erat enim febris, & acerrima suspiria, et anhelitus assidui, spasmus quoq; torius corporis, ita ut uix respirare posset. Hydropis morbus corpus attenuauerat, ita ut uestigia inflatione pedum grauarentur, interiora quoq; uiscera tanto dolore urebantur, ut per secretum naturæ digerere uideretur. Prurigo quoq; torius corporis intantum intolerabilis erat, ut etiam uerenda putrida uermibus scaturirent. Inerat etiam & anhelitus fœtidus, intantum ut uix medicorum aliquis pro adhibendis medicaminibus ad eum accedere posset. Deniq; nonnullos medicorū in ipsa ægritudine positus dicitur occidere præcepisse, quasi qui eius saluti prodesse possent, nec uellent. Insuper

etiam famē sitimq̄ intolerabilem sustinebat. Et q̄d  
 grauius erat, om̄is cibus & potus in fastidium ei erat.  
 Insomnietatē talem sustinebat, ut dies noctesq̄ pui-  
 giles duceret. Quod si par̄ obdormisset, phāta/sma pa-  
 ziebatur, ut se obdormisse p̄niteret. Sed cū nimio  
 amore p̄sentis uitæ æstuarer, iussit se deferri trans Ior-  
 danē, ubi erant aquæ calidæ, q̄ etiā lāguentibus me-  
 dicabiles dicebant. Sed quæ alijs utiles erāt, illi nihil  
 profuerunt, ut intelligeret se diuina ultione esse per-  
 cussum. Visum etiā fuit medicis, ut in fomētum olei  
 tepidi eum deponerēt. Quod cū fuisset ingressus, ita  
 totum corpus eius resolutū dicit, ut etiā oculi in simi-  
 litudinē morientiu uersarētur, intercluderet uox, &  
 sensus abesset. Et cū post paululū amicos & famulo-  
 rū uocibus excitatus sensum recepisset, iussit se defer-  
 ri Iericho. Cumq̄ iā de sua uirā desperatus esset, oēs  
 principes Iudæorū ex singulis ciuitatibus & castellis  
 ad se cōuocatos, in custodia retrudi iussit. Vocāsq̄ so-  
 rorem suā Salomē, & uirum eius noīe Alexandrū, di-  
 xit: Noui Iudæos de mea morte gauisuros, sed hono-  
 rabiles exequias habere potero ex plāctu lugentiu,  
 si uos meis uolueritis parere p̄ceptis, ut mox cū ego  
 sp̄m exhalauero, om̄es principes Iudæorū, q̄s in custo-  
 dia reclusi, interficiatis. Sicq̄ fiat, ut q̄ de mea morte  
 gaudere cupiūt, suorū ciuiū interitū lugere cogantur.  
 Et ne ab eorū sanguinis effusione manū retraherēt,  
 singulis quinquagenas argenti drachmas dari iussit.  
 Cumq̄ dolore ingenti angustiaretur, Antipatrū filiū  
 suum, quē quasi de nece paterna tractantē uinculis  
 religauerat, iussit interficere, eo q̄d audita eius mor-  
 te gauisus nūciaretur. Iam uero tātis malis obsessus,  
 & q̄ se uiuere non posse cognouerat, mortē accele-

vare cupiebat. Vnde quadā die cū resedisset, iussit si-  
 bi dari pomū, & ad eius purgationem gladiū. Cumq;  
 super sinistra recubuisset, ictum feriens in seipsum li-  
 brauit, seq; ppria manu percussit, atq; statim urā fi-  
 nisset, nisi unus ex amicis q; uicinior astabat, **Achiab**  
 noie, manum cū gladio retraxisset. **Talē igitur Hero-**  
**des habuit finē, qui ppter saluatoris odiū, multū san-**  
**guinē fuderat innoxium. Quo defuncto. ecce an-**  
**gelus dñi iterū apparuit in somnis Joseph**  
**in Aegypto, dicens: Surge & accipe puerū**  
**& matrē eius, & uade in terram Israel.** Defuncti sunt  
 em̄ qui quarebant animā pueri, **Qui confurgens, ac**  
**cepit puerū & matrē eius, & uenit in terrā Israel.** J  
 Et q̄a non dixit, defunctus, sed defuncti, ex his ange-  
 li uerbis intelligimus, multos principes **Iudæorū** cū  
**Herode in nece dñi consensisse:** & ideo diuina uultōe  
 actum est, ut multi ex his cū illo perirent, cum quo in  
 nece dñi consenserāt. **Spiritualiter uero obitus Hero-**  
**dis, terminū significat inuidiosæ contētionis, q̄ nunc**  
**Iudæa contra ecclesiā sequit. Quod aut̄ post obitū He-**  
**rodus puer Iesus ad terrā Israel ē reuersus, significat,**  
 q̄a circa finē seculi ad synagogā est reuersurus, cū per  
 predicationē **Eliæ & Enoch** in eum crediderint. **Vñ**  
 cum **Aegyptū** deferri iubeat & fugere, hoc in nocte  
 præcipitur: cum uero ad terrā **Israel** reuertit̄, nec no-  
 stis sit mentio: q̄a quos nunc ppter incredulitatē in  
 tenebris deserit, circa finē seculi credētes in lucē fidei  
 recipiet. **Audiēs aut̄ quod Archelaus regna-**  
**ret in Iudæa p̄ Herode patre suo, timuit il-**  
**lo ire.** Archelaus aut̄ unus fuit de **Herodis** filijs, quē  
 post ad se regnādū in **Iudæa** **Herodes** instituerat, sed  
 postea insolentiā ei⁹ accusantib⁹ **Iudeis**, iudicio senat⁹

apud Viennam, quæ Galliarum est urbs, exilio relegatus, uitã finiuit. Archelaus aut̃, qui uincens leo interpretatur, Antichristũ significat. Qui ad tẽpus in sanctis uictoriã habebit, & q̃si leo terribilis apparebit. In illã ergo partẽ qua regnabat Archelaus, Ioseph cũ puero ire noluit, quia in illã partẽ populi Iudæorũ, quæ in Antichristũ creditura est, Christus per fidem non habitabit. Post necẽ autẽ Archelai Christus ad terrã Israel reuertitur, q̃a post interfectione

Roma. ii.

Christi synagoga in eum creditura est, ut ait Apostolus: Cũ plenitudo gentiũ intrauerit, tunc om̃is Israel saluus fiet. Sed q̃a in ecclesia manet & manebit, audiamus ubi habitauerit. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ, & ueniens habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth. Quia em̃ Nazareth flos siue uirgultũ interpretatur, significat ecclesiam, quæ & florẽ habet munditię, & uirgultum uirtutum. Cuius uirgulei pulchritudinẽ admiratur

Canti. 4.

sponsus in Canticis canticorũ, dicens: Quæ est ista quæ ascendit p̃ desertũ, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Cui iterum uoce sponsi dicitur: Ego flos campi, & liliũ conuallium. Et q̃a ecclesia de presentis uitæ amore ad cælestẽ desiderium transit, recte etiam

Canti. 2.

Nazareth Galilææ dicitur, quæ transmigratio interpretatur. Quod autẽ subdidit, Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniã Nazareth uocabitur. hoc testimoniũ (ut diximus) in Septuaginta interpretibus non habetur. Nonnulli em̃ de Isaiã prophete libro sumptum esse uolunt, ubi scriptum est: Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Nos autẽ dicimus, q̃a si fixum de scri

Isai. ii.



pruris posuisset euāgelista testimonium, non dicere prophetas, sed per pphetā. Omnes em̄ prophete dñm Nazareum uocant, q̄a sanctum eum p̄dicant. Ipse est em̄ de quo per Danielē dicitur: Cum uenerit sanctus sanctorum, cessabit unctio. Et Dauid: Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Et iterum: Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum.

**DOMINICA INFRA**  
**octauam natiuitatis domini.**

**Luca secundo.**

**In illo tempore, Erat Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et reliqua.**



**S**i superiora huius euāgelij cōsideremus, inueniem⁹ nō sine causa nec frustra Mariam & Ioseph miratos sup his, q̄ de puero Iesu dicebātur. Recolebant em̄ q̄d in eis natiuitate à pastoribus audierāt angelos apparuisse, & gaudiū om̄i populo nunciasse, atq; uirginē cōcepisse & peperisse. Recolebāt em̄ à magis non solū adoratū, sed etiā quod mystica muna ci oblata uiderāt. Recolebāt quō à Simeone in manibus acceptū & bñdictum uiderāt, etiā & Annā uiduā de eo pphetasse, & super his & hm̄i miraban

tur. Qui em̄ mirabilis est in sanctis suis, scilicet in uirtutibus sanctorū, mirabilior apparere uoluit in ipsis exordijs suis, siue in suis uirtutibus, sicut idē euangelista alibi ait: **Stupebant autē omnes, & mirabātur** sup prudentia & respōsis eius, & uidētes admirati sunt, ] ut scilicet deum, qui in homine latebat, per exteriora signa demōstraret. Sed forte mouet aliquem, quare euangelista patrē saluatoris Ioseph appellauerit. Ad quod respōdendum, quia non est oblitus, quod superius eū de spū sancto conceptū, ex Maria uirgine natū descriperat, dicēs: **Quod em̄ ex te nascetur sanctū, uocabitur filius dei**, sed aliorū opinionē secutus est. **Excepto em̄ Maria & Ioseph, & Elizabeth, uel Simone, & paucis alijs**, quibus mysteriū eius incarnationis spūs sanctus reuelauerat, ab omnibus Ioseph filius tunc putabatur: non quod uere iuxta Photinianos eius pater fuerit, sed quod ad famā Mariæ cōseruandam, ab omnibus eius pater sit estimatus, ne lapidaretur à ludæis quasi adultera, si uirū non haberet, & filiū genuisset. **Eo enim modo eius pater appellatus est, cum eum non genuerit, quo & uir Mariæ dictus est, cum eam nō cognouerit: ubi & hoc dicere possumus, quia & multo expressius & consultius eius pater dici potuit, quē ex sua sponsa uirgine nouerat natum, quām si esset aliunde adopratus. Cum enim publicæ leges permitrant, ut extraneus filius in adoptionē assumptus, omnia quæ simulati patris sunt, ita sibi uindicare, quasi pprius filius possit, multo etiā uicinius filius Ioseph dici potuit, qui de sua sponsa uirgine fuerat natus. Nā & nutritios & baiulos, patres cōsueuimus appellare, non qd carnaliter nobis patres sint, sed quod nutriendo paternum in nos ostendant affe-**

Et benedixit illis **Simeon**. 7 ait ad **Mariam matrem eius**. Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum. ] Simeon senex, qui humanitate dñi in mundo expectauerat, post q̄ eum uidit, post q̄ manibus porrauit, post q̄ benedixit, etiam **Mariã & Ioseph benedicit**. Vbi intelligendū est, quia in eo quod ait, [ benedixit illis, ] nō ad **Christū** à quo om̄is benedictio procedit, teste **Apostolo** qui dicit, **Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi**, qui benedixit nos in om̄i benedictiōe spiritali in caelestibus in **Christo**, sed ad **Mariã & Ioseph** refertur, ut diximus. Intellexit enim illam om̄i benedictione esse dignissimā, quæ illum, qui est super omnia deus benedictus in secula, ex se meruit generare. Vnde angelus ait ad eam. **Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui**. Et **Elizabeth**, **Beata** es quæ credidisti, Et ipsa uirgo de se: **Ex hoc beatā me dicent omnes gnationes**. Neq̄ ab hac benedictione **Ioseph** extraneum putauit, qui pro magna sanctitate, & sp̄sus **Mariæ** uocari, & pater saluatoris meruit appellari, ut & curā exhiberet uirgini, & baiulus esset infantis. Post hæc prophetat in ruinā & resurrectionē multorum, uenisse dominum saluatorem, ut intelligam⁹, quia **Christi** nati uiras, non credentibus ruina, & credentibus resurrectio facta est. Quod uero ait, [ **Positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum** ] spiritu prophetiæ intellexit nonnullos ex **Iudæis** credituros, multos autē in incredulitate permansuros, iuxta illud quod ipse ait in euangelio: **In iudicium enim ego in mundum hunc ueni, ut qui nō uident, uideant: & qui uident, cæci fiant**. Vnde etiam & per prophetam lapis offensionis, & petra scandalī appella-

Eph. i.

Johan. 9.

tur, in quo qui non crediderit, cadet super eum: super quem uero ceciderit, conteret eum. Quia illi qui in homine quem assumpsit scandalizati sunt, in deum offenderunt. In ruinam enim uenit illis, quibus dominus ait in euangelio: Si non uenisssem & locutus eis fuisssem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo, quia uiderunt me, & odio habuerunt gratis. Et alibi: Qui non credit, iam iudicatus est. In resurrectionem autem illis uenit, de quibus ipse dicit: Venit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filii dei, & resurgent. In ruinam uenit illis, quibus ipse dicit: Ego ueni in nomine patris mei & non suscepistis me. In resurrectionem illis, de quibus alibi dicit: Ego sum resurrectio & uita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in aeternum. Et iterum: Omnis qui credit in filium hominis, habet uitam & resurrectionem. Non solum autem ipse Christus, sed etiam & apostoli alij in ruinam, & alij in resurrectionem fuerunt. Illis in ruinam fuerunt, quibus dixerunt: Vobis quidem oportuit primum loqui uerbum dei, sed quia repellistis illud, & indignos uos iudicatis aeterna uita, ecce conuertimur ad gentes. In resurrectionem illis, qui audire merentur ab Apostolo: Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est & caetera. Nam praedicatio ueritatis illis est in ruinam, qui audita negligunt: illis in resurrectionem, qui libenti animo audiunt, & libentius faciendo complent. Sed si subtilius consideremus, inueniemus, quia non solum alij in ruinam, & alij in resurrectionem saluator uenit, sed etiam uni eisdem homini in ruinam pariter & resurrectionem apparet,

Johan. 3.

Actu. 13.

in ruinam scilicet uitiorum, & resurrectionem uirtutum. Omnis enim homo aut uitijs aut uirtutibus repletus. Quicūq; hodie superbus est, si audita domini uoce, ubi ait, Omnis qui se exaltrat humiliabitur, **Et apostolus Pe 1. petri. s.** Superbis deus resistit, superbiam calcare & humilitatem didicerit amare, in ruinam pariter & resurrectionem illi saluator uenit. Similiter adulter siue fornicator, si ad prædicationem domini ubi ait, **Qui uidet mulierem ad concupiscendū eam, iam mœchatus est eā in corde suo, & illud Apostoli: Neq; adulteri regnū dei possidebunt, carnis suæ desideria calcare & castitatem didicerit amare, in ruinā & resurrectionē pariter ei dñs uenit. Sive alius iracundia plenus, fortasse manus effusione sanguinis polluit, si audierit ipm dicentem, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, iracūdiam a corde expellens, charitatem diligit, ei dñs in ruinam & resurrectionē pariter uenit. Ebriolus quoq; aliquis uel crapulator audiēs eius uerba, in quibus ait, **Ne grauetur corda uestra in crapula & ebrietate, uitium ebrietatis & crapulae deserens, sobrietatem diligit, ei dñs in ruinam & resurrectionē pariter uenit. Raptor et cæterorum criminū sectator, si ad prædicationem dñi uitia contemnuere, & uirtutes studuerit habere, in ruinam pariter & resurrectionem illi uenit, quia cecidit uitium quod male uiuebat, & resurrexit uirtus, quæ male iacebat. Et bene primū in ruinam, & post in resurrectionem uenisse dicitur quia nisi corruant uitia, uirtutes in hoīe resurgere nō possunt, ipso domino dicente: **Nemo potest duobus dñis seruire. Vnde Psalmographus nos admonet, dicens: Declina a malo & fac bonum. Cum quali ergo gaudio audisur, quod in resurrectionem multorū ue******

nit, cum tali læticia audiendum est, quod in ruinã ue-  
nisset dicitur. Non autem in ruinam & resurrectionẽ  
omnium, sed multorum uenisse dicitur, ut intelliga-  
mus hoc non de corporali, sed de spiritali resurrecti-  
one esse dictum. Dug em sunt resurrectiones, una ani-  
marũ, altera corporũ. Et illi quãdoq; resurgent in cor-  
pore feliciter, q̄ mō resurgūt in anima ueraciter. **Et  
in signũ cui cõtradicitur.** Hic manifeste dñi pas-  
sio à Simeone propheta. Signũ cui cõtradicendũ præ-  
dicit, uexillum crucis accipit, cui cõtradixerūt Iudæi  
blasphemantes, sicut apostolo Paulo dixerūt: De se-  
ceta aut hac notũ est nobis, quod ubiq; ei contradic-  
tur. Non solum dñi passio signum fuit, cui contradi-  
xerunt Iudæi, sed etiã alia eius opera quæ fecit, signa  
fuerunt quibus contradixerunt hæretici. Quod em  
uirgo cõcepit, & uirgo peperit, signum fuit, sed huic  
signo contradixerunt Manichæi, negãtes Christum  
uerũ corpus assumpsisse, sed per uirginẽ Mariam ue-  
lut aquam per fistulam trãsisse. Quod uero animam  
pro nostra redẽptione suscepit, signũ fuit, sed huic si-  
gno cõtradixerunt Donatistæ hæretici, sed horũ oim  
contradictiones, diuinæ scripturæ conculcat autori-  
tas. His enim qui dixerūt uirginem impossibile esse  
concipere & parere, & post uirginem permanere, cõ-  
tradicit sermo propheticus, qui ait: Ecce uirgo concipiet  
& pariet filium, & uocabitur nomẽ emmanuel, quod  
interpretatur nobiscum deus. Illis autẽ qui eũ  
ueram carnem suscepisse negauerūt, fide armatus oc-  
currit Apostolus, dicẽs: Qui factus ẽ ei ex semine Da-  
uid secundum carnem. Et iterum: Cum plenitudo tẽ-  
poris uenit, misit deus filium suum factum ex mulie-  
re, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redime

Roma. 1.  
Esa. 4.

fer. Illos autē opinionē, qui dixerunt rationalem animā Christū non posse suscipere, destruxit ipse dominus cū ait: **Tristis est anima mea usq; ad mortē. Et iterum: Potest atē habeo ponēdi animā meā, & iterum sumendi eam. Et quia longū est ire per singula, omnia opera quæ fecit, signa fuerunt, sed his signis cōtraxerunt reprobi homines. **Et tuam ipsius animā pertransibit gladius. Nulla docet litera, nulla cōmemorat historia, beatam Mariā uirginē materialis gladij percussione ab hac uita migrasse, quamuis & si hoc fieret, nō anima inuisibilis, sed caro corporali gladio posset transuerberari. Vnde in hoc loco, gladij nomine, duram tribulationē & immanissimum dolorem, quem de domini passione tolerauit, debemus intelligere. Licet enim filium dei non dubitaret, licet resurrecturum sine dubio crederet, nequaquā tamē putandum est, quod sine magno dolore potuerit uidere crucifixum, quem de sua carne immaculata nō uerat natum. In cuius doloris magnitudine olim propheta dixisse putāus est: **Ouos omnes qui transitis per uiam, attendite & uidete, si est dolor sicut dolor meus. Ipsum ego dolorem, ipsum cruciatum, quem de eius morte sustinuit, gladij appellatione Simeon signare uoluit, cum dixit: [Et tuam ipsius animā pertransibit gladius.] quia usus scripturæ est, duram tribulationem, gladij nomine appellare uel signare, sicut de Ioseph tribulationes Aegypti fortiter tolerante dictum est, **Ferrum pertransiit animā eius. Possumus quoq; & gladium, qui animam Mariæ pertransire dicitur, illū accipere, de quo ait Apostolus: **Uiuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipere, pertingens usq; ad diuisionem anime**********

& spiritus, compagū quoq; & medullarum, & discretor cogitationū, & nō est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Sed nunc & usq; ad finē seculi animā ecclesie gladius pertrāsibit, cū non solū ab extraneis persecutionē patietur, sed etiā eos q; credere uidebātur, à fide & bona operatiōe retrolapsos gemit. **Dolet em̄ ex eorum pditione, de quorū gaudebat salute. Sicq; multorū cordium cogitationes reuelātur, dum superbit impius, incenditur pauper. Quod uero subiungit, Ut reuelentur et multis cordibus cogitationes, nō solū ad passionem dñi pertinet, sed etiā ad resurrectionē. Ante em̄ q̄ in carne apparuisset, incertū erat quinā ex Iudæis in illū essent credituri, & q; in incredulitate permansuri: sed illo nato, multorum cordium cogitationes reuelatę sunt, q̄a pastores ab angelis cōmoniti, ad eum adorandū festinauerūt: at uero Herodes audita eius natiuitate, turbatus est, & om̄is Hierosolyma cū illo. Postea uero illo pdicante in perfecta ætate, & miracula faciente, multorum cordiū cogitationes reuelatę sunt, q̄a alij ad illum quasi ad magistrū ueritatis confluēbāt, alij q̄si à seductore recedebant. Alij dicebant: q̄a bonus est, alij uero, non, sed seducit turbas. Alij dicebāt, Si non esset hic à deo, non poterat facere quicquā. Alij dicebant: **Hic hō non est à deo, qui sabbatū non custodit. Sed illo in cruce pendente, multorū cordium cogitationes reuelatę sunt, q̄a alij dicebant, cū sine culpa eum morti tradi uiderēt: Vere dei filius erat iste. Alij irridentes dicebant: Vah q; destruit templū dei, & in triduo reedificat illud. Si filius dei est, descendat de cruce, & credimus ei. Confidit in deo, liberet nunc eū si uult. Alij percutiētes pectora sua, reuertebātur. Alij****



etiam eo sepulto insidiari uolebant, dicentes ad p̄sidentem: Dñe, recordati sumus, q̄a seductor ille dixit adhuc uiuens, post tres dies resurgā. Iube ergo custodi si sepulchrū usq; in diem tertium. Et hoc est q̄d à Simeone dicit, [ & tuā ipsius animā pertransibit gladius, ut reuelent ex multis cordibus cogitationes, ] .i. ex irridētium & dolentiū, scilicet malorū & bonorū.

**Et erat Anna pphetissa, & reli.** Post Simeonis prophetiam Anna uidua introducit, quia ordo rationis poscebat, ut primū à uiris, deinde à fœminis dñi natiuitas testimoniū acciperet. Quia em̄ omnē sexū & omnem ætatē dñs redimere uenerat, dignū erat, ut om̄is sexus & om̄is ætas in eius natiuitate testimonium phiberet. Et q̄a prophetauerat copulata cōiugio, pphetauerat uirgo, pphetauerat senex, etiā introducitur Anna uidua, ut nullus sexus, nulla ætas in eius laude deesset, & impleretur illa pphetia, quæ dicit: Laudate dñm de cælis, laudate eū in excelsis &c. Vsq; ad id q̄d ait, Iuuenes & uirgines, senes cū iunioribus laudent nomē dñi. Vbi etiā norandum, q̄a euangelista Annæ officium, genealogiā, ætatē & mores, uno uersiculo cōprehendit, ut hanc ex om̄i parte dignā esse ostenderet, quæ dño testimonium phiberet. Ad officiū quippe pertinet, q̄d ait, [ Et erat Anna, pphetissa. ] Ad genealogiam, cum adiungit: **Filia Phanuel de tribu Aser.** Ad ætatē, q̄d subiungit: **Hæc processerat in diebus multis, et uixerat cū uiro suo annis septē, a uirginitate sua. Et hæc uidua erat, usq; ad annos octogintaquatuor.** Ad morē scilicet sanctitatem pertinet, q̄d subinfert: **Quæ nō discedebat de tēplo, ieiunjs & orōnibus seruies dño nocte ac die.**

In quibus uerbis nostra tepiditas reprehendit, nostram segnitiam redarguitur, q̄ ad orationem tarde cōuenimus, citius q̄ necesse est recedimus, & nostram uirgē tempus in conuiujs & superfluis locutionibus occupamus. At uero cum esset **Anna** sexu fragilior, sed mente deuotior, [nō discedebat de tēplo, ieiunijs & orōnibus seruiens nocte ac die, ]ante **Apostolū** implēs

**1. Thes. 5.** illud apostolicū: Sine intermissiōe orate, in omnibus gratias agite. **Vbi** considerā dum est, q̄a etsi ad tempus recedebat, p̄pter corporalem necessitatē, tamen deuotione mentis semp̄ in oratione pseuerabat, secundum **Apostoli** p̄ceptū: Siue māducans, siue bibens, siue aliud qd̄ agens, om̄ia in noīe dñi nostri **Iesu Christi**. Sicut ergo habent coniugatae in **Elizabeth** quod imitentur, & uirgines in **Maria** qd̄ sequantur, & senes in **Simeone** quod amplectantur, sic habent & uiduae exemplum uiduitatis in **Anna** quod imitent, ut discant, non circuire domos, nec deliciose uiuere, non fabulis ociosis occupare linguā, sed in ieiunio et oratione semp̄ seruiant dño nocte ac die, ut in eorū numero cōputentur, de quibus ait **Apostolus**: Quae

**1. Tim. 5.** eū uere uidua est & desolata, sperat in dño. **At** contra, uidua quae in delicijs est, uiuens mortua est. Discant ergo uiduae sc̄da & tertia declinare cōiugia. Discant etiam post uiros suorum mortē, carnis uitare lasciuam: q̄a **Anna** à uirginitate. i. postquam amisit uirginitatē, septem annis cum uiro uiuens, octogintaquatuor uidua p̄mansit. **Pudeat** igitur in senectute uiduas castitatē uiolare, quam **Anna** in iuuentute custodiuit. **Insuper** sane deuotio illius ostenditur, q̄a cum haberet potestātē in secundis nuprijs se matrimonio copulare, noluit hac potestate uti, sed etiam

maluit in potestate deo seruire, quàm uiri amplexi-  
 būs p̄frui, adimplens illud q̄d ait **Apostolus: Nemo** 1. Tim. 2  
 militās deo, implicat se negocijs secularibus. **Et ite-**  
 rum: **Mulier innupta cogitat quæ sunt dei, ut place-**  
 at deo: quæ aut̄ nupta est, cogitat quæ sunt mūdi, ut  
 placeat uiro. **Sed hec tanta instātia dño famulabatur,**  
 ut merito de ipsa euangelista diceret: [ **Quæ nō disce-**  
 debar de tēplo, ieiunijs & orōnibus seruiēs nocte ac  
 die. ] **Quod em̄ tale ieiuniū, talis afflictio, talis deuo-**  
 tio, talis oratio mercedē consequatur, manifestatur  
 cum subditur: **Et hæc ipsa hora superueniens,**  
**cōfitebatur dño.** **Confitebatur em̄ dño, quia lau-**  
 dabat dominū. **Cōfessio nāq; in scripturis aliquādo**  
 ad p̄t̄m pertinet, aliquādo ad laudē. **Nisi em̄ ad pec-**  
 carum p̄t̄neret confessio, Psalmista nō diceret: **Dixi,**  
**confitebor aduersum me iniustitias meas domino,**  
 & t̄remisisti impietatem peccati mei. **Et nisi ad lau-**  
 dem p̄t̄neret, alibi non diceret: **Confitebor dño nimis**  
 in ore meo, & in medio multoꝝ laudabo eum.  
**Vnde ipse unigenitus dei filius, qui p̄t̄m non fecit,**  
 in euāgelio ait: **Confiteor tibi pater, dñe cæli & ter-** Matth. 11  
 ra; q̄ abscondisti hæc à sapientibus & prudētibus, &  
 reuelasti ea paruulis. **Sed q̄a omnis q̄ deum laudat,**  
 alios etiā ad laudandum eum, puocare debet, recte  
 de Anna dicit: **Et loquebatur de illo om̄ibus,**  
**qui expectabant redemptionem Ierusalem,**  
 nolēs dare sct̄m canibus, nec mittere margaritas su-  
 as ante porcos. **Spiritualiter uero Anna uidua, san ct̄a**  
 significat ecclesiā, quæ pro eo uidua dicitur, quia do-  
 mini sui morte uiduata, reditum eius ad iudiciū ex-  
 pectat. **De qua uidua per Psalmistam dicitur: Viduā** Psalm. 136  
 eius benedicēs benedicā, pauperes eius saturabo pa-

aibus. **H**ac est em̄ illa uidua, quæ iuxta euangelium,  
 quotidie interpellat iudicē, & de qua per quēdā sapi-  
 entem dicitur. **N**onne lachrymæ uiduæ ad maxillam  
 eius, & exclamatio eius usq; ad deducentem eas? **C**o-  
 gruit aut̄ mysterijs ecclesie, quod **A**nna gratia dei in  
 nostra lingua dicitur. **E**t filia **P**hanuel, qui facies dei  
 interpretatur, esse narrat. & de tribu **A**ser, q̄ inter du-  
 odecim patriarchas nascendī ordine habet̄ octauus,  
 & interpretatur beatus, quoniã ut ecclesia facie dñi  
 uidere mereatur, ab ipso ardenti amore illuminari de-  
 siderat, canens cū **P**ropheta: **O**stende nobis dñi mise-  
 ricordiam tuã & faciem tuã, & salu erimus. **E**t ite:  
**S**ignatū est sup nos lumē uultus tui dñe. **E**t ut ad re-  
 sur̄ectiōis beatitudinem peruenire possit, totum de  
 dñi gratia accipit. **S**ed nec tēpus quo in uiduitate p-  
 mansit, à mysterijs alienum est. **S**icut enim per septē  
 tempora annoꝝ quo cum uiro suo p̄mansit, tempus  
 illud q̄ dñs in carne fuit significat, ita anni octoginta  
 quatuor quibus uidua pseuerauit, tempus uitæ præ-  
 sentis, in quo ecclesia semetipsam bonis operibus ex-  
 ercet significat. **S**epties q̄ppe duodecim, octoginta  
 quatuor faciunt, & septem quippe ad præsentis uitæ  
 sursum pertinent, qui per septem dies uoluitur. **D**uo  
 decim quoq; ad sacratū numerum duodecim aposto-  
 lorū: quia per prædicationem duodecim aposto-  
 loꝝ, ecclesia in præsentī uita bonis operibus inuisitē-  
 dū didicit, hoc est, bona opera facere cognoscit. **O**cto-  
 ginta uero, ad corporis resurrectionē pertinet: porro  
 quatuor, ad doctrinam quatuor euangelioꝝ. **O**cta-  
 uus q̄ppe numerus ad mysteriū noui testamēti perti-  
 net, qui octaua die, id est, dominica, conscribitur, in q̄  
 dñs resurrexit, cuius gratia liberati sumus. **N**am in se

soluone hebdomadis octauus dicitur, quoniã una  
queq; hebdomada ab eo in quo bonis operibus infi-  
stere, & futurã resurrectionẽ sperare didicimus, qua-  
si duodenis septies multiplicatis, octoginta quatuor  
implemus. Et vt perfecerunt omnia secundum le-  
gem dñi, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatẽ suam  
Nazareth. ] Hic prætermisit Lucas euãgelista, quod  
à Marthæo sufficienter scriptum nouerat, scilicet quò  
propter persecutionem Herodis, angelo monente, in  
Aegyptum sit deportatus, & post eius mortem, iterũ  
angelo monente, in Galilgã in ciuitatem suam Naza-  
reth reuersus. Vfus est em euangelistæ, ut unus ali-  
quando prætermittat, quod ab alio dictũ meminit.  
Puer autem Iesus crescebat, & confortaba-  
tur plenus sapientiã. In hoc uersiculo duorum he-  
reticor: dogmata destruuunt, Manichæorũ. s. & Apo-  
linariarũ. Manichæi dixerũt dñm uerum corpus nõ  
assumpsisse, horũ dogma destruitur, cum euangelista  
dicit: [Puer aut Iesus crescebat & confortabatur] Ni-  
si enim ueram carnem habuisset, nec crescere, nec cõ-  
fortari potuisset: q̃a in natura dei, nec minui, nec au-  
geri potest. Apollinariæ dixerũt illũ ueraciter hu-  
manam animam non assumpsisse. Et horum dogma  
destruitur, cum subinfertur, plenus sapiẽtia. Sicut em  
crescere & confortari ad corpus pertinet, sic sapiẽtia  
repleri ad animam. In eo autem quod puer uocat, &  
paulo minus ab angelis est minoratus, crescere & cõ-  
fortari potest, q̃a pro nostra salute carnẽ suscepit. In  
eo uero quod ait, plenus sapientiã, nec crescere (ut di-  
ximus) nec confortari. Sed notãdum in eo quod ait,  
plenus sapiẽtia: quoniam non ad mensuram ueluti  
homines, gratiam spiritus sancti accepit, sed sicut di-

Col. 2.

cit Apostolus, In eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quod uero subiungitur, [Et gr̃a dei erat in illo,] specialis gratia à deo patre homini Iesu Christo data est, ut ex quo hō esse inciperet, perfectus esset deus & hō, humana assumens, & diuina non deferens. De quo Iohānes Euangelista dicit: Vidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti à patre, plenū gratiæ & ueritatis. Cui Psalmista ait: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis.

**IN CIRCUNCISIONE**  
ne domini. *Lucæ secundo.*

**In illo tēpore: Postq̃ consummati sunt dies octo, ut circūcideretur puer. Et rel.**



**Q**uia mediatoris dei & hoim circūcisionē hodierna lectiōe recita tam audiuius, liber ad initia eiusdē circūcisionis animū conuertere, & quo tēpore, uel ex qbus patribus exordiū sumpserit, cōsiderare, aut quā utilitatē habuerit, uel ob quā causam dñs Iesus Christus, q sine pctō in mūdo uenit, uoluit eā suscipere. Ad quam rē instruendā liber Geneleos in prōptu est, in quo legimus, q̃a post diluuiū exiit uir quidam de semine Sem, filij Noe, noīe Heber, de cuius domo & familia egressus est Thare, qui genuit filium noīe Abram, cui dixit deus: Egredere

de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo patris  
tui, & ueni in terrā quā monstrauero tibi. Qui cū obe  
diens esset deo, exiens & nesciens quō pgeret, & re  
putatū esset illi ad iustitiā, uenissetq; in terrā Chana  
an, & merito atq; sanctitate cresceret, p̄misit ei deus  
eandē terram in hæreditatē esse daturum, & semini  
eius post ipsum, cū non haberet filiū. Cumq; merito  
& sanctitate magis ac magis, p̄ficeret, p̄cepit ei deus,  
ut circumcideret carnē præputij sui, dicens: **Circunci-**  
**deur omne masculinū in uobis, ut sit pactum fœderis** *Scene. 17.*  
**mei inter me & uos. Et circumcisus est Abraam cen**  
**tesimo ætatis suæ anno, Isaac autē filius eius octaua**  
**die.** Porro Ismael tredecim annos impleuerat. Ex  
eo tēpore ritus & religio circumcisionis, à beato pa  
triarcha Abraam sumpsit exordiū. Si quis autē quæ  
rat, quare eadē circumcisio data sit, intelligat uarias  
ob causas esse datam. Primum p̄pter meritum fidei  
Abraæ, ut sicut fide distabat à cæteris nationibus, sic  
distaret etiā signo circumcisionis. Siue certe signū cir  
cumcisionis datum est, ut populus q̄ ex eadē proge  
nie nasciturus erat, p̄ signum circumcisionis peculia  
ris ac familiaris deo agnosceret. Siue aliter, signū cir  
cumcisionis datū est, ut si q̄ ex eorū populo in prælio  
corruissent, ob signū circumcisionis cogniti, q̄a de stir  
pe sancta descēderant, sepulturæ traderētur. Vel cer  
te, q̄ in tali mēbro circumciso iussa est, p̄ quod carnis  
origo p̄pagaretur, significabatur tunc ille ex eodem  
semine carnē de uirgine assumpturus, q̄ uirginitatis  
amaror, & uitiorū præputij esset amputator, dñs scili  
cet Iesus Christus. Nec putandum est, paruā utilita  
tem suo tēpore habuisse circumcisiōnē: sed sciēdum  
quia tū ualebat tunc circumcisio cōtra originale pec

carum, quantum nunc ualet aqua baptismatis, ex-  
 pro qđ ille nondum uenerat, qui pctā soluere posset,  
 uel q̄ ianuā regni caelestis referaret. Qm̄ qui nunc per  
 euangeliū dicit, Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spū  
 sancto, nō potest intrare in regnum dei: ipse tunc p  
 legē clamabat, **M**asculus cuius caro praputij circun-  
 cisa nō fuerit, peribit anima illa de populo suo, quia  
 pactum meū irritum fecit. **N**on quod infans recēs na-  
 tus, boni & mali ignarus, pactum dñi per se irritū fa-  
 cere posset, sed q̄a de illius radice oēs nascebant, qui  
 pactū dei in paradiso irritū fecerat, aut circuncisiōe,  
 aut alijs modis purificari indigebāt, quia uinculo ori-  
 ginalis peccati tenebant astricti, dicēte **P**salmista: Ec-  
 ce em̄ in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis pe-  
 perit me mater mea. **N**ec solum p circuncisiōe, sed  
 etiā per hostiā oblationē plures deum placare stu-  
 debant, sicut exemplo patiētiae Iob discimus, qui se  
 suosq; liberos quotidianis sacrificijs purificabat. Alij  
 uero sola tantūmodo fide saluabant, sicut scriptū est  
**H**abac. .2. in Habacuc: Iustus aut̄ ex fide uiuit, sine q̄ impossibi-  
 le est placere deo. **N**ec putandū est, qđ aliqua necessi-  
 tate dñs circuncisiōe suscepit, q̄ immaculatā car-  
 nem ex uirgine sine pctō assumpsit, sed ideo circūcidi  
 uoluit, ut etiā suo tēpore circuncisiōe sanctā fuisse  
 & bonam ostēderet. **E**t ut om̄em occasiōe in se nō  
 credentibus Iudæis auferret, noluit patribus esse dissi-  
 milis, q̄ nō uenerat legē soluere, sed adimplere. Siue  
 certe circūcisiōem corporaliter suscepit, ut in ipso  
 carnalis circuncisio finem, & spiritalis haberet exor-  
 dium. **F**inis em̄ legis (ait **A**postolus) Christus, ad iusti-  
 tiam om̄i credenti. **E**t bñ octauo die circūcidiur le-  
 sus, q̄a legis prapceptum erat, dño dicēte: **I**nfans octo



dierum circuncidetur. Sed quāuis hoc frequenter in lege præceptū sit, nō facile de aliquo in tota serie ueteris testamenti scriptum inuenitur, absq; solo duntaxat Isaac filio repromissionis, quod non sine mysterio credimus præmissum. Circuncisio em̄ Isaac, dñi circuncisionē significabat. Circuncisio uero dñi nostrā geminā circuncisionē significat, moderni scilicet tēporis & futuri. Circūcidimur nanq; in præsentī, cū p̄ bap̄tismū à p̄ctōrum sordibus purificamur, & quicquid ad uetustatē ueteris hoīs pertinet respuentes, induite ueterem hoīem cum actibus suis, & induite eum q̄ renouat̄ de die in diē. Et iterū: Renouamini sp̄ū mentis uestre, & induite nouū hoīem, qui scdm̄ deū creatus ē, in iustitia & sanctitate ueritatis. Melius autē circūcidemur in futuro, qm̄ mortalitas carnis nostræ, in q̄ nunc peccamus, in immortalitate fuerit immutata, & soli deo inhrebimus, ut ait apostolus: Nos q̄ residui sumus, q̄ relinquimur, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aera, & sic semp̄ cum dño erimus. Et qm̄ iam nō erit conflictus cū carne & sanguine, qm̄ corpus quod corrūp̄itur nō aggrauabit animā, nec terrena inhabitatio sensum multa cogitantē opprimet, sed absorpta morte in uictoria, corruptibile hoc induet in corruptionē, implebiturq; in illis, q̄ illo seculo digni inuēti fuerint, quod dñs ait in euāgelio: In resurrectione neq; nubēt, neq; nuben tur, sed sunt sicut angeli dei in cælo. Aequales em̄ angelis erunt, cū filij resurrectionis fuerint. Pulchre ergo circuncidit̄ puer. Factus est em̄ puer, q̄ pueros quarebat. i. pueros. Quis est iste puer, nisi ille, q̄ cum sit magnus & laudabilis nimis, & cuius magnitudinis nō

Col. 3.

1. Thes. 4.

2. Hee. 20.

Iſaie. 9.

est finis, ppter nos puer fieri dignatus est. De ſcri-  
 ptū est: Ecce puer meus electus quē elegi, poſui prin-  
 cipatum ſuper humerū eius, & uocabitur nomē eius  
 admirabilis, cōſiliarius, deus, fortis, pater futuri ſecu-  
 li, princeps pacis. Quod autē die circuncisionis pueris  
 noia imponebātur, ex eo in conſuetudinē uenisse ar-  
 bitramur, quod beatus patriarcha **Abraam**. i. pater  
 multarū gentium, cū ſignaculo circuncisionis augmē-  
 tū & immutationē pmeruit nominis, ut qui hactē-  
 nus dicebat **Abram**. i. pater excellus, deinceps dice-  
 tur **Abraā**. i. pater multarū gentiū, dño dicente: Quia  
 patrem multarū gentiū cōſtitui te ante deū, cui credi  
 diſti. Nec ſolū ipſe, ſed etiā uenerabilis uxor eius au-  
 gmentū noiſ cū immutatione pmeruit, ut quæ prius  
 dicebatur **Sarai**. i. princeps mea, deinde diceretur **Sa-  
 ra**. i. princeps ſanctarū ſceminarū, ſiue princeps do-  
 mus. Vnde errant qui putant nomen **Saræ** per duo  
 r r. ſcribendū. Primum em̄ apud **Hebræos** per ſin, reſ,  
 & iot elementum ſcribebatur. Sublato ergo iot ele-  
 mento de fine nominis, additum eſt **Aleph**, & dictū  
 eſt **Sara**. Uocatum eſt nomen eius **Jeſus**, quod  
uocatum eſt ab angelo, priuſquam in uero concipere-  
tur. ¶ Si quis autē quærat, quando eius nomen ab  
 angelo, antequam in uero conciperetur, uocatum ſit,  
 tunc ſine dubio, quādo ait angelus ad **Mariam**: **Aue**  
 gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulie-  
 ribus, & benedictus fructus uentris tui. Quod enim  
 ex te nſcetur ſanctum, uocabitur filius dei. **Ne time-**  
**as Maria**, inueniſti gratiam apud deum, ecce cōcipi-  
 es & paries filium, & uocabis nomen eius **Jeſum**, hic  
 erit magnus, & filius altiſſimi uocabitur. **Nec ſolum**  
**hoc ſanctiſſimū nomen antequā cōciperetur in uero**

ro ab angelo uocatum est, sed etiam longe antea patriarchis & prophetis prædictum, quod filius dei homo factus, hoc nomine uocaretur, uidelicet **Iesus**: quia **Iesus** Hebræa lingua, in nostra saluator siue salutaris dicitur. Vbicunq; enim apud nos salutare legitur, in Hebræo **Iesus** habetur, sicut est illud: **Salutare tuum expectabo domine. Et Isaias: Gaudens gaudebo in dño, & exaltabit anima mea in deo Iesu meo. Et in Psalmo: Memento nostri domine in beneplacito populi tui, uisita nos in salutari tuo. & multa talia. Et nõ solum sanctum eius nomen à prophetis & patriarchis, antequam conciperetur, prædictum est, sed etiam ante omnia secula à deo patre præciturum & prædestinatum, ut deus homo factus, Iesus uocaretur, id est, saluator, ut sicut à **Christo** Christiani uocamur, sic etiam à saluatore, saluati nuncupemur: quia nõ est aliud nomen sub cælo datum hominibus, ut ait Petrus apostolus, in quo oporteat nos saluari. **Nec solum autem in etymologia nominis eius nostra salus cõtinetur, sed etiam in ipsis literis, quibus hoc nomen apud Græcos scribitur, magna salus nostra inuenitur. Iesus enim apud Græcos sex literis scribitur, Iesus. Quæ literæ continent in se magnũ numerũ & in ipso numero magnũ sacramentũ. x. uidelicet & viij. cc. lxx. cccc. & iteꝝ cc. qui simul iũcti fiunt, d. ccc. lxxxviii. & denarius quidem numerus ad decalogũ legis pertinet, quia decem præcepta legis Moysei data sunt: octo autẽ, ad resurrectionem pertinent, quia octaua die dominus resurrexit, & in octaua seculi ætate resurrekturos nos monstrauit, iuxta illud quod in Salomone legitur: **Da partes septem, necnon & octo. Septuaginta quoq; ad penitentiam pertinent,******

quia ille populus qui deo peccauit, p̄ septuaginta annos in captiuitate Babylonis sub Nabuchodonosor rege fuit. Et cū de remittendis peccatis Petrus magistrū interrogasset, dicēs, Quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei, usq; septies, tunc Iesus ait illi: Non dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies. Cētenarius q̄ppe numerus perfectionē uitę æternę significat, sicut de eodē dñs, qui om̄ia sua pro eius amore reliquerat, ait: Centuplū accipiet, & uitā æternam possidebit. Huius numeri sacramentū, in ipsa digitorum cōputatione ostenditur, qñ centenarius numerus de laua transit in dextrā, & circulū exprimēs, fit in modū coronę: illa corona eternā beatitudinem significat, quā pro bonis operibus se accepturū nouerat, q̄ dicebat: Bonū certamē certauī, cursum consummaui, fidē seruauī: de reliquo reposita est mihi corona iustitię. Et nos igit̄ in hoc sanctissimo nomine denariū numerū reperimus, cū decalogi m̄adata seruamus: tenemus octonariū, cū fidem resurrectionis credimus: habemus et septuagenariū, qñ peccata nostra flendo punimus. Tunc autē ad centenarium perueniunt, cum post corporalē resurrectionē ad summam & perfectam beatitudinem animę & corporis perueniunt: quia ibi erit omnis perfectio, ubi nulla fuerit corruptio: ibi p̄fecta lætitia, ubi nulla tristitia, quando absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Etiam non erit luctus, neque clamor, neq; ullus dolor: quoniam priora transierunt, quādo gaudium & lætitiā obtinebunt qui redempti fuerint à domino, & fugiet ab eis dolor & gemitus, & uenient in Sion lætantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Quod gaudium bene significat Isac,

qui de centenatio patre natus, octava die circūcisus, ritus interpretatur, illum nimirum spiritalem ritum uel gaudium significans, quod noster Isaac, dominus scilicet Iesus **Christus**, promisit, dicēs: Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrū nemo tollet a uobis. Et de quo per beatum Iob dicitur: **Os ueracium replebitur risu. Et in laude ecclesie: Et ridebit in die nouissima.** Sed quia sermo de circūcisi one domini se intulit, libet inueneri quid est, quod toto tēpore ducatus **Moyfi**, nullus ex filiis Israel circūcisus fuisse legitur, excepto uno filio eius, quē uxor illius in itinere, ne ab angelo percuteretur, acutissima petra circūcidit, dicens: Spōsus sanguinum tu mihi es. Quid est enim quod iussio domini & consuetudo antiqua quadringentis obseruata sit annis, & ab ipso **Moyse** frequenter fieri cōmonita, ita per quadraginta annos sub suo tēpore relicta est penē, q̄si nunquā esset? Non hoc sine causa, nec sine mysterio contrigisse putandum est. Deniq; præputiū quod sub **Moyse** creuit, idem populus, qui sub eo incircūcisus remansit, propter imminens bellū à successore eius **Iesu Naue** amputatum est, & hoc cultris petrinis, trās Iordanē, in cāpestribus **Moab**, cōtra Iericho. Breuiter ergo huius mysteriū uideamus. Quid per **Moysem**, nisi lex figurat: Quid per **Iesu Naue**, nisi gratia noui testamenti, quæ legi successit, exprimitur? Quid per præputiū, nisi peccatū? Præputium ergo sub **Moyse** creuit, quia data lege, peccatū amplius apparere cœpit, teste **Apostolo**: Lex iram operatur. Et, **Vbi non est lex, nec præuariatio.** Nam concupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret, **Nō edūcupisces.** Occasione autē accepta, peccatū per mandatum operatum est in me omnem concu-

**Johan. 16**

**Job. 8.**

**Exod. 4.**

**Roma. 4.**

**Roma. 7.**

piscentiā, & factum est quod erat ad uitā, hoc esse ad mortem. Sed q̄a pr̄putiū, quod sub Moysē creuit, à Iosue amputatū est, significat, quia peccatū quod lex ostendebat, non etiam auferebat: dñs Iesus Christus conditor & ordinator noui testamenti, quem Iosue opere significauit & nomine, per gratiam noui testamenti non solum ostendit, sed etiā misericorditer dimisit.

**Iohan. 1.** Lex em̄ (ait euangelista) per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Vnde bene cultus petrinis idem populus à Iosue circuncisus legit, q̄a ille solus peccata dimittit, de q̄ ait Apostolus: **2. Cor. 10.** Petra aut̄ erat Christus. Sed q̄a dñi Iesu Christi corporalē circuncisionē celebramus, debemus ad nostrā spiritalem circūcisionem animū inflectere: & quō non corpore, sed spiritu circuncidi cōueniat, cōsiderare. Ideo em̄ ille corporaliter circuncisus est, ut nos spiritaliter circūcidi doceret, sicut ait Apostolus:

**Rom. 15.** Dico em̄ Christum Iesum ministrum fuisse circuncisus onis, propter ueritatem dei, ad cōfirmandas p̄missiones patrū. Hoc autē summo opere cōsiderandū est, q̄a circuncisio spiritalis nō unius membri, sed omnium membrorum uitia amputare docet. Nec prodest iā circūcisio corporalis, ubi defuerit spiritalis. Vñ Moyses legislator, cum mundissima dei uerba audisset, incircuncisum se labijs conquestus est, dicens: Obsecro domine, mitte quē misurus es. Nō enim audiet me Pharaō, pr̄sertim cū sim incircuncisus labijs. Et Stephanus protomartyr quosdam circuncisus corpore, incircuncisus autem corde redarguit, dicens: Vos incircuncisus corde & auri bus, semper spiritui sancto resistitis, sicut patres uestri. Ex quibus colligimus (sicut diximus) quia circuncisio spiritalis non unius mem-

bri, sed oīm uitiorum debet esse amputatio. **Circū-**  
 cidendi sunt oculi ab illicito uisu, ne uideāt mulierē  
 ad concupiscendā eam. Vnde & ipsa ueritas in euāge-  
 lio loquitur, dicēs: **Qui uiderit mulierē ad cōcupiscē-**  
**dum eam, iam mōchatus est eā in corde suo. Ut ue-**  
**raciter cum Propheta dicam: Auerte oculos meos ne**  
**uideant uanitatem. Et iterum: Oculi mei semper ad**  
**dñm, & reliqua. Et cum beato Iob: Pe pigi fœdus cū**  
**oculis meis, ut ne cogitarē quidem de uirgine. Circū-**  
**cidendæ aures sunt, ne libēter audiāt uerba detractio-**  
**nis, falsitatis, murmuratiōis, & his similia, sed semper**  
**paratę sint ad audiendū uerbum diuinum, ut implea-**  
**tur illud in nobis: Beati qui audiunt uerbū dei, & cus-**  
**trodiunt illud. Et cū beato Iob dicere ualeamus: Au-**  
**ditu auris audiui te dñe. Et cum Isaia: Dominus deus**  
**aperuit mihi aurem. Et cum Psalmista: Audiā qd lo-**  
**quatur in me dominus deus. Et iuxta illud quod pro-**  
**pheta admonet, dicens: Sepi aures tuas spinis, ne libē-**  
**ter audiant uerba detrahentium. Circūcidendæ sunt**  
**nares ab illicitis odoribus, ne p illecebras odoris ani-**  
**mus in consensum delectationis cadat, sed secū dum**  
**Apostolum, semp Christi bonus odor simus deo in**  
**oīm loco. Circūcidenda est lingua à maledictiōibus,**  
**peruirijs, falsitatibus, murmurationibus, & à cōsuetu-**  
**dine ociosi sermonis, nonnunq̄ etiā propter taciturni-**  
**taris custodiā à bono colloquio cōuenit abstinere,**  
**ut cū Propheta dicere possimus: Dixi, custodiā uias**  
**meas, ut non delinquā in lingua mea. Posui ori meo**  
**custodiam, cum consisteret peccator aduersum me.**  
**Obmutui & humiliar⁹ sum, & filui à bonis, Mors em̄**  
**& uita in manibus lingue. Et qui custodit os suum &**  
**linguam suam, custodit ab angustijs animam suam.**

Ecc̄. 20.

Prou. 13.

Tora em̄ nostra uira quodāmodo per linguam com-  
 maculat, nisi sub taciturnitatis custodia teneatur, q̄  
 sicut ait **Apostolus**: **Corrumpunt mores bonos col-**  
**loquia mala.** Nā sicut **Iacobus apostolus** ait, **Qui se**  
**putat religiosum esse, nō refrenans linguā suam, sed**  
**seducens cor suum, huius uana est religio.** Et in lege  
 uas quod operculū non habet, inter immunda uasa  
 cōputatur. Et **Psalmista** nos admonet, dicens: **Prohi-**  
**be linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur**  
**dolum.** **Circuncidamus** manus ab effusione sangui-  
 nis & lacione proximi, & semper eas paratas habea-  
 mus ad operandū quod bonū est, ut habeamus unde  
 tribuamus necessitatē patiētibus. Et cū **Psalmista** di-  
 cere queamus: **Lauabo inter innocētes manus meas,**  
 & circundabo altare tuum dñe. Et cū ecclesia, **Ma-**  
 nus meæ distillauerūt myrrham, & digiti mei pleni  
 myrrha, p̄batissima. **Circuncidamus** pedes, ne festi-  
 nent ad effundendū sanguinē, & discordias seminan-  
 das, sed potius ad ecclesiā conueniant, ad orationem  
 studiosius p̄perent, & inter fratres pacē & concordia  
 am portent, ut adimpleat illud quod d̄r: **Beati pedes**  
**euāgelizātiū pacē, euangelizantiū bona.** Quod ut  
 facere possimus, supplices cū p̄pheta rogemus: **Vi-**  
**as tuas dñe demōstra mihi, & semitas tuas doce me.**  
 Et iterū: **Gressus meos dirige sc̄dm eloquium tuū.** Et  
 rursus: **Perfice gressus meos in semitis tuis, ut nō mo-**  
**ueantur uestigia mea.** **Nec solū exteriora, sed etiam**  
**que interiora sunt, circūcidere debemus.** i. cor, ut ab-  
 stineamus nos a malis & immundis cogitationibus,  
 & prauis delectationibus, & iniquo consensu, ne per  
 aſiduitatē cogitationis, in consensum delectationis  
 cadamus, q̄a ut dñs ait: **De corde exeunt cogitationes**

**1. Cor. 15**

**Canti. 5.**



malæ. Et sicut Salomon nos admonet, dicens: **Omni custodia serua cor tuum, qm̄ ex ipso uita procedit.**

*Prou. 4*

Hanc spiritalē circuncisionem prædicabat p̄pheta tenendam esse, cū dicebat: **Circumcidite præputia cordium uestrorū.** Et iterum: **Circumcidimini dño deo uestro, & nolite circumcidere carnes præputij uestri.**

*Deut. 10*

De hac ipsa Moyses legislator ait: In nouissimis diebus circumcideret deus cor tuum & cor seminis tui. Et si taliter circumcisi fuerimus, & hic circuncisionis dñi participes erimus, & in futuro regem in decore suo uidere merebimur. Quanta autem gloria præparanda sit ei, qui spiritaliter circunciditur, Isaias propheta indicat, q̄ cum dixisset, **Quis poterit habitare ex uobis cū igne deuorante, aut q̄s habitabit ex uobis cū ardoribus sempiternis?** adiecit continuo de spiritali circuncisione: **Qui ambulat in iustitia, & loquitur ueritatem, q̄ projicit auaritiã ex calumnia, & excurrit manus suas ab omni munere, q̄ obturat aures suas ne audiãt sanguinem, & claudit oculos suos ne uideant malū, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, regem in decore suo uidebũt oculi eius, Verum cõsiderandũ est diligentius, ne forte spiritalē circuncisionē, inani gloria surripiente, p̄pter appetitũ humanæ laudis seruemus, quod pro solius diuini amoris gratia agere debemus.** Ipse em̄ se amore circuncisionis priuat, q̄ spiritalē circuncisionē nō propter amorem dei, sed propter inanem gloriam seruat, in exemplo Sichimitarũ, qui religionem circuncisionis nō propter amorē dei, sed propter carnis suæ desideria explenda susceperunt: & ideo non solū mercede priuati sunt, sed etiam tertia die quãdo grauissimus do-

*Isaie. 57*

lor uulnerum inerat, ipsi unā cum ruina suae ciuitatis perierunt. Dignū est enim, ut qui in praesenti uita spiritaliter circunciduntur, in meliorē circuncisionem, id est, immortalem, que sanctis repromissa est, semper animum teneant. Vnde bene de domino, q̄ octaua die circuncisus est, adhuc subditur:

**E** Postquā impleti sunt dies purgationis eius secundum legē Moysi, tulerūt illum in Ierusalē, ut scirent eum dñō, .i. sanctificarent. Dñs Iesus Christus, q̄ non uenit legem soluere, sed adimplere, nō solum circuncisus est octaua die, cū non indigeret, sed etiam triginta & tribus diebus post hęc ab ingressu tēpli se abstinuit, iuxta ritum legis: non quod ullo mō purificari indigeret, qui nullius originalis peccati uinculo tenebatur astrictus, sed ut ostēderet, cum quāto studio & solitudine euangelij praecepta obseruare debeamus, qm̄ illa praecepta legalia q̄ per seruū dederat, cum tanta diligētia obseruauit. Decretū nāq; legis erat, ut puer recens natus, octaua die circuncideretur, & tricesima tertia die post hęc unā cum oblatione sua in templo praesentaretur. Quod nulla necessitate, sed sola uoluntate dñs uoluit obseruare, ut ostēderet suis tēporibus legē sanctā fuisse & bonā, & in seipso regulam nostrae religionis dignatus est demonstrare. In eo qd̄ prius tēplum noluit ingredi, q̄ circuncideretur & purificaretur, ostendit, quia ecclesiā intrare non possumus, nec corporis & sanguinis eius participes esse, nisi prius ab originalis peccati immunditia p̄ baptismū simus purificati, iuxta illud qd̄ ipse dicit: *Nisi qs̄ renatus fuerit ex aqua & spū sancto, nō potest intrare in regnū dei.* Adhuc iuxta sacratoriē intelligentiā,

Johan. 3.

in eo quod prius tēplum ingredi noluit, q̄ circunci-  
 deretur, & dies purificationis impleret, ostendit, q̄  
 in tēplo æternæ beatitudinis, quod ē in cælo, nequa-  
 quam intrabimus, nisi in præsentī uita p̄ pœnitentiã  
 & bona opera fuerimus purificati, teste Propheta: *psalm. 51*  
**Non habitabit iuxta te malignus, neq; permanebũt  
 iniusti ante oculos tuos. Et sicut per Paulum d̄r: Caro  
 & sanguis regnũ dei non possidebunt. Neq; corru-  
 ptio in corruptelã possidebit. Quia sicut ait Augusti-  
 nus de agone Christiano: Cæleste corp⁹ erit, ubi nul-  
 la corruptio. Vel caro & sanguis, opera carnis & san-  
 guinis intelligũtur, & eos dei regnũ non possessuros,  
 qui pseuerabiliter ista dilexerint. Quod in ipsius ma-  
 terialis tēpli constructione præfiguratum est, q̄n̄ la-  
 pides, ex quibus domus dei ædificata est, alibi cæsi, &  
 alibi deportati, in ædificatione inuenti leguntur, ita  
 ut scriptum est, **Non est uox mallei audita neq; secu-  
 ris in domo dñi, cum ædificaret̄. Sicut em̄ Ierusalẽ,**  
 quæ uisio pacis interpretatur, cælestem significat pa-  
 triam, sic domus dei æternam significat cum deo ha-  
 bitationem sanctõrum, quæ ædificatur ex lapidibus ui-  
 uis & preciosis. i. animabus sctõrum. **De q̄bus p̄ Isaiã**  
 prophetam dicitur: **Lapides uiui uoluentur sup̄ ter-  
 ram. Et iterum: Ecce ego sternam per ordinem lapi-  
 des tuos, et fundabo te in sapphiris. De talib⁹ Petrus**  
 apostolus dicit: **Et uos tanquam lapides uiui super-  
 ædificamini domus spiritualis. Lapidis ergo ex q̄bus**  
 domus dei ædificatur, alibi cæduntur, & alibi in ædi-  
 ficio ponuntur: quia animæ sanctorum in præsentī  
 uita per pœnitentiã & eleemosynas, & cordis com-  
 punctionem, atq; proximorum cõpassionem, purifi-  
 cantur & quodammodo tribulationibus poliuntur,**

*psalm. 51*

*1. Reg. 6*

*Isaig. 54*

*1. Petri. 2*

## 148 ¶ IN CIRCUNCISIONE

ut in templo æternæ beatitudinis apti inueniatur. In cuius domus ædificatione aptū se inueniri optabat spiritaliter lapis, qui dicebat: **V**nam petij à dño, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ: ut uideam uoluntatem dñi, & uisitem templum eius. **C**uius pulchritudinem idem Psalmista admirās, ait: **Q**uam dilecta tabernacula tua dñe, concupiscit & deficit anima mea in atria dñi. **V**erū si diligentius uerba legis scrutemur, inueniemus nō solum dñm Iesum Christum à iugo legis solutū, sed etiā sanctam eius genitricem à uinculo legalis obseruantia esse liberā. **S**ic em̄ legitur **L**euitici duodecimo de immunditia mulieris puerperæ, mundatione, & oblatione eius: **L**ocutusq; est dñs ad Moysen, dicens: **L**oquere filijs Israel, & dices ad eos: **M**ulier si suscepto semine peperit puerū, immunda erit septē dieb⁹, iuxta dies separationis menstruæ, & octaua die circuncidetur infantulus, ipsa uero triginta diebus manebit in sanguinis purificatione. **O**mne sanctū non tanget, nec ingredietur in sanctuariū. **V**bi considerandū est, q̄a non ait, om̄is mulier quæ pepererit puerum, immunda erit, sed quæ suscepto semine pepererit, ad distinctionem illius, quæ non ex semine uiri, sed ex obumbratione spiritus sancti concepit & peperit filium dei. **I**lla em̄ sola nulla immunditia tenebatur obnoxia post partum, quam nulla immunditia præcessit ante partum. **E**t ideo sicut dominus Iesus Christ⁹ nulla necessitate, sed sola uoluntate legē obseruauit, sic eius sancta genitrix non coacta, sed spontanea iugo legis se subdidit, ut ostenderet suis temporibus legem sanctam & bonam fuisse. **Q**uod uero subiūgit, Sicut scriptū est in lege domini, quia omne

masculinum adaperiens yuluā. sanctū domi-  
no vocabitur. cōsuetā narratiōis ordinē secutus est  
euāgelista. Ex eo em̄ tēpore quo dominus primoge-  
nita Aegyptiorū percutiēs, filios Israel de Aegyptia  
seruitute mirabiliter liberauit, omnia primogenita eo-  
rum sibi offerri pręcepit, tam ex hominibus quā ex  
iumentis, non solum mundis, sed etiam immūdis: ita  
duntaxat, ut munda quęque domino offerrētur, im-  
munda uero aut mutuarentur mundis, aut occide-  
rentur. Vnde in lege pręcipitur, **Primogenitum as-  
ni murabis oue. hominis uero primogenitum precio  
redimebatur. Cuius redemptio erat post unum mē-  
sem quinque siclis argēti.** Sic enim ait dominus **Mo-  
ysi: Pręcipe filiis Israel, ut omnia sanctificēt mihi pri-  
mogenita sua. Mea enim sunt primogenita eorū, pro-  
primogenitis Aegyptiorum. Sed nūquid illa primo-  
genita omnia sancta fuerunt? Nunquid Achab sanct-  
ētus, & illi sancti fuerunt, qui cū ex primogenitis na-  
ti essent, perditę uixerunt? Non. Sed omnia illa pri-  
mogenita figuram primogenitorum sancti sancto-  
rum, id est, domini nostri Iesu Christi tenuerunt, qui  
nigenitus ex patre, primogenitus est ex matre: qui  
merito sanctus dicitur, quia peccatum non fecit, nec  
inuenus est dolus in ore eius. De quo per Psalmistā  
dicitur: **Non dabis sanctum tuum uidere corruptio-  
nem.** Mystice uero in hoc pręcepto nos commone-  
mur, ut omnia primogenita nostra deo offeramus, id  
est, quicquid bonum & iustū in nostris operibus in-  
uenimus, eius gratiā, non nostris meritis reputem⁹,  
dicentes: **Non nobis domine non nobis, sed nomini  
tuo da gloriam. Si autem immundum aliquid pari-  
mus, id est, si peccatum in opere perperamus, aut oc-****

Exodi. 13;

Psalm. 134

150 **IN CIRCUNCISIONE**

**Col. 3.**

cidamus malū quod latebat, & radicitus euellamus, iuxta Apostolū, mortificantes mēbra nostra q̄ sunt sup̄ terrā. Et iterum: Nō regnet p̄ctm̄ in uestro mortali corpore. Aut certe mutuemus ea mundi, declinantes à malo, & faciētes bonū: ut sicut exhibuimus mēbra nostra seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatē, ira seruiamus munditię in sanctificatione.

**Roma. 6.**

Nā potest q̄s mortificare mēbra, & non facere bonum, sed cū mortificans mēbra bonum facit, tūc mutuat uirtum bonis. Siue ut quidā tradunt, q̄a masculum & fœminā mulier primogenitis parit, sed si masculū pepererimus, i. fortia uirtutū, deo (ut dictum est) offeramus. Si aut̄ fœminā, i. immundam actionē in nostris opibus pepererimus, aut mutuemus mundis, aut redimamus quinq̄ siclis. **Hominis ergo primogenitum, q̄a sine p̄ctō esse non possumus, quinq̄ siclis argenti redimimus, q̄n̄ per quinq̄ sensus corporis bona opera & dignos fructus pœnitentię facim⁹.**

Ex eo uero quod ait, [Quia om̄e masculinū adaperiens uulua,] hæretici occasione sumere uoluerunt, qui beatę Marię uirginitatē infamare cupiētes, dixerunt eā ante partum uirginē fuisse, & post partū uirginem non p̄mansisse. Quibus è diuerso respondere possumus & debemus, q̄a in humana natiuitate, nō tunc primum mulier uirginitatē amittit, q̄n̄ filiū parit, sed magis q̄n̄ concipit, & ideo dei genitrix uirgo permanit post partum, quia uirum non cognouit ante partum. De cuius p̄petua uirginitate **lezechiel**

**Seze. 44.**

ppheta dicit: **Conuerti me ad portā domus dñi, quę respiciebat ad Orientē, Et dixit dñs ad me: Porta hæc quam uides, clausa erit, & uir non transiet per eam, quia dñs deus Israel ingredietur p̄ eam, & erit**

clausa principi. Quæ est em̄ ista porta in domo dñi  
 clausa, nisi Maria uirgo intacta? Et quid est, uir non  
 transiet p̄ eam, nisi ga Ioseph non cognouit eam? Et  
 quid est, quod dñs ingressus est p̄ eam, & clausa erit  
 principi, nisi quia dñs matri suæ sic contulit fœcūdi-  
 tatem, ut uirginitatē non auferret? Dignum quippe  
 erat: ut cum deus hō fieret, non ex alia quàm ex uirgī  
 ne nasceretur, & uirgo quæ pareret, nō alium quàm  
 dñm peperisset, & ideo sicut uirgo ante partum fuit,  
 sic uirgo post partū p̄manfit. **Cui uoce sp̄s̄i in Cāti-** **Canti. 4.**  
**cis Cāticorū dñs:** Hortus cōclusus est soror mea sp̄sa,  
 hortus cōclusus & fons signatus. De cuius etiam in-  
 tegerrima ac p̄petua uirginitate Sedulius in carmine  
 alphabeti pulchre cecinit, dicens: **Beatus** autor se-  
 culi serule corpus induit, ut carne carnē liberans, nō  
 perderet quos condidit. **Clausus** parentis uiscera cæ-  
 lestis intrat gratia, uēter puellæ baiulat secreta, quæ  
 non nouerat. **Domus** pudici p̄ctoris tēplum rep̄te  
 fit dei, intacta nesciēs uirum, uerbo concepit filium.  
**Enixa** est puerpera, quem **Gabriel** prædixerat, quē  
 matris aluo gestiens, clausus Iohānes senserat. **Et ut**  
**darent hostiam secundum quod dictum est in**  
**lege domini. par turturum aut duos pullos**  
**columbarum.** In his uerbis considerandum est,  
 quia dominus Iesus Christus cum diues esset, paup̄  
 p̄ nobis fieri dignatus est, ut sua nos in opia diuites  
 faceret, hic in fide, & in futuro cælesti regno. **Præce-**  
**perat** enim dñs in lege **Moyse**, ut die qua infans præ-  
 sentaretur in templo unā cum matre, nō esset uacua  
 manus parentis à munere, sed tam p̄ sua, quàm pro  
 sobolis purificatione, offerret agnum anniculum im-  
 maculatum de grege. **Quod** si tā pauper esset, ut nō

sufficeret manus eius inuenire agnū de grege, offerret duos turtures, uel duos pullos columbarū. **Hostia ergo hęc pauperū erat. Imitemur ergo nos dñm nostrum, & amemus spontaneā paupertatē, ut habētes uictum & uestitū, his (iuxta Apostolum) contentissimus, ut impleat in nobis, quod ipse in euāgelio promittit, dicēs: Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorum est regnum cęlorū. Ergo tā pauperes parētes elegit dñs, qui non haberent agnū quē pro eo offerrent, sed obtulerunt tm̄ par turturū, aut duos pullos columbarū.**

**Matth. 5.**

**Sed q̄a superius commemorauimus, quōd spiritaliter deo nostra primogenita offerre debeamus, hinc considerādum uidet̄, qualia munera, p̄ emundatione nostra deo offeramus. Iuxta spiritalē uero intelligentiam, in hoc p̄cepto nos cōmonemur, ut si de grege operum nostrorū agnum innocentie, uel principales uirtutes inuenerimus, qualis est charitas, humilitas, eleemosynarum largitas, &c, deo offeramus, id est, quod digne uiuimus, nō nostris meritis reputemus,**

**Johan. 15.**

**sed illius gratie, q̄ ait in euangelio: Sine me nihil potestis facere. Ipse em̄ dat uelle & p̄ficere. Si autē tam pauperes sumus, ut in opere nostro principales uirtutes nō inueniamus, offeramus saltem duos turtures, uel duos pullos columbarū. i. duo genera cōpunctionis, timoris uidelicet & amoris. Quod em̄ istę duę auiculę p̄ cantu gemitus edere solent, luctum sanctorum significat, qui in conualle lachrymarum nō solum pro suis suorumq̄ diluendis peccatis, sed etiam pro imperandis uirtutibus, quotidie desunt, dicentes cum Propheta: **Heu mihi quia incolatus meus p̄longatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, multū incola fuit anima mea. De q̄bus bñ dicit****

**psal. 119.**



**V**num p peccato, & alteru in holocausto. Quia om̄is  
 pct̄or prius timore cōpungitur, & post amore. **C**um  
 em̄ quis mala opera sua ad memoriā reuocans, pœ-  
 nas etiā inferni reminiscens, flere incipit, timēdo ne  
 ducat ad pœnā, dicens cum **Propheta: Lauabo p sin-** **psalm. 6.**  
**gulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum**  
**meum rigabo, q̄si turturē uel columbā pro peccato**  
**offeret. Cum uero ex longa consuetudine flendi, ani-**  
**mus securitatē acceperit, & cœperit flere, nō timens**  
**neduc at ad pœnam, sed quia tanto tēpore differa-** **psal. 136.**  
**tur à regno, cantans cum Propheta & dicēs: Super flu-**  
**mina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dū recor-**  
**daremur tui Sion, q̄si turturē uel columbā in holo-**  
**causto offeret. Hoc ergo differt inter sacrificiū & holo-**  
**caustum, q̄a omne holocaustū sacrificium est, nō**  
**om̄e sacrificium holocaustū. In sacrificio em̄ pars pe-**  
**cusdis offerebatur. Holocaustum uero, tm̄ incensum**  
**est. Qui em̄ cor contritum & humiliatum deo sp̄m**  
**pro peccatis offert, quasi turtures & columbas in sa-**  
**crificio immolat. Qui uero non timore gehennæ,**  
**sed amore æternæ uitæ flet, quasi turtures uel colum-**  
**bas in holocausto mactat, dicēs cū Propheta: Holo-** **psalm. 65**  
**causta medullata offerā tibi. Aliter uero p hæc duo**  
**genera auium, duas ecclesiæ accipimus uitas, actiuā**  
**scilicet & contēplatiuā. Hoc em̄ inter columbas &**  
**turtures interest, q̄a columbę gregatim uolāt, uel ge-**  
**munt, turtur uero adeo singularitatē diligit, ut si ca-**  
**su coniugem uel parē amiserit, de reliquo singularis**  
**perseueret. Vnde p columbas, q̄ gregatim uolāt uel**  
**gemunt, actiuæ uitæ societas designat, de qua scriptū**  
**est: Multitudinis credentiū erat cor unum & anima**  
**una. Et iterū: Ecce q̄ bonum & q̄ iucūdam habitare**

fratres in unum. Per turturē quæ singularitatem diligit, contemplatiuæ uitæ dulcedo exprimitur, quæ remotis omnibus curis, soli meditationi & orationi insistere desiderat: quia quanto est sublimior, tanto utriusque rarior. Solus enim Iacob luctamen cum angelo inijt, solus Moyses pauente procul populo, montem ascendit, solus Daniel fugientibus socijs inter angelos remansit, solus Iezechiel apertis cælis, super fluiuū Chobar, quadrigam Cherubim uidit, solus Petrus in extra si mente raptus fuit, solus Paulus usque ad tertium cælum ductus fuit. Et ad cõparationem actiuæ uitæ: raro inuenitur, quæ hac dulcedine perfruatur. Actiua uero uita offert deo sacrificium, contemplatiua holocaustum. Cum enim quis bene uiuens, ad bene uiuendū alios horratur, dicens: Magnificate dñm mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Et iterum: Venite, adoremus & prociadamus ante deum, ploremus coram domino qui fecit nos, quasi turturē uel columbam in sacrificio offert. Cum uero remotis omnibus curis & sollicitudinibus, ea quæ cælestia sunt solummodo contemplatur, dicens cum Propheta: Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis usque ad domū dei, quasi turturē uel columbā in holocausto offert. Et quæ utraque ista uita deo acceptæ sunt, non est diffinitum, utrum pro domino turtures, an columbæ sint oblatæ, sed sic indifferenter dictum est: [Obrulerunt pro eo domino par turturum aut duos pullos columbarum.] **Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon.** Quia dominus noster Iesus Christus omniæ sexum & omnem ætatem liberare uenerat, dignum erat, ut omnis ætas & sexus eius incarnationi testimonium perhiberet: & quia prophetauerat copulata cõ-

ingio, pphetauerat uirgo, Simeonis senis & iusti pso  
na introducitur, quē & lōgaxua aras idoneū, & iusti-  
tia sanctum fecerat, ut ex omni parte dignus esset te-  
stimoniū dño perhibere, & impleretur ppheta quae  
dicit: Laudate dñm de caelis, laudate eum in excelsis,  
usq; ad id quod ait: Iuuenes & uirgines, senes cum iu-  
nioribus laudēt nomen dñi. **Et homo iste iustus  
& timoratus.** Iustus aut̄ & timoratus dicitur, ut ad  
testimoniū dño perhibēdum idoneus inueniatur. **Be-**  
**ne** priusquā dixit iustus, addidit timoratus, id ē, timo-  
re dei plenus, quia iustitia sine timore difficile custo-  
ditur. Illorum em̄ opera comitatur iustitia, quorum  
mentes timor dei illuminat, teste Psalmista q̄ ait: **Be-**  
**atus** uir qui timet dñm, in mādatiis eius uolet nimis.  
**Et iterum:** Timor dñi sanctus permanet in seculum  
seculi, iudicia dñi uera iustificata in semetipsa, **Et ali-**  
**bi:** Initium sapientiā, timor dñi. **Et Salomon:** Qui ti-  
met dominum, nihil negligit. Iustus quippe erat, q̄  
nō solum suam, sed totius populi salutem querebat.  
**Expectans consolationem Israel.** Cōsolatio  
Israel, id est, uidentibus deū, domini aduētus in car-  
ne fuit. Sancti em̄ patres, quos metus originalis pec-  
cati cōtristabat, per domini incarnationem cōsolari  
credebant, & ideo prophetae quoriscunq; domini  
aduentum praedicabant, nō paruam consolationem  
credētib; exhibebant. Vnde Isaias cum domini ad-  
uentum praediceret, specialem consolationem popu-  
lo intulit, dicens: **Consolamini consolamini popule** **Isaie. 40.**  
**meus, dicit deus uester. Et iterū:** Dicite pusillanimis,  
confortamini & nolite timere. **Ecce deus uester, ipse**  
**ueniet & saluabit uos. Hanc cōsolationem Simeon,**  
**qui obediens interpretatur, expectabat, quem manu**

ra ætas de mundo ut exiret cōpellebat, cū ppter desiderium uideri dñm in carne manebat. **Et spūs sanctus erat in eo.** Bene dicitur euangelista de Simeone, quia spiritus sanctus erat in eo, pramissit qd erat iustus & timoratus, qm̄ in illorum cordibus deus habitat, qui timētes deum iustitiā seruent, sicut ipse per

**3. Saie. 66.** prophetam dicit: Super quem requiescā nisi super humilem & quietū, & timentē uerba mea? Et in euangelio: Si q̄s diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diligit eū. Nec solum Simeonē spūm sanctū dei habuisse credimus, sed etiam ceteros sanctos, qui domini incarnationē prædixerāt, spūm sanctū habuisse.

**1. Petri. 1.** nō dubitamus, teste apostolo Petro, qui ait: Non em̄ uoluntate humana allata est aliquando pphetia, sed spū dei repleti, locuti sunt sanctū dei hoīes. Hinc Ilias ait: Spiritus dñi sup me, eo quod unxerit me, euangelizare pauperibus misit me. Et David, qui dixerat: Audiam quid loquatur in me dñs deus, eius spiritum in se credebat esse, dicens: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā. Et sicut Apostolus discipulis suis ait: Puto qd & ego spiritū dei habē. **Et responsum acceperat a spū sancto, nō uisus se mortem, nisi prius uideret Christū dñi.** Ab ipso, scilicet spū, q̄ in ipso erat, inuisibiliter in corde responsum accepit, & intellexit quod nō esset uisurus mortem, nisi uideret Christum dñi natum. Ex qua responsione hoc intelligimus, quia iste senex Simeon sciebat uicinū esse tempus dominicæ incarnationis. Hoc em̄ senex quotidie in suis orationibus precabatur, ut non exiret de hoc seculo, anteq̄ uideret natū, qui uenerat redimere seculū. Vnde secundū suum desiderium respōsum accepit, quod nō esset uisurus mortē, nisi uideret Christū

domini. Nec solū Simeō desiderio uidēdi dominū flagrasse credimus, sed etiā omnes sancti, qui per spiritū sanctum eius incarnationem prauiderūt, eum corporaliter, si fieri posset, uidere optauerūt, iuxta illud qđ dñs in euangelio loquitur, dicēs: **Dico uobis qđ multi prophetae & reges uoluerunt uidere, quae uos uidetis, & non uiderunt: & audire quae auditis, & non audierūt.** Hoc desiderio flagrabat uenerabilis senex Iacob, qui cū moriturus filios benediceret, ait: **Salutare tuum expectabo domine.** Hoc etiam ardebat Isaias amore, cum dicebat: **Vtinam disrūperes caelos & descenderes.** Et **Dauid eodē æstuans amore, aiebat: Domine, inclina caelos tuos, & descēde.** Et unus prophetarum hoc etiam ardebat amore, cum dicebat: **Expectabo dominum saluatorem meū, & prestolabor eū dum prope est.** Quæritur quare dicat, non esse uisurū mortem, cum mors potius oculos claudat, quām aperiat. Sed ad hoc dicendū, quia uidere in hoc loco, pro sentire uel experiri dicit. Iste modus in scripturis usitatissimus est, ut uidere pro sentire uel experiri aliquñ ponatur, sicut in euangelio dominus dicit: **Si quis diligit sermones meos, mortem non uidebit in æternū.** Et ideo quod dicit euangelista, [nō esse uisurū mortem,] tale est acsi diceret, & nō esse gustaturum in se nelsensurum mortem. **Et uenit in spiritu in templum.** Non putatur in extasi raptus uenisse in templum, sicut Iohānes in Apocalypsi se in caelo fuisse testatur, sed ab ipso spiritu cōmonitus, a quo respōsum acceperat, intelligēs horam esse impletam, qua uideret dñm, corporaliter uenit in templum, ut desiderii suum ex uisione domini satiaret, & de eo multa corā testibus prophetaret. **Vnde & subditur: Et cum in**

Luc. 10.

Gene. 40.  
Isaie. 64.

Mich. 7.

duceret puerum **Jesus** parentes eius. ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. et ipse accepit eum in ulnis suas. Et ecce impleta promissio est spiritus sancti, quia non solum uidere dominum meruit, sed etiam portare in ulnis, id est, in brachijs. Et mira res. **Portabat** senex, a quo portabatur. **Magna** hic domini est potestas, sed nec minor eius claret humilitas, quam quem caelum & terra capere non possunt, unius hominis portabat in ulnis. **Ille** portabat Christum in humanitate, a quo portabatur per diuinitatem, ferebat senex **Christum** infantem, qui illum regebat in senectute degentem. **Felix** quidem **Simeon**, quod non solum uidere, sed etiam **Christum** portare meruit in carne. **Nec** minus felices animae, quae non uiderunt & crediderunt. **Vnde** dominus cuidam se palpanti ait: **Quia** uidisti me credidisti, beati qui non uiderunt & crediderunt. **Typice** **Simeon** senex mundum significat, qui cum post quinque millia & eo amplius annos **Christum** natum agnouit, quasi in senectute puerum portauit. **Accipit** eum in ulnis, quibus nos onera portare solemus, ut discamus tollere super nos iugum **Christi** leuue, & onus eius suauue. **Portat** autem spiritualiter ecclesia in bonis operibus, quem **Simeon** portauit corporali ter in manibus: quia per manus & brachia, opera intelliguntur, monente **Paulo** apostolo, ac dicente: **Glorificate** & portate dominum in corde uestro. **Vnde** fideles in ista die missarum solennia celebrantes, luminaria in manibus deferunt, illud ineffabile lumen recales, quae **Simeon** hodierna die portauit in manibus. **Figurate** autem cum senex portat, innuit nobis ut ueterem hominem cum actibus suis exuentes, portemus & induamus nouum, id est, **Christum**, ut quodammodo

1. Cor. 6.

tio de senectute damnabili ad spiritalem infantiam  
 redire possumus, iuxta illud **Apostoli: Nox, id est, in si** **Roma. 13.**  
 delitas præcessit, dies autem appropinquauit. **Quam**  
 autem magnitudinē cognouerit Simeon in eo, quē  
 paruū esse uidebat, manifestatur cum subditur: **Et**  
**benedixit deum.** Benedixit autem deum, nō quod  
 hominis benedictio aliqd deo conferre possit, à quo  
 omnis benedictio procedit, dicente **Apostolo: Bene** **Ephe. 1.**  
**dictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, q̄ be**  
**nedixit nos in omni benedictione spiritali in cælesti**  
**bus in Christo, sed sic dicitur, benedixit deū, quasi di**  
**catur, bene laudauit dominum, uel bene de eo di**  
**catur, bene laudauit dominum, uel bene de eo di**  
**catur, siue digne de illo & bene prophetauit. Nam consu**  
**etudo sanctorum est, deum semp benedicere, siue**  
**in prosperis, siue in aduersis, dicentes cū Psalmista: Be**  
**nedicam dominū in omni tempore, semper laus eius**  
**in ore meo. Quid autem benedicēs dicat, audiamus:**  
**Nunc dimittis seruum tuum domine. secundum**  
**uermum tuum in pace.** In quibus uerbis of-  
 tendit, quia non ob aliud manere uolebat in seculo,  
 nisi ut dominum uideret natum, quem mox ut uidit,  
 mox ut portauit, ut ore laudauit, exiliēs gaudio, qua-  
 si licentiam de mundo egrediendi postulans, benedi-  
 xit: [Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum  
 uermum tuum in pace.] **Ac si diceret: Quia uideo pa-**  
**cē, dimitte me in pace, in illā scilicet, quam commē-** **Johā. 14.**  
**daturus erat discipulis, dicens: Pacem do uobis, pa-**  
**cē relinquo uobis. Sciebat enim se de laboriosa uita**  
**ad locum pacis & quietis transiturum, ex quo post**  
**domini resurrectionem peruenturus esset ad cælestē**  
**regionem. Nec solum Simeon ab hac uita ad aliam**  
**transire concupiuit, sed etiam plures sanctorum ad**

hanc perfectionem peruenerunt, ut farcinam carnis deponerent, quatenus in sinu Abraæ, id est, ad requiem optarent transire, & aduentum eius postularent, qui eis ianuam uitæ cælestis aperiret, sicut Idithun transilitor cupiditatum, cum mala mûdi crescere cerneret, incalescens animo, ait: **Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est ut sciam.** Et iterum: **Ecce ueteres posuisti dies meos.** Et **David: Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem &c.** Iam uero noui testamenti patres, tanto securius ab hac uita exeunt, quanto sibi aliam uitam præparatam esse certi us credunt, quod perfectorum est agere. **Qualis erat Paulus Apostolus, qui pro bonis operibus securus dicebat: Cupio dissolui & esse cum Christo.** Dissolui enim & cum Christo esse, multo melius: permanere autem in carne, necessarium propter uos, id est, propter discipulos. Et iterum: **Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino.** Quare autem **Simeon** dimitti se optaret, manifestat, adiungens: **Quia uident oculi mei salutare tuum.** Salutare dei, Iesus est. Nam ubicunque apud nos saluator siue salutaris legitur, in Hebræo Iesus habetur. Quod uero subditur: **Quod parasti ante faciem omnium populorum,** manifestum est, quia salutare dei, id est, Christum omnes populi in carne uidere non poterunt: gatatummodo in Iudæa per semetipsum prædicauit. Sed ante faciem omnium populorum præparatum dicitur, quod per prædicationem apostolorum ad noticiam peruenit omnium populorum, sicut scriptum est in euangelio: **Illi autem profecti prædicauerunt ubique, impleta prophetia, quæ dicit: In**

psalm. 38.

2. Cor. 5.



omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis  
 terræ uerba eorum. Et iterum: Non sunt loquelæ neq[ue]  
 sermones, quorum non audiatur uoces eorum. Siue  
 aliter ante faciem omnium populorum salutare dei  
 paratum dicitur, quia in iudicio omnibus apparebit,  
 nõ solum iustis, sed etiam iniustis, sicut scriptum est:  
 Et uidebit omnis caro salutare dei nostri. Et Iohānes  
 in Apocalypsi: Et uidebit eum omnis oculus, et q[ui] eum  
 pupugerunt, & plāgent se super eum omnes tribus  
 terræ. Ad quid autem dominus in primo aduētū ue  
 nerit, declaratur cñm subinfertur: Lumen ad re  
 uelationem gentium, ⁊ gloriam plebis suæ  
Israel. Salutare quippe dei, lumen gentium fuit,  
 quia gentes quæ sedebāt in tenebris & umbra mor  
 tis, per eius aduentū illuminatæ sunt, impleta pro  
 phetia Isaiæ, dicentis: Populus gētium qui ambula  
 bat in tenebris, uidit lucem magnam. **Habitanti**  
**bus in regiōe umbræ mortis, lux orta est eis:** Vnde  
 ipse in euangelio dicit: Ego sum lux mundi, q[ui] sequi  
 tur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen  
 uitæ. Gloria quoq[ue] Israel salutare dei fuit, qui alijs, q[ui]  
 ex Israel credere in eum uoluerunt, magna gloria fa  
 cta est, quando ex eorū stirpe dei filius carnem assu  
 mere dignatus est: quia inter eos docuit, & suis mira  
 culis eos sacrauit: sed quia rari ex Iudæis, & multi ex  
 gentibus in eum credituri erāt, ante gloriam Israel,  
 reuelationem gentium præmisit. Quod etiam Psal  
 mista fecisse legitur, qui cum domini aduentū in car  
 ne prophetasset, dicēs: Notum fecit dominus saluta  
 re suum, in conspectu gentiū reuelauit iustitiam su  
 am, subiecit dicēs: Recordatus est misericordiæ suæ,  
 & ueritatis suæ domui Israel.

Psalm. 18.

Luc. 2.

Isai. 9.

Psalm. 97.

**IN EPIPHANIA**  
domini. Matthæi secundo.

**In illo tempore: Cum natus esset Iesus in Bethleem iudæ, in diebus Herodis regis. Et reliqua.**



**I**n capitulo huius lecti  
onis, tria sunt quæ no  
bis beatus **Matthæus**  
euangelista cõmendat, p  
sonam scilicet nascẽris, lo  
cum natiuitatis & stẽpus.  
Decebat em, ut in illa dñi  
natiuitate nihil autorita  
tis deesset. Personã ergo  
ostendit, cum ait: **Cũ na  
tus esset Iesus:** locũ,  
cum subiũxit: **In Beth**

**leem Iudæ:** tempus cũ infert: **In diebus He  
rodis regis.** Bene autẽ, postquam dixit Bethleem,  
addidit Iudæ, ad distinctionẽ alterius Bethleem, quæ  
esse in Galilæa, ex libro Iesu Naue comprobatur. Pul  
chre ergo dominus in Bethleem nasci uoluit. Bethle  
em quippe domus panis interpretat, eo quod ibi pa  
uerit Iacob patriarcha pecora sua, imponens ei no  
men Bethleem, ob futura significationis mysteriũ,  
quæ prius Ephrata uocabatur. Locus namq; in quo  
dominus nasciturus erat, antẽ Bethleẽ uocatus est,  
quia futurũ profecto erat, ut uerus panis ibi per mæ  
teriam carnis appareret, qui electorum mentes æterẽ  
nã satietate reficeret, ipse scilicet qui ait in euãgelio:

Ego sum panis uiuus, qui de celo descendi. **Et** de quo per Psalmistam dicitur: Panē de celo dedit eis. **Et**, **Psalm. 79**  
 nem angelorum manducauit homo. De quo etiam pulchre Sedulius cecinit, dicens: Christus erat panis, Christus petra, Christus in undis. Recte etiam in diebus Herodis nasci uoluit, ut impleretur propheta **Iacob**, dicentis. Non auferetur sceptrū de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. **Ex** quo enim de **Aegypto** ascēderunt, suæ gētis principes, reges & duces habuerunt. Iā uero deficientibus principibus ex Iuda, primus ex alienigenis **Herodes** regnū Iudæorū arripuerat. Cuius gā se mētio intulit, qualiter ad Iudaici regni apicem puenit, breuiter cōmemorandū uideatur. Cum em̄ hi qui de **Matathia** stirpe descenderāt, per aliqua annorum spatia ducatum regni Iudæorū tenuissent, peruenit tandē potestas ad quendam uirum, ex eorum stirpe genitum, nomine **Alexandrū**. Qui cum post aliquod tempus obiisset, reliquit uxorem cum duobus filijs paruulis, quorū unus **Aristobulus**, alter **Hycanus** uocabat̄. Qui cū adulti essent, desiderio regnādi iurgia inter se habere cōperunt. Erat tūc quidā uir nomine **Antipater**, fortis uiribus, facultate ditissimus, ex **Herode** quodā genitus, q̄ in tēplo **Apollinis** ædituus erat. Hunc ergo sibi **Hycanus** in amicitiam & societatem cōtra fratrem uocauit. Cumq̄ eū non solū armis, sed etiā in facultatibus adiuuaret, etiam ut **Romanorū** ducum auxilium peteret, perdocuit, eo quod tunc **Romani** præ cæteris hominibus, in ordinandis regni negocijs, fide & sapientia atq̄ fortitudine præcellerent. **Et** quia longū est ire per singula, cum **Aristobulus** à **Romanis** captus,

Gene. 49

Romã sub custodia duceretur, ducatus regni Iudaici ad Hyrcanum peruenit. Tunc memor beneficij ab Antipatro sibi collati, eum in amicitia & socij coluit, in tantũ, ut procuracionẽ alicuius partis Iudaici regni ei sub se cõmitteret. Habuit uero idẽ Antipater uxore Cypridem noie, ex Arabia generatam, ex qua sumpfit filios, quorũ unum Phaselũ, alterum Herodẽ nominauit. Cumq; longo confectus senio, uitã finiret presentem, potestate, quam ab Hyrcano in Iudæis acceperat, Herodi filio suo reliquit. Qui cum callidus & cautus animo strenue ea quæ ad se pertinebãt agere cõpisset, Hyrcani nepem Aristobuli filiam in coniugiũ suscepit. Cũ uero post aliquod tẽpus Hyrcanus in prelio, quod cõtra Arabas sumplerat, captus esset, etiã exilio detentus est. Et tunc primum Herodes, quasi uice illius, potestatem illius obtinuit. Sed cum post aliquod tempus Hyrcanus amputatis auribus Iudæã reuertere tur, simulauit se idem Herodes cum in pace suscipere: sed postea cũ eũ fraude necasset, fraudulenter potestatem illius obtinuit, & primum a Cassio Romanorum duce, postea ab ipso imperatore potestate accepta, regnum Iudæorũ sibi subiugauit. Hac igitur fraudulennia primus ex alienigenis Herodes, regnũ sub sua potestate Iudæorũ accepit, quo regnante, dñs Iesus Christus secundũ prophetas prædictus, natus est in Bethleem oppido Iudæ. Quia enim deficientibus principibus ex Iuda, alienus & extraneus atq; falsus regnum Iudæorũ arripuerat, in stabat tẽpus quo uerus rex nasceret, cuius tertiã decimã die natiuitatis magi ab oriente uenerunt Hierosolymam, dicẽtes: Ubi est, qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente.

**Venimus adorare eum.** Et bene ab oriente ueniebāt, q̄ orientē quærebant, ipsum scilicet de q̄ scriptū est: Ecce uir oriens nomen eius. Et iterū: **Visitauit nos oriens ex alto.** Nō autē casu, sed diuina dispensatione actū est, ut magi regē natū primū Hierosolymæ quærerēt, quæ est metropolis ciuitas Iudæorū, ut scilicet ipsi locum natiuitatis à Iudæis discerēt, & Iudæi ab ipsis regem suum natum audirent: & si cū ipsis ad adorandū p̄gerent, saluarentur: si autē pergere nollēt, inexcusabiles essent. Sed ipsi locū natiuitatis ex suis libris alijs ostenderunt, sed tanq̄ stulti & cæci in tenebris p̄manserunt. Factiq; sunt illis q̄si lapides in miliario, qui itinerantibus uia ostēdūt, sed tñ eis pertrās-euntibus stolidi & immobiles p̄manent. Ita quidē & Iudæi alijs locū natiuitatis Christi ostenderūt, sed in se stupidi remanserūt. Quæ autē hic ab euangelista Hierosolyma uocata est, ipsa est ciuitas quæ à Sem filio Noë edificata, primū dicta est Salē, postea uero propter habitatores lebusorū appellata est lebus. Vnde & ex utriusq; cōpositum est nomē eius Ierusalē. Tēporibus uero Salomonis regis, eius sapientia & decore ampliori honore exaltata, dicta est Hierosolyma, q̄si Hierosolomonia. Vnde quidā metricorū ait: **Hieroque genuit Salomonia regē.** Suis quoq; uerbis magi eū quē quærebant, hoīem regem, pariterq; deum fatebantur. **Hoīem** quippe quærere se ostendūt, cū dīcunt: [ **Vbi est qui natus est?** ] regē, cum subiungunt, [ **rex Iudæorū** ] Eundemq; deum esse confitentur, cū subiiciunt: **Vidimus em̄ stellam eius in oriente,** & uenimus adorare eū. Sed forte quærit aliquis, quæ ista sit differētia, ut magis in oriēte natiuitatis dñi in stella apparuit, cum angelus in Iudæa eandem nati-

uiratē pastoribus nunciauerit. Ad quod respondendum est, quia dignū fuit ut pastoribus, qui Israelitæ erant, & deū cæli cognoscebāt, rationalis creatura. i. angelus appareret, qui eos de nativitate dñi instrueret: magis uero, tanq̄ gentilibus & ratiōe carētib; irrationalis creatura stella appareret, q̄ in solito fulgore coruscans in cælo, regē cæli in terris natū ostenderet, & ira fieret, ut & illi p̄ angelum, & isti p̄ stellā admoniti, ad angularē lapidē currenēt, & ex utroq; populo unum parietē facerent, ab illo cōiuncti de q̄ ait *Ephe. i.* **A**postolus: Ipse est pax nostra, q̄ fecit utraq; unū, & medium parietē copulauit, dissoluēs inimicitias in carne sua, & ueniens euāgelizauit pacē his q̄ longe, & qui p̄pe sunt. Sed forte interrogat aliq; utrū hæc stella in cælo fidereo p̄maneret, sicut & cætera, uel p̄ aerem, an per terrā discurreret. **A**d quod dicendum, q̄a neq; in cælo fidereo fixa erat, neq; in terra, sed p̄ aera discurrebat, ut dux & præuia magorū usq; ad natum puere esset. Sed neq; antea fuisse creditur, neq; postea p̄mansisse, sed cum nouus hō natus est in mundo, nouum sidus apparuit in cælo. **O**mnia em̄ elementa creatorem suum in mundo uenisse cognouerunt. **C**ælū cognouit, quia mox eo nato, stellam nouam misit: mare cognouit, quia sub plātis eius se calcabile præbuit: sol cognouit, quia in eius morte radios sui luminis abscondit: saxa & lapides cognouerūt, q̄a eo moriente scissæ sunt: terra cognouit, q̄a eo resurgente cōtremuit. **S**ed quē irrationales creature cognouerūt, dura & stulta corda Iudæorū adhuc nō cognoscunt. **S**ed illud prætermittēdum nō est, q̄a fuerunt **P**riscillianistæ hæretici, q̄ dixerunt unumquēq; hoiem sub facto stellæ nasci, hoc in adiutoriū sui et-

foris assumere uolentes, quia mox ut dominus natus est, eius  
 stella in oriente apparuit. Quibus est diuerso nos re-  
 spodemus, quia non puer ad stellam, sed stella ad puerum  
 uenit: si liceret dici ullo modo, magis puer factum stellam,  
 quam stella factum pueri crederet. Dicebant autem, quod quod  
 sub signo nascebatur Libræ, trapezitas esse futuros,  
 plurimam autem gentes sunt, quam trapezitas non habent, &  
 tamen sub eodem signo multi homines, sicut in alijs regionibus,  
 nascuntur. Dicebant etiam eos quod sub signo Aquarii  
 nascebantur, piscatores esse futuros, cum sine dubio mul-  
 ti homines sub eodem sidere, sicut in cæteris regionibus,  
 nascuntur, quod piscatores non sunt. Nam in Francia pluri-  
 marumque gentium regnis, reges ex origine succedere  
 solent, & nullus ignorat, quia sub eodem signo, & eadem  
 hora qua filius regis nascitur, multi ex seruili conditione  
 in eodem regno sub eodem sidere nascuntur, & tamen filius  
 regis cum adultus fuerit, regni dignitate sublimatur,  
 cum illi qui cum eo nati sunt, usque ad mortem in serui-  
 tute permanant. Sed ne parua hæc ad Priscillianistarum  
 heresim destruendam uideatur, etiam scripturæ sacræ au-  
 thoritatē adhibeamus. Legimus enim, quia una eademque  
 hora, ex iisdem uisceribus Rebecca mater duos filios ha-  
 buit, Esau scilicet & Iacob, & tamen unus electus, al-  
 ter uero est reprobatus, dicente domino: Iacob dilexi, Roma. 9.  
 Esau autem odio habui. Si autem fatum esset, aut uterque  
 electus, aut uterque esset reprobatus. Ex quibus omni-  
 bus cognoscimus, quia non fatalis accidentia, sed diuina  
 providentia hominum uitam ordinat atque disponit. Sed  
 solent ad hæc mathematici obijcere, quia constellatione  
 fatalis in ictu pungentis fiat. Quibus nos est contrarium  
 respondemus, quia homo non in ictu nascitur, sed na-  
 scendi moras agit. Et si fatum credendum esset, tot co-

gerentur credi fara, quot sunt hois membra. **N**on ergo stella quæ in oriète apparuit, natum puer; aliqd iuuuit, sed indicium nascentis fuit, atq; sua coruscatione magorū mētes, ad quærendū eum q; natus fuerat, illuminauit. **F**orte etiā quærit aliquis, q; isti magi fuerunt, uel ex qua gente uenerūt, qui natum puerum tā sollicitè ad adorandū quæsierūt. **C**ui nos diuersas opiniones de his adhibemus, ut eligat quod salubrius iudicauerit. **N**onnulli em̄ dixerūt eos ex **Tharso** uel **Arabia** aduenisse, & in his impletā uolūt esse, **p-**  
**psalm. 71.** prophetiam ad literā, quæ dicit: **R**eges **Tharsis** & insule munerera offerent, reges **Arabum** & **Saba** dona adducent. **E**t iterum: **O**mnes de **Saba** uenient aurē & thus deferentes, & laudē dño annunciantes. **A**lij dixerūt, ex **Persarū** regione eos uenisse, sicut quidā de sapientibus dicit: **T**unciuber & **Persas** celeres perrendere gressus. **P**leriq; autē arbitrati sunt eos **Chaldæos** fuisse, q; **Chaldæi** stellas cæli deos esse putauerūt, & in arte astronomica peritissimi fuerunt. **A**lij etiā dixerunt, ex stirpe **Balaam**, pphetę eos descēdisse, q; mox ut nouam stellā uiderunt, regē natum intellexerūt, & recolentes prophetiam **Balaam**, dicentis: **O**rietur stella ex **Iacob**, & exurget hō de **Israel**, & dominabit gentium, primi cū muneribus ad adorandū eum festinauerunt. **S**ed tñ q; quilibet horū fuerint, sciendū est, quia primitiæ gentiū fuerunt, & gentes in **Christum** credituras signauerunt. **B**ene autē tres magi fuisse dicunt, quia gentilis populus ad fidē ueniens, indiuiduam trinitatē deum confiteri didicit. **S**ive tres fuerunt, q; qui deum adorāt, tres principales uirtutes habere debent, fidem, spem, charitatē. **S**ive certe tres fuerunt, quia qui deum uidere desiderant, co-



gitationem, locutionem & operationem suam ob-  
 seruare debent à malis. & memoriam, intellectum,  
 & uoluntatem occupare in bonis. **¶** Vel certe tres ma-  
 gicorum tribus muneribus uenerunt, quia gentilis po-  
 pulus ad fidem ueniens, tres naturales uirtutes secū  
 detulit, physicam scilicet, ethicā & logicam. i. natu-  
 ralem, morālē & rationalē. **Audiens autē Herodes**  
**rer turbatus est & omnis Hierosolyma**  
**cum illo.** Herodes (ut diximus) q̄ fraudulēter & cal-  
 lide regnum obtinebat Iudæorū, mox ut regē Iudæo-  
 rum audiuit natum, metuens successorem, cōturba-  
 tus est animo, timens ut quod iniuste tenebat, iuste  
 amitteret, non intelligēs quia ille nō uenerat ut tol-  
 leret regnum terrenum, sed ut credentibus cōferret  
 æternum. Sed quia non solū Herodes, sed etiā omnis  
 Hierosolyma cum illo turbata esse dicitur: sciēdum  
 est, quia ex una magorū interrogatione, non oēs uno  
 modo turbati dicuntur. Alij em̄ turbabantur, p̄pter  
 inuidiam, sicut Herodes, alij, p̄pter timorē, ut Iudæi,  
 qui audiētes regem quæri Iudæorū, occasionem sibi  
 aliquā nascendā metuebāt, tam ex parte Herodis, q̄  
 etiā ex Romanorū: alij uero nec p̄pter inuidiam,  
 nec propter timorē, sed n̄ solo gaudio turbabantur.  
 Qualis erat Simeon senex, & Anna uidua, & ceteri  
 tales, qui spiritu sancto reuelante didicerāt uicinam  
 esse Christi natiuitatē. Sed cū audissent factū, quod  
 totis uotis desiderabāt, præ nimia lætitia turbaban-  
 tur. Quod em̄ præ magno gaudio humana mens so-  
 leat conturbari, exemplo Petri discimus, qui cū ui-  
 didisset dñm in mōre clarificatū, conturbatus est, nesci-  
 ens quid diceret. **Et conuocans omnes princi-  
 pes sacerdotum & scribas populi, sciscitaba**

itur ab eis ubi Christus nasceretur. In eo autem quod Herodes, noui regis nativitate audita, sacerdotes & scripturarū magistros interrogauit, imitabile nobis exemplum reliquit, ut quoties aliquid nouū in ecclesia oritur, semper ad autoritatē scripturarum recurramus, propter illud quod scriptum est: **Omnia cū consilio fac, & ea respondeamus, quæ patres nostros respondisse uel tenuisse cognouerimus, & iuxta uocē Salomonis: Nō transgrediamur terminos antiquos, quos posuerūt patres nostri, sed impleamus illud quod per Ieremiā prophetā dicitur: Scire super uias, & interrogare de semitis antiquis, quæ sūt bonā uia, & ambulate in ea. Sed sacerdotes & scribæ requisiti ab Herode, ubi Christus nasceretur, quod legerant & didicerāt, responderūt, dicētes: In Bethleem Iudæ, cōfirmantes hoc autoritate prophetica, dicētes: Et tu Bethleē terra Iudæ, nequaquam minima es in principibus Iudæ. Non solū enim quia Christus nasceretur nouerant, sed etiā ubi Christus nasceretur. Quoniā spiritus sanctus, ut omnem occasionem non credendi auferret, non solum Christum per prophetas nasciturum prædixit, sed etiam locum ubi nasciturus erat designauit, dicens per Micheam: [Et tu Bethleem terra Iudæ, nequaquam minima es, &c.] Ac si diceret, **O Bethleem quæ es in terra Iudæ, uideris in multitudine populi minor, in amplitudine murorum angustior, altitudine turrium humilior, sed nequaquam minima eris. Quare: Quia erit te eriet durus qui regat populum meum Israel.** Vnus iam ex te egressus est, sed alter egredietur. Egressus est Dauid filius Iesse, temporaliter nascens, & temporaliter moriens: egredietur filius dei ex Ma**

Jerem. 6.

rix uirginis utero temporaliter nascens, sed æternali-  
 ter permanēs: egressus est David decorus et pulcher,  
 sed egreditur speciosus forma præ filijs hominum:  
 egressus est David, regnum Israel rationabiliter ad  
 tempus gubernans: & egredietur filius dei, qui Israel  
 uidentem deum, & hic ab incurfione dæmonum spi-  
 ritualibus armis defender, & in futuro ad cælestis re-  
 gni pascua perducer. **Tunc Herodes clam vo-  
 caris magis, diligēter didicit ab eis tempus  
 stellæ, quæ apparuit eis.** Postquam Herodes lo-  
 cum natiuitatis Christi autoritate scripturæ didicit,  
 ad callidas insidias animum conuertit, tractans quo-  
 modo occulte eū perdere posset, quem palam audie-  
 rat quærere. Vocatisq; clam magis, id est, occulte, di-  
 ligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis.  
 Quod scilicet ideo fecit, ut si magi ad eū non redirēt,  
 quod postea cōrigit, ab illo tēpore quo regē Iudæo-  
 rum narum audierat, omēs pueros in Bethleē inter-  
 ficiēs, eū quem metuebat, interficere posset, non intel-  
 ligens stultus, quia non est sapientia, non est pruden-  
 tia, non est consilium contra dominū. **Et mittēs il-  
 los in Bethleē, dixit: Ire, & interrogate dili-  
 genter de puero. & cum inueneritis, renūcia-  
 temibi. ut & ego veniēs adorem eum.** In eadē  
 calliditate qua Herodes fraudulenter regnū Iudæorū  
 arripuerat, etiā in domini nece perseverauit, promit-  
 tēs se adorare, quē disponebat occidere. Cuius exem-  
 plum simulatores, id est, hypocritæ modo sequūtur,  
 qui dum speciem sanctitatis ostendunt exterius, quā  
 non habent interius, deū quē ficto corde quærunt cū  
 Herode, inuenire non merentur: quia sicut prope est  
 dominus omnibus inuocantibus se in ueritate, ita hō

ge est à peccatoribus salus. Vnde bene idē Herodes pelliceus siue pellis gloria interpretatur, quia cum hypercrita exterius quasi de bono opere gloriari appetit, interiori uersutia fœdi pariter & fœui sunt, iuxta illud

**Matth. 7.** Iud quod ait dñs: **Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouiu, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Qui cum audissent regē, abierunt.** Non casu contigit, sed nuru dei actū est, ut stella

quæ magorū præuia fuerat, appropinquantes eos ad Herodē relinqueret, quatenus ipsi Iudæis Christi natum nunciarent, & ab eis locū natiuitatis autoritate scripturæ discerent. Sed cum ab Herode recessissent, Ecce stella quam uiderant in oriente, antecedebat eos sicut prius, usq; dum ueniēs staret supra ubi erat puer. ]

Discimus ergo per hanc stellam gratiā dñi non incongrue figurari, & p Herodem, diabolu. Inredientibus ergo magis ad Herodem, stella eos reliquit: quia eos qui seruitio diaboli se subdūt, diuina gratia deserit. Sed si ab Herode egressi fuerint, si per penitentiam iugum diaboli à ceruicibus suis excutientes, deum querere cœperint, iterū diuina gratia eis apparebit, iterū eos illuminabit, iterū uia qua dñs inueniatur, demonstrabit. Et solet contingere, ut maiori lætitia exulter anima, cum gratiam dei receperit post peccatū, quā gauderet in eius pceptione ante peccatū, sicut dominus in euāgelio de oue perditā & inuenta si

**Luc. 15.**

militudinē exponēs, ait: **Dico uobis, gaudium erit in cælo super uno peccatore penitentiam agēte, quā supra nonagintanouem iustis, qui non indigent penitentia.** Et de reuersione prodigi filij, cum maior filius cōtristatus esset, uoce patris audiuit: **Oportet te filiū gaudere, quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit.**

perierat & inuentus est. Vñ bene nunc de magis dici  
 tur. Videntes autem stellam, gauisi sunt gau  
dio magno valde. Et intrantes domum, inue  
nerunt puerum cum Maria matre eius. Nul  
 li dubium est, quod stella, quæ in oriente magis regē  
 Iudeorum natum ostenderat, certum signum & in-  
 ducium stando supra domum ubi erat puer, dederit,  
 scilicet ut ipsam sine dubio esse agnoscerent, quæ in  
 oriente positi natum in Iudæa didicerant. Nā quā  
 magnum eum in corde tenuerint, quem uidebāt ef-  
 fe parum, manifestatur cum subiungitur: Et proci  
 dentes adorauerunt eum. Quem enim demis-  
 sis in terram uulnibus adorauerunt, sine dubio eū de-  
 um crediderunt. Et quia eum pro nobis hōiem fa-  
 ctum mortale intellexerūt, mysticis muneribus hūc  
 deum, regem, pariter & hominem prædicabant. Vñ  
de & subditur: Et aperuit thesauris suis, obtu  
lerunt ei munera, aurū, thus & myrrhā. Aurum  
 regi cōuenit, thus in dei sacrificio offert, myrrhā mor-  
 tuorum corpora condiuntur. Omnia enim hæc san-  
 cta fides ueraciter Christo offerre non desinit, dum  
 unum eundemq; uerum deum, uerum regem, uerūq;  
 hominē credit, et uere pro nobis mortuū ueraciter re-  
 cognoscit. Cū ergo magi unum eundemq; puerū deū  
 regē pariter & hominē credebant, simul ei aurū, thus  
 & myrrham offerebant. Fuerunt autē nonnulli here-  
 tici, qui ei aurū & thus obtulerunt, sed myrrhā offer-  
 re noluerunt, quia deū ubiq; regnantē crediderūt, sed  
 hōiem factū credere despexerunt. Item fuerūt alij, q;  
 ei solummō myrrham obtulerūt, aurū & thus offer-  
 re noluerunt, quia purum hōiem tantum crediderūt,  
 sed diuinitatem in eū non intellexerūt. Sed nos ato-

rū exempla refugiētes, offeramus regi nro auro, ut ei ubique regnantē credamus: offeramus & thus, ut ei ue: deū & creatorē oīm, sine initio existentē cōfiteamur: offeramus eidē & myrrhā, ut propter salutē nostram mortale corpus eū assumpsisse nō dubitemus. Aliter, apertio thesaurorū, p̄cordia significat sancto-

**Prove. 21.** rum. Per aurū em̄ nitor eloquij designatur, Salomōe dicente: **Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapiētis.** Per thus, qđ in sacrificio dei offert, oratio mūda cum compunctioe cordis: per myrrhā, qua mortuorum corpora condiūtur, uitioꝝ mortificatio exprimitur. Nos igitur toties regi nostro munera offerimus, quoties secretum p̄cordioꝝ nostroꝝ in eius laudibus occupamus, sicut per **Psalmistā** dicit: In me sunt deus uota tuā, quæ reddā laudationes tibi. Aper-

**psal. 55.** ris autem thesauris aurum ei offerimus, cum omne quod digne sapimus et loquimur, in eius gratia repuramur. Quasi thus offerimus, cū in oratione nostra cor cōtritum & spiritum humiliatū exhibemus, dicentes cum **Psalmista**: **Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.** Quasi myrrham offerimus, cum pro eius amore carnis nostræ desideria mortificamus, implentes illud quod ait **Apostolus**: **Mortificate membra uestra que sunt super terrā, id est, fornicationem, immūditiam, auaritiā & his similia.** Et

**psal. 140.** **respoſo accepto in somnis, ne rediret ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suā.** Ne suam crudelitatem **Herodes** callide in puerum implere posset, eius insidias præuenit angelus, monens magos in somnis, ne redirent ad **Herodē.** Sed imitabile nobis exemplum magi in suis actibus reliquerūt, cum per aliā uiam in regionē suam re-

**Col. 3.**

ate membra uestra que sunt super terrā, id est, fornicationem, immūditiam, auaritiā & his similia. Et respoſo accepto in somnis, ne rediret ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suā. Ne suam crudelitatem Herodes callide in puerum implere posset, eius insidias præuenit angelus, monens magos in somnis, ne redirent ad Herodē. Sed imitabile nobis exemplum magi in suis actibus reliquerūt, cum per aliā uiam in regionē suam re-

uerſi fuerūt. Regio eñ noſtra propria, paradifus eſt, quia ad hoc cōditi fuimus, ut ſi primus homo nō peccaſſet, ſine morte corpis paradifi gaudijs fruere-  
mur. Qui ergo ab illa per peccatū cecidimus, neceſſe eſt, ut per penitentiā quaſi per aliā uīā ad eā redeamus, ut qui cecidimus ſu pbiendo, inobediendo, uerita guſtādo, per aliā uīā ad eā redeamus. i. humiliādo noſmer-  
ipſos, obediendo, & non ſolum ab illicitis, ſed etiam à licitis abſtinendo, quod ipſe præſtare dignetur, qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

**IN OCTAVA**  
Epiphaniae. Iohannis primo

**In illo tempore: Vidit Iohannes Ieſum**  
**uenientē ad ſe, & ait: Ecce agnus dei. Et re-**

**I**n huius lectionis breuitate cōſiderandum eſt. quā latiffime trinitatis eſſentia inſeparabilis nobis cōmmedetur. Cum enim filius baptizaſ, patris nox auditur, ſpiritus ſanctus in ſpecie columbe uidetur, una deitas in ſubſtantia, trina in perſonis declaratur. In quo loco etiā præcurſoris domini ſanctitas cōmmedatur, qui homo ex hominibus natus, per diuinā gratiam ad tantā celſitudinem eſt pductus, ut non ſolū filium dei in forma hominis baptizaret, ſed etiam patris uocē deſuper intonantē audiret, & ſpiritum ſanctū in ſpecie columbe uideret. Sed cuncta pordinē uideamus. **Vidit (inquit) Iohannes Ieſum uenientē ad ſe. Viſio enim iſta non ſolū ad corporales oculos pertinere putanda eſt, ſed etiā ad ſpirituales. Vidit ergo eū corpore ambulantē,**

sed intellexit in eo diuinitatē manētem . Et ideo ex-  
clamauit, dicens: **Ecce agnus dei ecce qui tollit**  
**peccata mundi.** Ac si diceret: Ecce innocens inter  
peccōres, iustus inter reprobos, inter impios pius: quia  
etsi ueram humanā carnem traxit ex Adam, nullum  
tñ peccatum ex origine sumpsit Adā, ideo potens  
est tollere peccata mūdi. Quia cum esset hō inter ho-  
mines, in eo uestigiū peccati nullū potuit inueniri:  
qm̄ ut ait Petr⁹ ap̄tus, Peccatū nō fecit, nec inuēus  
est dolus in ore eius. Agnus em̄ dñs dictus est, non p̄  
naturam, sed per figuram, q̄a sicut agnus p̄ peccatis  
populi in sacrificio offerebatur, ita offerens se p̄ no-  
bis hostiā patri in odorē suauitatis, peccōrum nostro-  
rū maculas suo sanguine lauit, sicut p̄ Iohannē dicit  
in Apocalypsi: Qui dilexit nos, et lauit nos à peccatis  
nostris in sanguine suo. Cuius typum & figuram ille  
agnus paschalis in ueteri testamento tenuit, q̄ ob re-  
cordationem liberationis Israel, p̄ singulos annos in  
pascha iustus est immolari, illū nimirum agnū signifi-  
cans, cuius sacram positionē Isaias predicēs, ait: Sicut  
ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus corā ton-  
dente se obmutescet, & nō aperiet os suū. Iste est em̄  
ille agnus, de quo Iohannes ait in Apocalypsi: Vidi  
agnum quasi occisum, habentem cornua septem &  
oculos septem. Et iterum: Vidi supra montem Sion  
agnum stantem, & cum eo centum quadraginta qua-  
tuor millia, qui empti sunt de terra. Quo autē ordi-  
ne agnus iste peccata mūdi tollat, Petrus apostolus  
insinuat, cū dicit: Nō corruptibilibus auro & argen-  
to redēpti estis de uana uestra conuersatione patet-  
næ traditiōis, sed precioso sanguine quasi agni incon-  
taminati & immaculati Christi. Nec tūc solum dñs

Apoca. i.

Isaie. 53.

Apoca. 5.

i. petri. i.



peccata mūdi tulit, cum se singularē hostiam, p̄ mun-  
do obtulit, sed etiā quotidie tollit pctā mundi, cum  
per cōmunionem corporis & sanguinis sui, fidelium  
animas à pctōrum maculis abluit, iuxta qđ ipse eius-  
dem corporis & sanguinis sui mystērū discipulis tra-  
dens, ait: Hic est calix sanguinis mei noui testamēti,  
qui p̄ uobis & p̄ multis effundetur in remissionem  
pctōrum. Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in meā  
cōmemorationem. Sed quale testimoniū suus præ-  
cursor dño perhibeat, audiamus: **Hic est enim de  
quo dicit: Post me uenit uir, qui ante me fa-  
ctus est.** In quibus uerbis humanā pariter & diui-  
nam naturā ostendit, cū ait: [Post me uenit uir, qui  
ante me factus ē.] Ac si diceret: [Post me uenit,] q̄  
post me natus, post me p̄dicare incipiet. [Ante me  
factus est,] q̄ a mihi dignitate prælatus est. ante em̄  
in scripturis non semp̄ ad tempus refertur, sed aliquñ  
ad dignitatē, sicut de Ioseph filijs legit: Posuit Ephra-  
im ante Manassen, id ē, amplioris gratiæ & dignitatis  
eum futurus ostēdit, siue certe quod ait, [Post me ue-  
nit uir,] ordinem humanæ naturæ insinuat. Quod  
uero subiūgit, [ante me factus est,] excellentiā diui-  
næ potentæ ostendit. Ac si diceret: Cū post me na-  
tus sit, inde me superat, q̄a natiuitatis tēpora in diui-  
nitate eum non angustant. Vnde & bene subiūgit,  
**quia prior me erat.** Illum in his uerbis insinuat,  
de q̄ Iohannes in exordio euāgelio sui ait: In princi-  
pio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat  
uerbū. Et pulchre dñs à præcursore suo uir appella-  
tur. Vir em̄ à uiribus dictus est. Et hoc nomen specia-  
liter illi cōgruit, q̄ uelut agnus māsuetus & humilis,  
leonis saeuiciā, solus potuit superare. De q̄ scriptum

2 Marc. 14

est. Ecce uir oriens nomē eius. **Et ego nesciebam eum.** Cum omnibus fidelibus manifestū sit, quia sciebat Iohannes dñm, quē clauso matris utero senserat, & cui testimoniū phibuerat, dicēs: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? & multa talia, qd est quod nunc dicit, **Ego nesciebā eum?** Sed ad hoc dicendum, qa cum eum baptizaret, tm̄ in eius cognitiōe creuit, ut ad cōparationē eius cognitiōis nihil se eē putaret, quod prius de illo cognouerat, & ideo dicit [ **Et ego nesciebam eum** ] Ac si diceret, tā perfecte nesciebam eum, in quo tantā excellentiā diuinitatis nō dum esse cōpereram. Cum em̄ baptista dñi, patris uocē desup̄ intonantem audiuit, & sp̄m̄ sanctū in specie columbæ descendētē uidit, nō est dubitandum, ex hoc uisu & auditu, in diuina cognitione eum multum profecisse. Sed quia ad hoc deus pater filium suum reuelauit Iohāni, ut per eius prædicationem alijs ostenderetur, recte subiungitur: **Sed ut manifestetur Israel, propterea ueni ego in aqua baptizāti.** Quod est aperte dicere: Nō ideo missus sum ante illū in aqua baptizare, ut baptizādo peccata tollere possem, sed ut in eo baptismo illius baptismum præcurrerem, q post me uenturus in spiritu sc̄to erat baptizaturus. Ille autē solus baptizat in spiritu sc̄to, qui p̄ sp̄m̄ sanctum peccata in baptismo dimittit, q̄ ait in euangelio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare in regnum dei. De quo baptismo ascensurus in cælum, discipulis ait: Vos autē baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Quod quia inuisibiliter & nō uisibiliter fit, dñs alibi manifestat: q̄ cum de eodē spiritu dixisset, Spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, & nescis unde

Johan. 3.

ueniat, aut quo uadat, cōtinuo adiunxit: Sic om̄is q̄  
natus est ex spiritu. Et qm̄ omnis qui diuinam noti-  
tiam accipit, alijs annūciare debet, recte de eodem  
Iohanne subditur: Et testimoniū perhibuit Jo-  
bannes, dicens: Quia uidi sp̄m̄ descendente  
quasi columbam de cælo, et mansit super eū.

In quibus uerbis non solum quærendum est, quare  
aliquādo spiritus sanctus in specie columbæ, aliquan-  
do in linguis igneis uisus esse legat̄, sed etiā illud so-  
llicite inuestigandum, cur super dñm̄ in specie colum-  
bæ, & super apostolos in igne apparuit, ita ut nec sup̄  
dñm̄ in igne, nec super apostolos in specie colum-  
bæ uisus sit. Per singula ergo hæc manifestāda sunt.

Quia em̄ columba simplex est auis, recte spiritus san-  
ctus in specie columbæ apparuit, ut ostenderet, quia  
illow corda inhabitat, qui māsueti & humiles corde  
unanimem concordia cum fratribus seruant, & pacē  
sequuntur cum omnibus & sanctimoniā, iuxta illud  
quod scriptum est: Super quē requiescet spiritus san-  
ctus, nisi super humilem & quietum, & tremeñtē ser-  
mones meos: quam significāt oscula columbarum.

Quia uero ignis quod rāgit, accendit & illuminat, re-  
cte idem spiritus in ignis uisione apparuit, q̄a cor qd̄  
tangit, & in amorem inflammat, & ad uidendā eius  
uolūtatem illuminat. Hic est ille ignis de quo salua-  
tor in euāgelio ait: Ignem ueni mittere in terram, &  
quid uolo nisi ut ardeat: De hoc igne p̄ Moysen di-  
citur: In dextera eius ignea lex. Et p̄ Apostolū: Ete-  
nim deus noster ignis cōsumens est. Hoc igne illorū  
corda calefacta fuerant, qui dicebant: Nōne cor no-  
strum ardēs erat in nobis (de Iesu) dum loqueret̄ in  
uia, & aperiret nobis scripturas? Quod sup̄ dominū

Luc. 12.3

Hebr. 12.3

in columbæ specie, & super apostolos in igne apparuit, cito cognoscimus, si uniuscuiusq; personæ qualitatem subtilius consideremus. Quia em̄ columba (ut diximus) simplex ē auis, recte spiritus sanctus super dominū in columbæ specie apparuit, quia in primo aduentu suo peccata nostra non per zelū uenit punire, sed per māsuētinem dimittere. Quia uero apostoli, ut puri homines, nō solum à peccatorū rubigine excoquendi erant, sed etiam ad prædicandum euāgelium zelo rectitudinis accēdendi, recte idem spiritus super eos in linguis igneis apparuit. Sed quia ex hodierna lectiōe spūm sanctum in columbæ specie apparuisse audiuimus, ad considerandum naturā columbæ diligētius redeamus. Vt si spiritum sanctum accipere uolumus, hoc seruemus in mente, quod colūba habet in corpore. Septem quippe naturales differentias in se columba habere traditur: unā, quia felle amaritudinis caret: aliam, quia pro cantu gemitus edere solet: tertiam, quia gregarim uolat, uel gemit: quartam, quia iuxta fluentia aquarum residere delectat, ut facilius aduētum accipitris præcauere possit: quintam, quia nihil uiuum comedit: sextam, quia nō cum unguis, nec cū rostro, uelut cæteræ aues, se defendit, sed sese defendendo alis percutit: septimā, quia in petris nidificat. Columba ergo felle amaritudinis caret: & nos iuxta admonitiōē Petri apostoli, depouamus omnem iram & simulationem & inuidiam. Columba pro cantu gemitus habet: & nos in conualle lachrymarū positi, nō solum pro remittendis peccatis, sed etiam pro perceptione uitæ æternæ miserisumus et lugeamus, in exēplo illius qui ait: Lauabo per singulas noctes lectū meum, lachrymis meis stratum

s. petri, 2.

meū rigabo, ut impleatur in nobis quod dñs ait: **Be-**  
**ati** qui nunc stetit, quoniam ipsi ridebitis. **Columba** *Luce. 6.*  
gregatim uolat: & nos unanimi aem diligamus, &  
nō solū amicis, uerum etiā inimicis bonū quod possu-  
mus, propter dñm impendamus, ut in eorū numero  
cōputemur, de quibus dicitur: **Multitudinis credenti-**  
**um erat cor unū & anima una.** Et iterū: **Ecce quā-**  
**bonū & q̄ iucundū, habitare fratres in unū.** **Colūba**  
iuxta fluēta aquarū residere solet, ut aduentū accipi-  
tris facilius cauere possit. Et nos ut diaboli insidias p̄-  
uidere & cauere possimus, in meditatione scripturā  
delectabiliter insistamus, ut impleat in nobis, quod  
in laude ecclesie dicitur: **Oculi tui oculi columbarū, q̄** *Canti. 5.*  
**lacte sunt loræ, & residēt iuxta fluēta plenissima.** Et  
iterū: **Oculi tui oculi colūbarum, absq; eo qd intrin-** *Canti. 4.*  
**secus later.** **Colūba** nihil uiuū comedit: & nos iuxta  
**Apostoli** sententiā, mortificemus mēbra nostra, que  
sunt super terrā, id est, fornicationē, immunditiā, auaritiā,  
quod est idolorū seruitus. **Colūba** non cū un-  
gulis uel cū rostro se defendit: & nos quotiescūq; ab  
iniustis persecutionē patimur, nō ad uindictā cōmo-  
ueamur, sed potius exempla sanctorū sequentes, pati-  
entiā diligamus, ne efficiatur lingua n̄ra, arma & sa-  
gitta & gladi⁹ acut⁹, timētes illud qd Paulus aposto-  
lus ait: **Quod si inuicē mordetis & comeditis, er-** *Gala. 5.*  
**rite ne ab inuicem cōsumamini, ut impleatur illud: Be-**  
**ati pacifici, qm̄ filij dei uocabunt.** **Colūba** in petris ni-  
dificat: et nos oēm spem n̄ram et fortitudinē in petra  
q̄ est Christus, ponamus, dicētes cū **Psalmista:** **In petra** *Psalm. 60.*  
**exaltasti me, deduxisti me, ga factus es spes mea, tur-**  
**ris fortitudinis à facie inimici.** **In huius petre forami-**  
**nibus nidū suū Moyses posuerat, quando à dño me-**  
**m** *ij*

ruit audire: Est locus apud me, & stabis ibi in foramine petrae. Si ergo sp̄m̄ sanctum in cordibus nostris habitatorē habere uolumus, has spiritales uirtutes solícite teneamus, ut ad nos ptineat specialiter, qđ in laude totius ecclesię in Canticis canticorū uoce sponsi dicit: Veni sp̄sa mea, electa mea, colūba mea, in foraminibus petrae, in cauernis macerig. Ostende mihi faciem tuā, sonet uox tua in auribus meis. Tales quippe dñs suos discipulos esse uolebat, quibus dicebat:

**Math. 10.**

Estote prudētes sicut serpētes, & simplices sicut colūbae. Et pulchre septē naturę enumerant colūbae, qđ sp̄s sancti, qđ hodierna die sup redemptorē mūdi apparuit, septē dona sunt principalia, de qbus p̄ Isaiā dicit: Requiescet sup eum spiritus dñi, sp̄s sapientię & intellectus, sp̄s consilij & fortitudinis, sp̄s scientię & pietatis, & replebit eū sp̄s timoris dñi. Mirabili autē concordia, scripturę ueteris ac noui testamēti sibi cōueniunt. Legimus em̄, qđ cum uellet Noe scire, utrū cessassent aquę diluuij, misit colūbā, quę uespere reuersa est ad eū, portans ramū oliuę uirētib; folijs in ore. Nunc autē baptizato dño, suo p̄cursori apertis cęlis in specie colūbae apparuit. Sicut em̄ p̄ diluuium baptismum figuratur, ita & p̄ colūbā, quę ramū oliuę uirētib; folijs in ore tulit, unctio spiritus sancti exprimitur, quę fidelibus in baptismo tribuitur, de qua per Iohannem dicitur: Unctio eius docet uos de om̄ibus. Quod uero uoce Baptistrę subditur, [Et ego nesciebā eum,] sic intelligendū est ut supra diximus, quia ad cōparationem qđ postea cognouit, parē prius de illo cognouerat: unde certū signum eius cognitionis datur, cum subinfertur: Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quē uideris sp̄m̄ descēdentē, & manentem sup eum,

**Isaig. 11.**

**Iohann. 2.**

hic est qui baptizat in spiritu sancto. ] Vbi quaeritur  
 quare pater ad cognoscendū unigenitum filium su-  
 um tale signum dare uoluit, cum idem filius discipu-  
 lis suis reppromittit, dicens: Rogabo patrem, & ali-  
 um paraclctum dabit uobis, ut maneat uobiscum in  
 eternum, spiritū ueritatis qui à patre procedit, quem  
 mundus non potest accipere, quia nō uidit eum nec  
 scit eum, uos autē cognoscetis eum, quia apud uos ma-  
 nebit, & in uobis erit. Si ergo & in discipulis manet  
 spiritus, quid magnum, si sup unigenitum filiū dei de-  
 scendit & mansit: Sed facilis ad hęc pater responsio,  
 quia aliter acceperūt illi, & aliter ille. Illis em̄ ad men-  
 suram datus est spiritus, in illo autē habitat om̄is ple-  
 nitudo diuinitatis corporaliter. Et illi ex tēpore ac-  
 ceperunt sp̄m: ille uero ex quo obumbrante spiritu-  
 scō intra uterū uirginis cōceptus est, eiusdē spiritus  
 plenitudinē habuit, sicut p̄ Psalmistā dicitur: **Vnxit**  
 deus deus tuus oleo lætitiæ præ cōsortibus tuis.  
 Possumus & hoc dicere, quia in mentibus fidelium idē  
 spiritus ad aliquid semp manet, & ad aliquid reces-  
 surus uenit. Manet em̄ cum illis, ut sobrie & iuste &  
 pie uiuāt in hoc seculo: recedit uero ab illis, ne semp  
 corporales uirtutes faciāt. Et illis quidem ita uenit,  
 ut si à bono proposito uoluntatem mutauerint, ab  
 illis recedat: in dño autē, non ex tēpore baptismi ma-  
 ior eiusdem spiritus gratia esse cōcipit. Sed in eius bap-  
 tismo uisibiliter apparuit, ut intelligant fideles per  
 baptismum eiusdē spiritus sancti se dona percipere.  
 Quam ueraciter autē & absq̄ ulla dubietate creden-  
 da sint, quæ in hac lectione cōmemorant, præcurfor  
 dñi manifestare curauit, cū subiūxit: **Et ego uidi, &  
 testimonium per bibui, quia hic est filius dei.**

Johan. 14

Psal. 44

Vbi considerandū , quia in hac breui lectione duorum hæreticorū dogmata destruantur, Manichæi scilicet & Photini, quorum unus negauit eum fuisse uerū hominem, alter uerū deū. Erubescat ergo Manichæus, cum audit: [ post me uenit uir. ] Erubescat & Photinus, cū præcursor dñi clamat: [ Ego uidi, & testimonium phibui, q̄a hic est filius dei. ] Audiāt ergo māfueti & latētur, credētes sine dubio, quia hic est filius hoīs, qui ut homo baptizatus est, idem ipse est filius dei, & cōfiteantur cū Petro: Tu es filius dei uiui,

## DOMINICA PRIMA

post Epiphaniā. **Lucā secundo.**

**In illo tempore: Cum factus esset Iesus annorū duodecim, ascendit illis Hierosolymam. Et reliqua.**



**R**ationabiliter magistri ecclesiastica institutionis, & diuina scripturę traditores, **Lucam** euangelistam inter quatuor animalia speciem uituli tenere describunt, sicut in lezechiele et in **Apocalypsi** Iohānis habetur. Qm̄ sicut uitulus in templo dñi in sacrificio à sacerdotib⁹ offerebatur, ita ille præ cæteris euāgelistis, specialius ea quæ dñs in tēplo uel circa templum gessit, cōmemorare curat



uit. De qbus exordium sui euangelij à Zacharia sacer-  
 dore cepit, dicens: (Ipsi em sacerdotes in die ordi-  
 nationis suæ uiculum offerebant) Fuit in diebus He-  
 rodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias  
 de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron. Et fa-  
 ctum est cū sacerdotio fungeret in ordine uicis suæ  
 ante deū, scdm consuetudinē sacerdotij, sorte exiit  
 ut incensum poneret, ingressus in templum dñi, Post  
 hæc Mariā uirginē in domū eiusdē sacerdotis uenisse,  
 tribusq; mensibus eā apud cognatā suā Elisabeth  
 mansisse refert. Dñm quoq; nō solum octaua die cir-  
 cuncisum, sed etiam tricesimatertia in tēplo præsen-  
 tarum narrat, atq; pro eo munera oblata, & à Simeo-  
 ne ppheta susceptum & benedictum fuisse. Genea-  
 logiam uero saluatoris non p Salomonē regem, sed  
 per Nathan prophetā ac sacerdotem filium David  
 deducit. In præsentī ergo lectione saluatorē cū duo-  
 denarius esset, cum parentibus ad templū uenisse, &  
 illis nesciētibus, in eo remāssisse describit. Nā & in fi-  
 ne euangelij sui, ostendit dñm Iesum Christum, quasi  
 uerū sacerdotē discipulos bñdicentem in celū ascen-  
 disse, dicens: Eleuatis manibus suis, benedixit eis. Et  
 factū est dum benediceret illis, recessit ab eis, & fere-  
 batur in celū, & ipsi adorātes, regressi sunt in Ierusalē  
 cum gaudio magno, & erant semp in tēplo laudan-  
 tes & benedicētes deū. Quāto aut studio parētes sal-  
 uatoris legē obseruarent, cito cognoscimus, si huius  
 euangelij superiora parūper attēdamus. Ait em euan-  
 gelista: Et ibāt parētes Iesu per omēs annos  
in Ierusalē in die solenni paschæ. Sed dñs non  
solum legē uoluit obseruare, quā non uenerat solue  
re, sed adimplere, sed etiam tales elegit parētes, q le-

gis essent obseruatores. Præceperat enim ipse in lege, ut ter in anno appareret omne masculinum eorum coram domino, in loco quem elegerat deus. Vbi apparet cum quanto studio maiora præcepta legis obseruabant, qui nec minora prætermittébant. Cõsuetudo namque Iudeorum erat, ut per omnes annos ascenderent in Ierusalem (ut diximus) dominum adoraturi, & munera ei oblaturi, ob recordationem. scilicet egressionis de terra Aegypti & immolationem agni. Ascendentibus ergo iuxta hanc cõsuetudinem parëtibz domini ad orationem, cum factus esset Iesus annorum. xij. ascendit cum illis. Sed cum audis factum, noli dubitare factorem, Factus est enim in forma serui, qui omnia fecerat in forma dei, sicut scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. De quo ait Apostolus: Factus est ex semine David secundum carnem. Et (ut ita dicam) factus est qui cuncta fecerat, ut ille inueniret, qui bene factus male perierat. Ascendit quippe. xij. annis in humanitate, qui nullum tempus habet in diuinitate. Pulchre ergo duodenarius dominus, rudimenta suae infantiae sacerdotes interrogans uoluit demonstrare, ut hoc numero mysterium apostolice predicationis præfiguraret, & noticiam suae diuinitatis mundo innotesceret. Duodenarius enim numerus perfectus est, & in suis partibus diuisus, perfectionem significat. Diuiditur enim in ternis quaternis, & quaternis ternis. Siue enim tria in quatuor, siue quatuor in tria ducas, duodenarium numerum complent. Nam idem numerus ex septenarium numeri partibus constat, scilicet ex primo pari & primo impari. i. ex tribus & quatuor. Et tres quidem ad indiuiduam trinitatem pertinent, quatuor ad quatuor libros sancti euangelij. Septem uero plenitudinem temporis demonstrant, quia presentis uitae cursus per septem dies

Roma. r.

es uoluitur. Duodecim quoque ad duodenarium nu-  
 merum apostolorum, uel ad duodecim patriarchas. Quia  
 ergo ad fidem sanctae trinitatis, & doctrinam quatuor  
 euangeliorum, per praedicationem duodecim apostolorum  
 mundo nunciaturus erat, recte duodenarius in templo  
 ascendit. Cōsummatisq; diebus, cū redirēt, re-  
manit puer Iesus in Ierusalem. & nō cogno-  
uerunt parentes eius. Forte mouet aliquē, quō  
 Iesus tāta diligētia a parētibus nutritus, quippe quē  
 filium dei esse non dubitabant, illis nescientibus in Ie-  
 rusalē potuerit remanere. Sed sciendū est, quia hoc,  
 excepto diuino mysterio, nō ex ignauia parentū, sed  
 ex consuetudine potius Iudeorū cōtiguit. Cōsuetudo  
 em̄ erat illorū, ut ascendentes in templum dñi ad ce-  
 lebrandū solēnitatem, seorsum uiri choros ducerēt,  
 seorsum fœminae, propter munditiā castitatis: pueri  
 uero minoris aetatis licentiam haberēt, cum quo uel  
 lenire parente, siue cum patre, siue cū matre. Ex hac  
 ergo cōsuetudine accidit, ut illis nesciētibus, puer Ie-  
 sus in Ierusalem remansisset, quoniā Maria putabat  
 eum esse cum Ioseph, et Ioseph aestimabat quod esset  
 cum Maria. Et hoc est quod subdidit: Erastimātes  
autē illum esse in comitatu, uenerūt iter diei,  
& requirebant eum inter cognatos & uotos.  
 Nam quantū amoris affectū erga illū haberent, ma-  
 nifestatur, cum subditur: Et non inuenientes re-  
gressi sunt in Ierusalē, requirentes eū. Et factum  
est post tridū, inuenerunt illū in tēplo.  
 Non uacat a mysterio, quod dominus post tridū a  
 parētibus in templo reperit. Tria em̄ sunt tempora,  
 ante legē, sub lege, & sub gratia. Qui ergo nō ante le-  
 gem, nec sub lege, sed sub gratia mundo uisibilis appa-

rui, recte post triduum repertus in templo memoratur. Siue ergo post triduum in templo reperiri uoluit, ut ostenderet quia illi ad eius uisionem sunt peruenturi, qui fidem, spem & charitatē perfecte habēt, & fidē sanctę trinitatis puro corde credunt, & opere custodiūt. Siue aliter in templo post triduum reperiri uoluit, ut intelligamus, quia ad eius uisionē feliciter peruenire merebimur, si cogitationē, locutionem & operationē a malo opere obseruamus: & memoriam, intellectum & uoluntatem in eius seruitio occupamus. **V**bi repertus sit, ostēditur, cum dicitur: **I**n templo in medio doctorū. Quid ageret manifestatur, cum subinfertur: **A**udientē illos & interrogantē. Nō em̄ alicubi repertus est uacās ocio aut fabulis, sed in templo, audiens doctores & interrogans: simul quoque exemplum discendę humilitatis dñs nobis ostendit, cū in templo nō docens, sed discens & interrogās inuenitur, implēs illud Mosaycū: Interroga patres tuos, & annūciabunt tibi: maiores tuos, & dicent tibi. **N**e em̄ nos a magistris discere erubescam⁹, ille doctores interrogat in tēplo, qui angelos docet in celo. In quo facto non solū humana superbia cōfunditur, sed etiā p̄sumptio atq; temeritas cōprimitur. Sunt em̄ nōnulli q̄ ante docere uolunt, quā annos impleāt pubertatis: & ideo magistri fiunt erroris, q̄a ueritatis discipuli nō fuerūt. Lōgo ergo tempore & multis exercitijs eius tyrocinia sunt probāda, q̄ in culmine regiminis cōstituendus est: & lōgo tēpore debet discere, q̄ desiderat docere.

**Ecc̄s. 3.** **V**nde per Salomonē dicitur: **T**empus tacēdi, & tempus loquēdi. Nō em̄ dicit prius loquēdi, & postea tacēdi, sed prius tacēdi, & post loquēdi, ut intelli

gamus, quia prius tacēdo discere debemus, quod po-  
 stea loquēdo doceamus. Et iterum idem admonet,  
 dicens: **O**mni tempore ocij tui describe sapientiam,  
 qui autem minorantur, actu percipient eam. **E**cōtra  
 uero, si filius dei, q̄ tricesimo anno p̄dicaturus erat,  
 duodecimo anno non docens, sed audiens & inter-  
 rogans in templo inuenitur, legitimum tempus, siue  
 ad sacerdotium, siue ad magisteriū ecclesiasticū ostē-  
 dens seruare. **H**ac etate Ioseph, id ē, tricesimo anno,  
 dñs Aegypti cōstitut<sup>o</sup> ē. **H**ac etate David, qui in pu-  
 eritia ora leonum & ursorum confregerat, regni gu-  
 bernacula suscepit. **H**ac etate Iezechiel, p̄pheta sup  
 fluium Chobar caelos apertos uidit. Et quāuis meli-  
 or sit puerilis simplicitas, quā senilis fatuitas, tamē  
 utrunq; obseruandū est, ut & mor̄ grauitas, & matu-  
 ra etas, in eorum actibus concordent, qui ad magi-  
 steriū ecclesiasticum eliguntur. **V**ñ bene quoq; in le-  
 ge dñs de **L**euitis p̄cepit, ut usq; ad quinquagesi-  
 mū annū cū fratrib<sup>o</sup> suis ministrēt in tēplo, post quin-  
 quagesimū autē annū, custodes uasorū fiant. **Q**uid em̄  
 sunt uasa sancta, nisi sanctorū animę? **E**t q̄a post quin-  
 quagesimū annum calor etatis deficere incipit, hoc  
 p̄cepto ostendit, quia illi ad custodiam animę sunt  
 eligēdi, q̄ per longa exercitia incentiū libidinis, uel  
 cupiditatis ardorē extinguere didicerūt. **D**eniq; & si  
 Daniel & Ieremias in pueritia ad p̄pherandum missi  
 legunt, sciendū est, q̄a miracula dñi in exemplū imita-  
 tionis nō sunt trahenda. **M**ira enim opera dñi magis  
 sunt ueneranda q̄ imitanda, qm̄ ab omnibus fieri non  
 possunt. **S**tupēbāt autē omēs super prudētia  
 & responsis eius ꝛc. uidentes cū corpore & etate  
 paruū, sed interrogatiōibus ac respōsis magnum,

hoiēm & nō deū cōsiderantes. Nos autē nō cū senioribus Iudæorum, super prudentia & respōsis eius strepeamus, sed ipsum esse credamus uerū deū, uerūq; hominem, à quo est omnis sapiētia, & cū quo fuit semper, & est ante æuū. Qui etiam in puerbijs loquitur, dicens: **Ego sapiētia in cōsilijs habito, per me reges regnāt. Meū est cōsiliū & æquitas, ego ex ore altissimi prodij.** Quanto autem animus beatæ uirginis dei genitricis de amissione filij sauciatus esset, hoc loco declaratur: **Et dixit mater eius ad illū: Fili, quid fecisti nobis sic? & reliqua.** Quem uirgo mater per triduum anxio dolore quæsierat, post inuentionē in ter merorem & gaudium posita, q̄si qui talia facere præsumpsisset, pia correptiōe increpauit, dicens: [Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.] Patrē eius Ioseph appellat, nō q̄d uere iuxta Photinianos ei<sup>9</sup> pater fuerit, sed q̄d ad famam Mariæ conseruandam ab om̄ibus pater eius sit æstimatus. Nam quis uer<sup>9</sup> pater eius sit, ipse manifestat, cum respondens ait ad illos: **Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse.** In quibus uerbis nō putāndus est exasperasse matrē. Et illud q̄d prætermittere dū nō est in hac lectione, utrang; suam naturā dominus nobis commēdat, cum inuentus in templo dicit: [quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse.] Quasi homo cum parentibus Ierusalem ascendit, sed quasi deus, illis nesciētibus, in templo remansit: quasi homo seniores interrogat, sed quasi deus ea quæ seniores mirarentur, respondebat: quasi hō in templo inuenitur, sed quasi deus inuentus in templo, dixit: [In his q̄ patris mei sunt, oportet me esse.]

Quia em̄ domus illa in honore dei ædificata fuerat, filiū dei se esse demōstrauit, cū inuentus in templo dixit: In his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Patris illius erāt templum, prophetæ, diuinæ scripturæ frequentēs meditatio. Et pulchre in his suis operibus filiū dei se esse demonstrauit. Et videntes admirati sunt. Quia dominus non solum humiliter interrogabar, sed etiā subtiliter respōdebat. Stupebāt autē omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Proprium est em̄ filiorū, hereditatem paternam possidere, & in ea manere & esse. Vnde dominus Iesus Christus ideo in templo residebat & habitabat, ut ostēderet nō minoris patre se esse potestatis. Quibus em̄ una est maiestas, nō dispar est potestas, sicut ipse dicit: Ego et pater unum sumus. & omnia patris mea sunt. Et ipsi non intellexerunt uerbum, quod locutus est ad illos. Quia diuinæ naturæ arcanum adhuc capere nō poterant, ideo uerbum quod locutus est ad illos, non intellexerūt, scilicet illud quod de patre dixerat: et quæ uidebat eos non posse intelligere suā diuinitatē, cōdescendit illis per humanitatem, ut eorū cor subleuaret ad diuinitatem. Vnde & subditur: Et descendit cū illis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Discant ergo pueri obedire parētibus, à quibus nō solū geniti, sed & quorū labore & diligentia sunt nutriti, quia & puer Iesus non dedignatus est parentibus esse subiectus. Honestissimū est em̄, magnā reuerentiam & honore exhibere parētibus, quia & nos paruulos nutriti erunt, & proficientes ætate, sapientia erudierūt. Illis enim humana tantū sapientibus, post quā oculos mentis eorū ad contemplandā diuinitatē eleuauit, dicēs:

John 6

[Nesciebatis, q̄a in his quæ patris mei sunt, oportet me esse: descendit Nazareth, & uenit cū illis, & erat subditus eis] **V**t hoc exemplo intelligamus, q̄a non solum subditi esse debemus parētib; sed etiā eorū senectam uel infirmitatē pia sollicitudine refrigerare uel sustentare, iuxta illud q̄d in diuina lege præcipitur: **H**onora patrē tuum & matrē tuam, ut bene sit tibi sup̄ terram, & lōgo uiuas tēpore. **V**nde **A**postolus præcipit filijs obedire parētib; p̄ omnia, hoc bonum & acceptū est corā deo. **E**t iterū: **S**i q̄s suorum curam non habet, & maxime fidelīū, fidē negauit, & est infideli deterior. **E**t **mater eius cōseruabat om̄ia uerba hæc in corde suo.** Om̄ia scilicet quæ de illo audiuit, siue ab angelis, siue à pastoribus, siue à magis, siue à **S**imeone, uel ab **A**nna prophetissa, uel etiam q̄ ab illo fieri uidebat, quasi mundū animal ruminans, in corde suo cōseruabat, nolēs mittere margaritas suas ante porcos, neq; dare sanctū canibus, sed expectans tempus illius perfectæ ætatis, quo miracula faciendo deus ostēderetur, & quo hæc scribenda erant, ut p̄ ordinē cuncta narrarētur. **V**nde idem euangelista paulo superius ait: [conferens in corde suo.] **Q**uia conferebat ea quæ in illo fieri uidebat, cū eis quæ de illo in oraculis p̄phetarum legerat, & tanto uerius eum credebat deū esse, quanto illa q̄ de eo legerat, in illo cōpleri cernebat. **E**t **I**esus proficiebat sapiētia & ætate. **I**n hoc breui uersiculo due hæreses destruuntur, **M**anichæorū & **A**pollinaritarum. **M**anichæi em̄, qui dixerunt deū ueram carnem non assumpsisse, destruunt, cum dicitur: [Iesus proficiebat ætate.] **A**pollinaristę uero, q̄ dixerunt eū ueram animā non habuisse, destruuntur, cum dicitur:

**Exodi. 28.**

**1. Timo. 5.**



[Proficiebat sapientia, ] Sicut enim ætas ad corpus, sic sapientia in hoc loco pertinet ad animam. Nisi enim ueram carnem habuisset, nequaquam ætate proficeret & cresceret. Et nisi rationalem & ueram animam habuisset, nequaquam sapientia proficeret & crescere ualeret. Et quemadmodum corpus per momenta ætatum crescit, ita & anima sapientia crescendo proficit. Qui igitur in nobis corpus & animam liberare uenit, uerum corpus & animam ueram pro nostra salute ex uirgine suscepit. Quod uero subditur, et gratia apud deum et homines, singulari gratia à deo patre puero Iesu datum est, ut ex quo homo esse inciperet, conceptus scilicet de spiritu sancto, perfectus esset deus, perfectus & homo. De quo Iohannes Euangelista ait: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Et bene quidem prius proficere dixit apud deum, & postea apud homines: quia primum placendum est deo, postea hominibus, nõ ob aliud, nisi ut ipsi placeant deo, sicut Apostolus ait: Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Et iterum: Prouideamus bona in medio nationis prauæ. Et Petrus: Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam.

Rom. 12.  
Philip. 2.  
1. Petri. 2.

**DOMINICA .II.**  
**post Epiphaniam. Iohannis ij.**

**In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Et reliqua.**



**M**iracula dñi & saluatoris nri quam docunq; leguntur, non sunt in exempla trahenda, sed potius admiranda atq; ueneranda. Quotiescunq; em̄ legimus dñm uel ad nuptias, uel ad conuiuium uocatū uenisse, nō gulæ illecebris deputare debemus, sicut faciebant scribæ & pharisæi, qui dicebāt eum uini potatorem, & amicum publicanorū, sed ob certi gratiam mysterij. i. pro lucrādis animabus, eum uenisse credere debemus. Sicut em̄ doctus piscator, & peritus uenator in eo loco retia tendit, ubi multitudinem pisciū uel auium, siue bestiarū, nouit cōuenire, ut cū multi congregentur, aliqui capiantur, ita dñs ad conuiuiū uel ad nuptias uenire uoluit, ut ubi multi conueniebāt, retia eius prædicationis aliqui caperent. Ob hanc causam inuitatus à pharisæo, in domo eius discubuisse legit, & nūc uocatus ad nuptias, nō solum uenisse, sed etiā eas suo miraculo consecrasse memorat. Vbi notandū, quod cū ad nuptias terreno more celebraturus dñs uenit, nō solū conjugalem copulā bonā esse ostendit, sed etiā Marcionis & Tationis hæresim destruxit, q̄ nuptias dñare uoluerunt. Si em̄ nuptiæ bonæ non essent, nequaquā ad eas filius uirginis uenire, nec eas suo miraculo dignaret cōsecrare. Et si nuptiæ bonæ non essent, quæ ppter amorē filiorū fiunt, nequaquam dñs in initio masculinum & foeminā creasset, nec dicturus esset: Propter

hoc relinquet homo patrem & matrē suam, & adhe-  
 rebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Vnde &  
 dñs iuterrogatus à discipulis, si oporteret dimitte-  
 re uxorem, quacunq; ex causa, ut ostēdat bonum  
 esse coniugium legitime celebratū, ait: Quod deus  
 cōiunxit, homo non separet. Nam qui dimiserit uxo-  
 rem, excepta causa fornicationis, mœchatur. Hinc &  
 Apostolus, magistri sententiam secutus, ait: Viri, dili-  
 gite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam.  
 Et qui uxore suā diligit, seipsum diligit. Et iterum:  
 Propter fornicationē unusquisq; suā uxorem habe-  
 at: & unaquæq; uxor suum uirum habeat. Vir uxori  
 debitū reddat, similiter & uxor uiro. Mulier sui cor-  
 poris potestatem non habet, sed uir. Similiter & uir  
 corporis potestatem non habet, sed mulier. Et rur-  
 sus: Qui matrimonio coniunctus est, præcipio, non  
 ego, sed Christus, mulierem à uiro non discedere: qđ  
 si discesserit, innuptam permanere, aut certe uiro re-  
 conciliari. Honorabiles enim nuptiæ (ait Salomon)  
 & eubile immaculatum. Fornicatores namq; & adul-  
 teros iudicabit dominus. Bona est ergo copula con-  
 iugalis, melior continentia uidualis, perfectior uero  
 integritas uirginalis. Ad comprobandum hæc, dñs  
 de intemerato uirginis utero nascitur: mox natus, ab  
 Anna uidua benedicitur: iuuenis factus, à celebrato-  
 ribus nuptiarum inuitatus uenisse legitur. Hęc iuxta  
 literam dicta sunt. Spiritualiter uero coniunctionem  
 Christi & ecclesiæ, in scripturis uocari nuptias ustra-  
 tum est, sicut illud in euāgelio: Simile est regnū  
 cælorū homini regi, q̄ fecit nuptias filio suo. Et iterū:  
 Cum uocatus fueris ad nuptias, nō discumbas in pri-  
 mo loco. In nuptiis enim duo iunguntur, sponsus &

**Matth. 19**

**Eph. 5**

**Heb. 11**

**Matth. 22**

**Luce. 14**

**Psalm. 18.** spōsa. **Et** sponsus quidē est **Christus**, de quo per **Psalmistam** dicitur: **Tanquam** sponsus procedens de thalamo suo. **Et Iohannes euangelista:** **Qui** habet sponsam, sponsus est. **Sponsa** uero eius sancta est ecclesia, cui per prophetam dicitur: **Desponsabo** te mihi in iustitia & sanctitate ueritatis. **Et in Canticis canticorum:** **Veni sponsa mea, electa mea.** **Thalamus** huius sponsi, uterus intemeratus genitricis fuit. **De quo** (ut diximus) tanquam sponsus de thalamo suo **Christus** processit. **Venit** ergo ad nuptias terreno more celebratas, quia ad coniungendam sibi ecclesiam, homo inter homines apparuit. **Locus nuptiarum** primum in Iudaea fuit, ubi dñs natus, non solum docuit, sed etiā uirtutes fecit, & de qua apostoli electi sunt. **Celebratores** autem nuptiarum primum apostoli fuerūt, de quibus dominus ait in euangelio: **Non** possunt filij sponsi lugere, quā diu cum illis est sponsus. **Veniet** tempus quando auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. **Sed** quia ad has spirituales nuptias uenire nemo potest, nisi prius zelo dei tactus mala opera respuere, & bona didicerit amare, recte in **Chana Galilaeae** facte fuisse referunt. **Chana** quippe uiculus **Galilaeae**, zelus interpretat̃. **Galilaea** namq; transmigratio facta in nostra lingua dicitur. **Ex** qua interpretatione ostenditur, quia ille feliciter ad has nuptias discumbit, qui zelo amoris dei tactus, de terreno amore ad caeleste desiderium transmigrauerit, qui possit dicere cū **Psalmista:** **Zelus domus tuae comedit me.** **Et cum Apostolo:** **Nos** autem reuelata facie gloriam domini contemplantes, transformamur à claritate in claritate, tanquam à domini spiritu. **Quod** & faciebat **Psalmista**, qui cū uideret impium superexaltatū & eleuatū,

**Iohan. 3.**  
**Oleg. 2.**

**Matt. 9.**

**Psalm. 68.**  
**2. Cor. 1.**

sicut cedros Libani, oīa transitoria nihil cōputans, in calefēs animo aiebat: **Trāsiui**, & ecce nō erat: que si ui eū, et nō est inuētus locus ei<sup>9</sup>. **Et bene die tertia post ea** quae supra euangelista cōmemorauit, factae fuisse referuntur. **Tria** quippe sunt tempora, ante legē, sub lege, & sub gratia. **Quia** em̄ ad cōiungendā sibi ecclesiam non ante legem, non sub lege, sed sub gratia deus uisibilis apparuit, recte die tertia ad nuptias uenisse commemoratur. **De qua cōiunctione** Paulus apostolus ait: **Aemulor** enim uos dei æmulatione, despondi enim uos uni uiro uirginem castā exhibere Christo. **Hinc** in laudem ecclesiæ dicitur: **Ecce tu pulchra es amica mea**, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. **Et iterum**: **Pulchriores** sunt oculi tui uino, & dentes tui lacte cādidiores. **Et Iohānes in Apocalypsi**: **Vidi** sanctam ciuitatem Ierusalem descendentem de celo, tāquam sponsam ornata[m] uiro suo. **Vel certe**, quia nemo in his nuptiis interesse potest, nisi qui indiuiduā trinitatem domini fuerit confessus, recte etiā die tertia ad nuptias uenisse narratur. **Siue aliter**, ad hoc die tertia ad nuptias uenire uoluit, ut ostēderet, quia quicumque in ecclesia per fidem discumbit, memoriam, uoluntatem & intellectū obseruare à malis debet, & exercere in bonis: uel quia tres uirtutes principales, scilicet spem, fidem & charitatem in suo opere custodire debet, de quibus ait **Apostolus**: **Maneat** in uobis fides, spes, charitas, tria hæc, maior aut̄ his ē charitas. **Ternarius aut̄ numerus perfectus est**, propter fidem sanctę trinitatis. **Siue ternarius numerus perfectus ē**, quia legimus quod domino dicente ad Ionam, pphetam: **Vade** in Niniuen ciuitatē magnam, & dices populo huic: **Adhuc** quadraginta dies, & Niniue subuertetur.

Psalmi, 369

2. Cor. 11.

Apoc. 21.

Roma. 13.  
1. Cor. 13.

Jone. 3.

retur, illo prædicante, statim rex de folio suo descendit, & præcepit triduanū ieiuniū facere populo. Quo facto, cessauit populus à nequitia sua, & cōuersus ē ad dñm, & exaudiuit eum dñs, & cessauit à plaga. **Et erat mater Iesu ibi.** Mater Iesu spiritaliter synagogā significat, quæ dū p oracula pphetarum deū in mundo uenturū prædicauit, quasi de quodā spiritali utero legis nobis dei filium genuit. **Vocatus est autē Iesus & discipuli eius ad nuptias.** Omnia ergo quæ in serie huius lectionis referuntur, sic iuxta literā accipienda sunt, ut tñ per significationē aliqd nobis demonstrent. Iā superius p nuptias coniuñtionem Christi & ecclesie figurari diximus. Quod uocatus Iesus dicitur ad nuptias, p hoc declaratur, qd sine testimonio legis & pphetarum in mundo nō apparuit. Quasi em̄ patres sancti & ppheta dñm ad nuptias uocauerūt, qñ non solum eum uenturū in mundum prædixerunt, sed etiā ut uenire dignaretur pro nr̄a redemptione, totis uotis optauerūt. Vis audire, quō sit uocatus? audi Isaiam dicentē: **Vtinā disrum-**

**Isaie. 64.** peres cælos, & descēderes. **Et Psalmista eius aduentū**  
**Psal. 43.** desiderans, ait: **Dñe, inclina cælos tuos, & descende.**

**Gene. 49** **Necnō & ille uenerabilis senex iā moriturus, aiebat:**  
**Salutare tuum expectabo dñe.** **Vocati sunt autē cum eo & discipuli eius,** quia ut firmior autoritas esset, nō solum dñi incarnatio, sed etiam eorū prædicatio prædicta fuit. **Sic em̄ ait Isaias in persona dñi: Ecce ego**

**Isaie. 5.** **& pueri mei, quos mihi dedit dñs in signum & potentū Israeli.** **Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum: Vinū non habent.** **Nec fortuito nec casu accidisse putandū est, ut dño ueniēte ad nuptias uinū deficeret, sed ideo magis, ut occasio miraculi fig-**

ret, ut dum aquas in uinū conuerteret, deus q̄ in hoīe latebat, appareret, ipse scilicet, qui educit panē de terra, & uinum lactificat cor hoīs. Vnde intelligens sc̄tā eius genitrix iā tempus esse p̄fectā ætatis, quo p̄ miracula seipsum dñm̄ mundo innotesceret, & nō filius Ioseph, sed dei & Marię uirginis crederet, ait: [Vinum non habēt.] Spirituāliter autē ueniente dño ad nuptias, uinū defecit, quia meraca illa legis, à p̄sca sua lauauit & dulcedine desipuerat. Quasi enim uinum sapuit lex tēporibus Moȳsi, Iosue, Samuelis & David, & ceterorū qui eā intellexerūt & tenuerunt. Iam uero tempore quo dñs in mundo apparuit, superstitionibus pharisæorū excrecentibus, & ab amore dei Iudæorū populis frigescentibus, ab antiquo suo sapore defecerat, sicut dñs Iudæis improperando dixit: Vos estis q̄ reliquistis mandatum dei, p̄pter traditiones uestras. Quod autē ait mater Iesu ad eū, [Vinum nō habent,] uox synagoge est, Christū ad miracula puocantis. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Non putandus est dñs inhonorasse matrē, q̄ iubet honorare parētes, sed illi altiora quæ renti quā sola humanitas habeat, ad uirtutē diuinitatis cōtemplandā, eius mētis oculos subleuauit. Ac si diceret: Quid humanitati tuæ cū miraculo, quod queris, cōmune ē, cū uirtutes operari diuinę uirtutis sit? Nondum uenit hora mea. Quo uerbo, non hora fatalis (ut hæretici uoluerūt) significatur, sed hora passionis. Ac si diceret: Nondum uenit hora passionis, qua uere manifestē quid humanitas possit, quā ex te assumpsit. Quæ hora tūc impleta est, quādo pendens in cruce, dixit: Mulier, ecce filius tuus. Ac si diceret: Ecce quod ex te assumpsit, pati & mori potest: mi

Matth. 12.

raculum quod quæris, sine diuinitate operari nõ potest. Sed cum dei genitricem mulierem audis appellatã, noli dubitare de eius uirginitate, quia uisuscripturã est, omnes sc̃eminas, non solum nuptas, sed etiam innuptas, mulieres appellare, sicut de prima matre om̃ium **Eua**, cum formaretur, dictũ est: **Aedificauit dñs costam, quam tulerat de Adã, in mulierẽ.** Hanc cõsuetudinem secutus **Apostolus**, dei genitricem, quę uirgo ante partum, uirgo post partum permansit, mulierem appellauit, dicens: **Misit deus filiũ suum, factum ex muliere, factũ sub lege, cum sine dubio ex uirgine natus credatur.** Non em̃ hoc nomine corruptio, sed sexus designatur. **Vt aut̃ intelligatur, non pietatem à dño matri negatã, sed ordinẽ passionis prænunciatũ, recte subditur: Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit uobis, facite.** Intellexit em̃ in illis dñi uerbis, se nõ esse exasperatã: & ideo sicutialiter ministris imperauit, ut prãcepta implerent filij iubẽtis. **Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundũ purificationẽ ludæorũ, capiẽtes singulæ metritas binas uel ternas.** Hydriæ dicuntur uasa, aque receptui prãparata, tracto uocabulo à proprietate græci sermonis, quã aqua græce ἕρως uocatur. Quã autem scdm purificationẽ ludæorũ positæ referunt, traditio habebat ludæorũ & maxime pharisæorũ, ut in cõuiujs & nuptijs uasa cum aqua haberẽtur, ppter purificationem ludæorũ, uel lauationem manuum, uel quicquid necesse esset. **Quod ille pharisæus in euangelio indicat, q̃ ipsum fontem aquę uiuæ dñm reprehendere ausus est, quẽ non esset locus ante prandjũ. Sed quia iam tempus instabat, ut ille qui hõ purus uidebat, uerus deus esse**

Sala. 4.



ostenderetur, recte subiungitur: **Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas. Et plene ad summum.** que in uinum conuersæ sunt. Et quidem poterat dominus uacuas hydrias implere uino, qm̄ antequã essent, creauit ex nihilo: sed prius iussit eas implere aqua, & sic conuertit in uinũ: q̄a ueniens non aliam legem dedit, quam p̄ seruũ suum Moysen dederat: sed ipsam spiritaliter interpretãdo, in melius cõmutauit: q̄a spiritalem intelligentiam, que in ea latebat, aperuit, sicut ipse ait in euangelio: Non ueni soluere legem, sed adimplere. Quasi ergo spiritaliter aquam in uinũ conuertit, qm̄ post suam resurrectionem cũ discipulis ambulans, aperuit eis sensum, ut intelligerẽt scripturas. Et incipiẽs à Moysen & prophetis, interpretabatur illis scripturas in omnibus quæ de illo erant. De cuius suauissimo gustu tñ inebriati sunt, ut postea dicerẽt: Nõne cor nostrũ ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Spiritaliter autẽ hydrie corda significãt sc̄õrum, quæ continent in se aquã. i. scientiam scripturarum. Quod em̄ aqua scientiam scripturarum significet, testis est Salomõ, qui ait: **Aqua** **Prouer. 18** profunda sermo ex ore uiri, & torrẽs redũdans fons sapiẽtiæ. Quæ bene lapideæ esse referunt, quia contra tentationes diaboli firma & fixa sunt præcordia sanctorum, illi lapidi adhærentiũ, de quo dicit Petrus apostolus: Ad quem accedentes lapidem uiuum, & **1. Petr. 2.** ipsi tanquam lapides uiui superædificamini domus spiritalis. Quoniam petra (ut ait Apostolus) **Chri. 1. Cor. 10.** stum significat. Bene autem sex fuisse referuntur, quia sex sunt mundi huius ætates, in quibus deus omnipotẽs hydrias spiritalis. i. sanctos uiros ad nostram

eruditionem & abluionem mittere dignatus est. **P**rima mundi ætas fuit, ab **A**dam usque ad **N**oe: secunda, à **N**oe usque ad **A**braam: tertia, ab **A**braam usque ad **D**avid: quarta, à **D**avid usque ad transmigrationem **B**abylonia: quinta, à transmigratione **B**abyloniae usque ad aduentum **C**hristi in carne: sexta, à primo aduentu domini, quo uenit redimere mundum, usque ad secundum eius aduentum, quo uenturus est mundum iudicare. **I**n his ergo ætatibus, deus omnipotens sanctos uiros mittere non destitit, qui spiritu sancto inspirati, aquam diuinorum eloquiorum ad aliorum eruditionem effunderent. **I**n prima ætate mundi legimus, quia fecit deus hominem de limo terræ; ad imaginem & similitudinem suam. **A**d cuius solatiū uel adiutoriū cū uellet facere mulierem, immisit soporem in eo, & tulit unam de costis eius, & edificauit eam in mulierem, & posuit eos in paradiso uoluptatis, præcepitque eis, dicens: **D**e omni ligno paradisi comedite, de ligno autem scientiæ boni & mali, ne tetigeritis. **Q**uocumque enim die comederitis ex eo, morte moriemini. **P**ostea uero seducti à serpente, qui erat callidior cunctis animantibus, interdictum fructum ligni non solum tetigerunt, sed etiam comederunt. **E**t aperti sunt oculi eorum, & ut cognouerunt se esse nudos, fecerunt sibi perizonata de folijs ficorum. **E**t dum deambularet dominus in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se **A**dam & uxor eius inter ligna paradisi. **C**umque requireret eum deus, dicens: **A**dam, ubi es? respondit: **A**udiui domine uocem tuam, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. **D**ixitque ei deus: **Q**uis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quia de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comeditisti: propterea maledicta terra in opere

ré tuo. Cum operatus fueris eā, nō dabit tibi fructus  
 suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi, & in sudo  
 re uultus tui uesceris pane, donec reuertaris in terrā  
 de qua sumptus es: qā terra es, & in terrā ibis: puluis,  
 & in puluerem reuertaris. Quicumq; ergo hæc audi-  
 ens, timuerit transgredi præceptū dei, reputans apud  
 semetipsum, & dicēs: quia si illis rudibus ac nouellis  
 nō pepercit deus, forte nec nobis parceret, si post myl-  
 ros aliorū casus, nostrā neglexerimus salutē, inuenit  
 in prima ætate hydriā aqua plenā. At uero, si aliqd  
 altius intellexerit, ut intelligat per Adā qui ex imma-  
 culata terra factus est, dominū Iesum Christum: per  
 Euam, quæ de latere Adæ dormientis formata est,  
 sanctam ecclesiam, quæ de latere Christi pendētis in  
 cruce formata est, qñ unus militum læcea latus eius  
 aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua: hydria,  
 quam plenam inuenerat aqua, cōuersa est ei in uinū.  
 Videamus adhuc in ipsa ætate aliam hydriam aqua  
 plenam. Legimus enim, quia idē primus homo post  
 peccatū duos filios genuit, Cain scilicet & Abel. Fu-  
 it Abel pastor ouium, & Cain agricola. Tollensq; A-  
 bel de ouibus suis & de adipibus earū, obrulit holo-  
 caustum domino. Cain autem de frugibus terre. Et  
 respexit dñs ad Abel, & ad munera eius: ad Cain au-  
 tē, & ad munera eius non respexit. Vnde iratus Cain  
 & inuidia ductus, dixit ad fratrem: Egre diamur foras.  
 Cumq; essent in agro, cōsurrexit aduersus fratrem suū,  
 & occidit eū. Dixitq; ei de⁹: Vbi est Abel frater tuus?  
 Quinō solū mēdole, sed etiā proterue negauit, dicēs:  
 Nescio. Nūquid custos fratris mei sum? Dixitq; ei de⁹  
 us: Quid fecisti? Ecce uox sanguinis fratris tui clamap  
 ad me de terra. Nūc igitur male dictus eris super ter-

ram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. **V**agus & profugus eris omnibus diebus uitæ tuæ. **Q**uicumq; ergo hæc audiens, elegerit innocenter & simpliciter uiuere cū Abel, timor erit inuidiæ uel odium habere erga fratrem, ne forte in maledictione reputetur cum **C**ain, inuenit in prima ætate aliam hydriam aqua plenam. **A**t uero, si ad spiritalem intelligentiam animi suum conuertit, ut intelligat per **A**bel dominum **I**esum **C**hristum, per eius occisionem domini passionem, per terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem eius, sanctam ecclesiam, quæ quotidie in confessione domini aperit os, per **C**ain uero homicidam, populum **I**udæorum, qui propter inuidiam sanguinem domini fundere non timuit, & propterea uagus & profugus est reputatus: hydria, quæ plena inuenitur aqua, conuersa est ei in unum. In secunda ætate legimus, quod prauaricantibus his, qui de stirpe **A**dæ descendent, præceptum domini, inueniunt est **N**oe uir iustus, cui dixit dominus: **F**inis uniuersæ carnis uenit coram me, et non permanebit spiritus meus in homine in æternum, eo quod sit caro. **D**elebo (inquit) diluuium omnem carnem. **F**ac ergo tibi arcam de lignis leuigatis, & ingredieris eam tu & filij tui, uxor tua & uxores filiorum tuorum, ut possitis uiuere. **T**e enim inueni iustum in generatione hac. **Q**ui domini implens iussionem, per centum annos in arca fabrica desudauit, & in articulo diei illius ingressus est in arcam ipse & filij eius, uxor eius, & uxores filiorum eius. **P**luitque dominus quadraginta diebus & quadraginta noctibus super terram, & factum est diluuium, mortuusque est omnis caro, in qua erat spiritus uitæ. **P**ostea uero uolens scire **N**oe, utrum cessassent aquæ, emisit coruum, qui non est reuersus ad eum. **A**c deinde emisit secun-

*Gene. 6.*

do colūbā, quæ uespere reuersa est ad eum, portās ramū oliuæ uirētibz folijs in ore suo. Quisquis ergo hæc audiēs, elegerit magis saluari cū electis paucis in exemplū Noe, quàm perire cū multis reprobis, inuenit in secunda ætate hydriā aqua plenā. Quod si hæc historiam spiritaliter interpretari didicerit, ut intelligat per Noe fabricatorē arcæ, dñm Iesum Christum fabricatorē & rectorē ecclesiæ, per diluuiū, qđ peccatores hoies delenuit, baptismum, in quo peccata delentur, per coruū, qui egressus est, & nō est reuersus, hæreticos qui ex nobis exierunt, sed non erāt ex nobis, per columbam, quæ ramū oliuæ uirentibus folijs detulit, unctionem spiritus sancti, quæ fidelibus in baptismo datur: hydria aqua plena, quā habebat, mutata est ei in uinum. In tertia ætate legimus fuisse Abram uirum iustū, cui dixit deus: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, et de domo patris tui, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Qui obediens deo, statim exiit, nesciens quod pergeret, & cum magis ac magis fide & dilectione in deum proficeret, dedit ei deus unigenitum filium per repromissionem in senectute sua, nomine Isaac. Dixitq; ei deus postea: Tolle unigenitum filium tuum quē diligis Isaac, & uade in terram uisionis, atq; offeres eum ibi in holocaustum, super unum montium quē monstrauero tibi. Qui cōsurgens, statim strauit asinum suum, ducēs secū duos pueros, & Isaac filium suum. Cumq; die tertia eleuatis oculis uidisset locū procul, quem ostenderat ei deus, dixit pueris suis: Expectate hic cū asino, ego & puer illuc usq; properantes, postq̄ adorauerimus, reuertemur ad uos. Et cum imposuisset ligna supra Isaac filium suum, imposuit eum super aram, extenditq;

Gene. 12.

manū & arripuit gladium, ut immolaret filium. Et ecce angelus domini de cælo clamauit, dicens: **Abraam** Abraam. **Qui** respōdit: **Adsum**. **Dixitq;** ei: **Ne** extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. **Nunc** cognoui quod timeas deum, eo qd non pepercisti filio tuo unigenito, propter me. **Bene** dicens benedicam tibi, & multiplicabo semē tuum sicut stellas cæli, & sicut arenā quæ est in littorē maris. **Conuersusq;** retrorsum, uidit arietē inter uepres hærentem cornibus, quē assumens, obtulit holocauftū pro filio. **Quicumq;** ergo hæc audiens, cogitauerit in corde suo, cum quāto studio debeat deo obedire, qñ **Abraā** magis uoluit deo obedire, quā filio suo unigenito parcere, habet in tertiā ætate hydrīā aqua plenam. **Si** uero in hoc facto **Abraæ** spiritalē intellectum quæsierit, ut intelligat per **Abraā** deū patrē, & per **Isaac** unigenitū filium eius, dñm **Iesum Christū**, q est unigenitus filius patris, per immolationem **Isaac** domini passionē, q pro nobis passurus, lignū in quo pateretur ipse portauit, in eo uero quod **Isaac** dñi uoce liberatus, & aries pro eo est immolatus, intellexerit dñi humanitatē passionem sustinuisse, sed diuinitatem impassibilē permansisse: hydrīa, quā plenā habebat aqua, mutata est ei in uinum. In quarta ætate legimus fuisse **Dauid**, non solum uisū fortem, sed etiā humilem & misericordem. **Qui** quū reprobato **Saul** electus à deo esset ad regnandū, persecutionē passus est à **Saule** intantum, ut eum frequenter occidere uellet. **Et** cum tradidisset eum dominus in manus eius, & posset eū occidere, nō solū semel, sed etiam bis tertioq; pepercit ei propter dñm, dicens: **Absit** à me, ut mittam manum meam in **Christum** domini. **Propē**

quod regnum Saul destructū est; & regnum Dauid super Israel eleuatum. Quod si tu hæc audiens, uolueris imitari humilitatem & mansuetudinem Dauid, ut eam inimicis tuis nocere possis, propter deum dimittas, inuenisti in quarta ætate hydriam aqua plenam. Ac uero, si Saul reprobum & inuidum, populum Iudæorum, qui dominum persecutus est, intellexeris, per Dauid dominum Iesum Christum, qui est fortis & potens in prælio, & dominus uirtutum, & qui pro persecutoribus Iudæis exorauit, dicens: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, & ideo regnum eorum dissipatum est, regnum autem domini manet in æternū, quarta hydria, quā plenam inueneras aqua, mutata ē tibi in uinū. In quinta ætate legimus, quod populus Iudæorum præuaticatus est mandatū dñi, derelinquens deum patrū suorum, & adorans idola, & ideo tradidit eū dñs Nabuchodonosor regi Chaldæorum, qui duxit eum captiuū in Babiloniam, & Ierusalem ciuitatē destruxit, ubi propter uindictā peccati, per septuaginta annos in grādū afflictionē fuit. Post ea uero miseratus eidē populo deus, suscitauit Iesum filiū Iosedech sacerdotē magnū, & Zorobabel principem Iudæorum, qui eundem populum in Ierusalem reduxit, & templū dñi restaurauit. Quod si tu hæc audies, timueris peccare, ne forte aut captiuitas, aut infirmitas, aut qualiscunq; temporalis tribulatio propter peccatum tibi accidat, inuenisti in quinta ætate hydriā aqua plenā. Si uero ad altiorē intellectū mentem tuā transfuleris, ut intelligas per populum Iudæiū genus humanū: per Nabuchodonosor, qui populum captiuauit, diabolū figurari, per Babiloniam quæ cōfusio interpretat, infernū, ubi diabolus gen<sup>o</sup>.

humanū post præuaricationem captiuum traxit per  
 Ierusalem, quæ uisio pacis interpretatur, cælestē pa-  
 triam: per Iesum sacerdotem magnum, dñm nostrū  
 Iesum Christum, q factus est sacerdos in æternū se-  
 cundum ordinē Melchisedec, qui electos suos de ca-  
 piuitate Babylonæ ad cælestē patriam reuocauit:  
 hydria tua, quæ prius aquā habebat, conuersa est tibi  
 in uinum. In sexta ætate legimus, quod ipse auctor et  
 redēptor omnium dñs Iesus Christus, p hominibus  
 homo factus, octaua die circūcisus est, & tricesima  
 tertia post hæc die in templo præsentatus, atq; lega-  
 lis hostia p eo est oblata, nulla tñ necessitate cogē-  
 te, sed spōranea uoluntate, tm̄ ut legem adimpleret.  
**Q**uod si hæc tu audiens cogitaueris, cū quanta soli-  
 citudine & studio euangelij debeas obseruare præce-  
 pra, quæ p ipsum dicta sunt, qñ ipse legem quam per  
 seruū dederat, cū tanta diligentia dignatus est obser-  
 uare, inuenisti in sexta ætate hydriam aqua plenam,  
 huberiores & mūdiores omnibus, de qua non so-  
 lum abluī, sed etiam satiari potes. Si aut̄ alius aliqd  
 in hoc dñi facto intellexeris, ut intelligas in eo quod  
 ipse noluit prius in templo materialis ædificij cōstru-  
 cto præsentari, quàm circumcidere, & diem purifica-  
 tionis expectare, cū non indigeret: ga nos non possu-  
 mus spiritaliter ecclesiæ dei sociari, nec corporis &  
 sanguinis Christi participes fieri, nisi prius per bap-  
 tismū fuerimus ab originali peccato mūdati: hydria,  
 quam aqua plenam habebas, mutata est tibi in uinū  
 bonum. **Q**uod si adhuc aliqd sacratius pscrutari uo-  
 lueris, ut intelligas in eo, quod dñs Iesus Christus pri-  
 us uoluit circūcidi, quàm templū intraret: ga nos in  
 tēplo æternæ beatitudinis, quod est in cælo, ubi sine



sine laus dei canitur, nequaquam intrabimus, nisi in  
 presentia tua confessionem, eleemosynas, & cetera  
 bona opera fuerimus purificati, & omni custodia cor  
 nostrum seruauerimus, ut dignam deo hostiam in cae-  
 lo offerre mereamur: hydria, quae uersa erat in ui-  
 num bonum, commutata est in uinum meracissimum,  
 intantum, ut huius suauissima dulcedine spiritualiter  
 inebriatus, cum propheta dicere possis: **Et calix tuus**  
 inebriat, quam praeclarus est. **Et iterum: Fluminis im-**  
 petus laetificat ciuitatem dei. **Et rursus: Filij autem hominum**  
 in tegmine alae tuarum sperabunt, & inebriabuntur  
 ab ubertate domus tuae, & torrete uoluptatis tuae  
 potabis eos. **Hoc uinum desiderabat ille, qui dicebat**  
 in Canticis canticorum: **Osculetur me osculo oris sui,**  
 quia meliora sunt hubera tua uino, fragrantia unguen-  
 tus optimis. Quicumque ergo per singulas aetates exēpla  
 sanctorum considerans, bene uiuere, & spiritualiter didi-  
 cerit intelligere eorum doctrinam, in singulis aetati-  
 bus inueniet hydrias, de quarum hauustu & ablui & sa-  
 tiari possit. Pulcherrime autem metibus sanctorum conue-  
 nit, quod de istis hydrijs dicitur: **[Cipientes singu-**  
**lae metretas binas uel ternas.]** **Metretas** enim graece, la-  
 tine mensura dicitur trium modiorum. **Non enim dicie,**  
 quia aliae capiebant binas, & aliae ternas, sed singulae  
 capiebant metretas binas uel ternas. **Cum enim sancti**  
 uiri, patris et filij mentionem terram faciunt, quasi binas  
 uel ternas metretas capiunt. **At uero cum patris & filij**  
 & spiritus sancti simul mentionem faciunt, ipse ipsi  
 ternas metretas capiunt. **Quasi enim binas metretas**  
 David spiritalis hydria capiebat, cum de patre & filio  
 loquebatur, dicens: **Omnia in sapientia fecisti. Quasi**  
 ternas idem ipse capiebat, cum dicebat: **Verbo domini**

Psalm. 20

Psalm. 708  
Psalm. 23

Johan. 10.

celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum  
 Binas metretas dñs ostendit in euāgelio, cum dixit  
 Ego & pater unū sumus. Ternas ostēdit, cū alibi ait:  
 Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in no-  
 mine patris & filij & spiritus sancti. Doctores autem  
 sancti. i. spirituales hydriæ, ternas accipiunt metretas,  
 cum indiuiduam trinitatem alijs prædicant creden-  
 dam: binas, quādo dilectionē dei & proximi suis au-  
 ditoribus cōmendant. Ministri autē qui eas implese  
 dicuntur, apostolos significauerūt uel doctores eccle-  
 siæ, per quorū doctrinā haustrum sapientiæ mundus  
 accepit, de qbus bene dicitur: **Et impleuerūt eas  
 usq; ad summū.** Quia nullum tēpus ab initio, secu-  
 li uacūū fuisse ostenderūt ab eruditione fidelīū, quo  
 siue uerbis, siue exemplis spiritalē doctrinā nō pate-  
 facerent. Siue certe eas usq; ad summū impleuerunt,  
 quia maiorem perfectionē ostenderūt esse p gratiā  
 noui testamenti, quā per uetus, qm doctrina euan-  
 gelij quam illi prædicauerūt, totum mundū comple-  
 uit: uel quia in operibus sanctorū nihil de imperfe-  
 ctione, ad ostendendum nobis, magistri ecclesiæ re-  
 liquerūt. **Et dicit eis Iesus: Haurite nuncet  
 ferte architriclino. Et tulerunt.** Architriclinus  
 dicitur princeps triclinij, quia ἄρχος græce, latine dici-  
 tur princeps. triclinium autē est domus tres ordines  
 habens. Possumus quoq; ad literam hunc architricli-  
 num, aliquē ex maioribus Iudæorū accipere, qualis  
 erat Nicodemus uel Gamaliel, siue discipulus eius  
 tūc Saulus, postea uero Paulus. Spiritually uero sic  
 ut p architriclinū magistri ecclesiæ designant, sic per  
 tricliniū ipsa ecclesia exprimitur, quæ tres habet or-  
 dines, cōiugatorū, continentīū atq; uirginū, Iussit autē

tem dñs architriclino uinū ex aqua factum dare, q̄a  
 illis spiritalis doctrina cōmendat̄, qui sciūt discernere  
 inter uetus & nouū testamētum, .i. inter legē & eu  
 angeliū. Ut aut̄ gustauit architriclinus aquā  
uinum factum. & non sciebat unde esset. mini  
nistri autē sciebant, q̄ hauserant aquā, uocat sp̄solum  
architriclinus. ] Iste sp̄solum, iuxta literā, ut quidā tra  
 dunt, accipitur Iohānes apostolus: q̄ cum nuptias fe  
 cisset, uiso miraculo dñi, relinquēs nuptias, uirgo eū  
 secutus est, unde & dilectus dñi dicit̄ *Spiritualiter* ue  
 ro idem sp̄solum ipse *Christus* intelligitur. *Et* dicit̄ eis  
 Omnis hō primū bonū uinum ponit, & cum inebria  
 ti fuerint, tūc id q̄d deterius est. *Tu aut̄* seruasti bonū  
 uinum usq̄ adhuc. ] *Doctōrū* est discernere, quantū  
 distet inter legem & euangelium, & inter literā occi  
 dentem & spiritum uiuificantē, & inter bonū & ma  
 lum, sicut architriclinus inter uinum discretionem  
 habuit & aquam. Qm̄ quātum distat inter aquā & ui  
 num, tm̄ distat inter legis literā & spiritalē euāgelij  
 gratiam. In dñi ergo præsētia ipsa elemēta mutata  
 sunt, quando lex carnalis ipso interpretāte spiritali  
 ter est intellecta, intantū, ut quicumq̄ hāc dulcedinē  
 gūstauerit, admiretur & dicat: Omnis homo primū  
 bonum pinū ponit. Hoc fecit initiū signorū Je  
sus in Chana Galilææ. Pulchre ergo dñs initiū  
 signorū suorū hoc miraculo uoluit consecrare, ut aq̄s  
 mutaret in uinum, ut discant fideles, quia non aliam  
 legem uenit docere, nisi quam per seruū suum Moy  
 sen dederat, sed ipsam spiritalit̄ interpretādo in me  
 lius cōmutare. Bene autē dicitur, Et manifestauit  
gloriam suam. Manifestauit, uidelicet per hoc si  
 gnum, quod ipse esset rex gloriæ & dominus uirtu

tum, & ipse esset sponsus ecclesie: manifestauit, quod ipse esset, qui cuncta ex nihilo potuit creare, qui etiam quando uoluit, elementa potuit immutare. Quod uero subdit, Et crediderunt in eum discipuli eius, non putandum est, quod tunc primum in eum crediderint, maxime cum ab illo ad nuptias uocati esse dicantur: sed qui prius crediderant, uiso miraculo, firmius crediderunt: & quem antea hominem credebant, hoc signum uidentes, deum uerum & hominem esse crediderunt.

II DOMINICA III. post Epiphaniam. Matthæi octauo.

II In illo tempore: Cum descendisset Iesus de monte, secuta sunt eum turbae multae. Et reliqua.



Superius euangelista narrauit, qualiter dominus sedens in monte, ordinem octo beatitudinum tradidit, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, & cetera quae sequuntur. Et ut uerba esse crederent quae in uerbis audierant, consequenter miraculum adiungere curauit, dicens: Et descendente eo de monte, secuta sunt eum turbae multae. Vbi spiritualiter montem, in quo dominus se dit

uelū intelligere possumus, in quo cum patre mansit,  
 & manet semper æqualis. Tunc autem de monte de-  
 scendit, quando propter nos & propter nostram sa-  
 lutem in cōualle plorationis ueniens, humanitatem  
 nostram assumpsit, ut qui inuisibilis erat in suis, uisibi-  
 lis appareret in nostris: & quē non poteramus uide-  
 re in sua altitudine, saltem cognosceremus in nostra  
 infirmitate. Vnde iuxta congruam rationem, soli disci-  
 puli in monte ad eum accesserunt: sed eo descendē-  
 te de monte, multæ turbæ secutæ sunt eum: quia ante  
 suam incarnationē notus in Iudæa tātum erat deus,  
 & in Israel magnum nomē eius: at uero, postquam  
 usq; ad nostram humanam naturam assumendā de-  
 scendit, protinus per fidem multæ turbæ eum secutę  
 sunt nationum. De quibus olim Isaias prædixerat, di-  
 cens: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons **Isai. 2.**  
 domus domini in uertice montium, & eleuabitur su-  
 per colles, & sublimis erit ualde. Et uenient ad eum  
 omnes gētes, & ibunt populi multi, & dicēt: Domus  
 Iacob uenite, & ambulemus in lumine dei nostri. Et  
 Psalmista: Omnes gentes quas cunq; fecisti, ueniēt & **Psalm. 85.**  
 adorabunt coram te domine, et glorificabunt no-  
 men tuum in æternum. Hanc quoq; turbam uidebat  
 Iohannes in Apocalypsi, qui cū ex singulis tribubus  
 Israel duodecim millia signatos describeret, adiun-  
 xit: Post hæc uidi turbam magnam, quam nemo po-  
 terat dinumerare, ex om̄ibus populis, tribubus & lin-  
 guis. Sequuntur autē turbæ dominū, quando eius ue-  
 stigia humanitatis imitantur fideles. Sequi em̄ domi-  
 num, imitari est, sicut ipse dicit: Qui mihi ministrat, **Iohan. 13.**  
 me sequatur. Et iterū: Qui uult uenire post me, abne- **Luc. 9.**  
 get semetipsum, & tollat crucē suam, et sequatur me.

**Ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens:**  
**Dñe, si vis, potes me mundare.** Si quis in hoc loco  
 solam literam attendat, non parvā fidē habuisse  
 leprosus iste cognoscitur. Deum em̄ non dubitavit,  
 quē supplex adoravit. Nec de eius dubitavit pr̄te,  
 cum solam requisivit uoluntatē, dicens: [Dñe, si vis,  
 potes me mundare.] Vnde fides protinus effectum  
 cōsecuta est, nam sequitur: **Et extendens Iesus**  
**manū, tetigit eum, dicens: Volo, mundare.**  
 Vbi cum magna appareat dñi potestas, non minor  
 eius declaratur humilitas. Leprosū em̄, quē lex ex  
 tra castra eiciebat, quem scribæ & pharisæi uix respi  
 cere dignabantur, ille tangere nō recusavit, qui cum  
 mundare poterat sine tactu, ostendēs, q̄a eius tactus  
 salus est credentibus. Quæritur, quare dñs leprosum  
 tetigerit, cum lex præcipiat eum nō tangere? Primū,  
 ut humilitatis et cōpassionis exemplum nobis osten  
 deret, nec despiciendos proximos propter debilita  
 tes aliquas declararet. Deinde, ut non seruū, sed dñm  
 legis se esse ostenderet, qui cum sc̄dm legem ambu  
 larer, etiam supra legem quoscūq; uellet, mūdaret.  
 Quod autem ait, [Volo, mundare,] non simul iun  
 gendum est & legendum, uolo mundare, ut quidam  
 Latinorū putauerunt, sed prius dicendum, [uolo,]  
 deinde inferendum est, [mūdare.] Ad singula ergo  
 uerba leprosi, singula dominus respondit. Leprosus  
 enim dixerat: [Domine, si uis,] dominus respondit,  
 [uolo.] Leprosus dixerat, [potes mundare,] domi  
 nus respondit, [mundare,] imperatiuo scilicet mō.  
**Et confestim mundata est lepra eius.** Inter di  
 cere autē domini & facere, nulla est differētia. Dixit  
 enim & facta sunt, mandauit & creata sunt. Allego-

Ille autem, leprosus iste genus designat humanum,  
 quod tunc leprā peccati incurrit, qñ præceptum dñi  
 in paradiso contēpsit. Vnde bene iuxta euangelistā,  
 nō solum leprosus, sed etiam plenus lepra fuisse de-  
 scribitur: qm̄ ueniens dominus in carne, inuenit ge-  
 nus humanū uarijs erroribus & iniquitatibus iniqui-  
 natum. Sed domino de monte descēdente. i. in car-  
 ne apparēte, leprosus ei occurrit: q̄a intellexit genus  
 humanum tā ex Iudæis, quā ex gētibz iniquitatis  
 lepra pollutum, aliter mundationem animæ se non  
 posse accipere, nisi per eius fidem, qui peccatum non  
 fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, teste **Aposto-**  
**lo** qui ait. **Non est distinctio Iudæi & Græci. Omnes** **Roma. 2**  
**em̄ peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis**  
**per gratiā ipsius, per redemptionem quæ est in Chri-**  
**sto Iesu.** Sed dominus qui salutem conferre uenerat,  
 non dedignatus est tangere leprosum, ut eum ad sa-  
 lutem pucheret. Quasi em̄ leprosum tāgendo cura-  
 uit, quādo per hoc, quod nostræ carnis similitudinē  
 assumpsit, a peccatis animæ nos liberauit. **Et** q̄ uer-  
 bo leprosum curare poterat, tangendo curare malu-  
 it: q̄a per hoc quod morticinum nostræ carnis susce-  
 pit, a peccatorum contagione nos purificauit, ostendēs  
 seipsum esse, de quo p̄ **Isaiam** fuerat prophetatum:  
**Vidimus eum non habentem speciem, neque deco-** **Isai. 53**  
**rem, & desiderauimus eum despectum, & nouissimū**  
**uirorum, uirum dolorum & scientem infirmitatem.**  
**Et quasi absconditus uultus eius & despectus, unde**  
**nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse**  
**tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putau-**  
**imus eum quasi leprosum & percussum a deo & hu-**  
**miatum. Ipse autē uulneratus est propter peccata**

nostra, attritus est ppter scelera nostra. Hinc & apo-  
**2. Petri. 2.** lus Petrus ait: Peccata nra ipse ptulit in corpore suo  
 sup lignū, ut peccatis mortui, iusticia uiuamus, cuius  
 liuore sanati sumus. **Et ait illi: Vide nemini dire-**  
**ris, sed vade, ostende te sacerdoti, & offermu-**  
**nus quod præcepit. Moyses in testimoniū**  
 illis. Quid est em̄ quod dñs, qui alibi sanato hoīe à  
 legione demonis pcepit, dicens: Vade in ciuitatē ad  
 tuos, & annūcia eis quanta tibi fecerit deus, nūc autē  
 leproso curato dicit, [Vide nemini dixeris:] Nos ni  
 mirum in hoc facto instruit, quos frequenter inanis  
 gloria tentat, ostendens etiam in bono opere iactan-  
 tiam esse fugiendam. Si enim ille, qui ut filius dei iac-  
 tantiam non timebat, miraculum suum occulta-  
 re præcepit, multo magis nos quos uana gloria sub-  
 rexit, iactantiam cauere debemus, ut scdm̄ quod ipse  
**Matth. 6.** ait, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Hinc  
 iterum admonet, dicens: Tu autē cum oraueris, intra  
 in cubiculū, & clauso ostio ora patrē tuum, & pater  
 tuus q̄ uidet in abscondito, reddet tibi. In eo uero qd̄  
 ait, [vade, ostende te sacerdoti,] cōsiderandū est, qd̄  
 nullos alios dñs, quibus corporaliter sanitatē præsti-  
 tit, ad sacerdotes misisse legitur, nisi tm̄ leproso, qd̄  
 nō solum hic fecisse legitur, sed etiā alibi, qm̄ decem ui-  
 ris leprosis sibi occurrentibus & clamantibus: Iesu p-  
**Luce. 17.** ceptor, miserere nostri, præcepit, dicens: Ite, ostendi  
 te uos sacerdotibus, quod ob uarias causas eum fe-  
 cisse credimus. Primum, ut sacerdotibus honorē de-  
 ferret: secundo, ne contradictor legis uideretur: quia  
 legis præceptū erat, ut si quis à lepra mūdatus esset,  
 ueniret ad sacerdotē: tertio, ut sacerdotū animos ad  
 suam credulitatem puocaret, & nō credētibus oēm



excusationem auferret. Et uidentes leprosum mundatum, si crederent in mundatorē, salutē inuenirent; si autē credere nollent, inexcusabiles essent. Vnde bñ dicitur [In testimoniū illis] .i. sacerdotibus. **Aliter**, per mōrem, in quo dñs discipulos docuit, sublimior doctrina accipitur, ubi soli discipuli ad eū accesserūt: q̄ illi in spiritalibus rebus sunt instruendi, q̄ per diuurnam meditationē eas capere possint. **Qui autē paruuli** sunt in sensu & terreni in fide, quasi in conuallibus sunt instruendi, .i. in apertioribus sententijs monendi. Vnde cum in mōribus discipulos docuit, & in cōuallibus leprosum curauit, ostendit in prædicatione, iuxta capacitatē auditorū, formandū esse sermonem doctorū. **Non em̄ propter perfectos** deserendi sunt imperfecti, sed potius cum illis corrigendi atq̄ tolerandi. **Qui em̄ tales** sunt, ut cū apostolis audire possint: **Vobis datū est** nosse mysteriū regni dei, altius & pfundius in allegorijs typis & figuris sunt instruendi. **Qui autē paruuli** sunt sensu, sola litera sunt instruendi, quod etiā dñs alibi suo exemplo nos instruit, qñ cuidam dicenti: **Magister bone**, qd faciendo uiam æternam possidebo: quasi in cōualle posito respondit, dicens: **Mandata nosti**, **Nō occides**, **nō adulterabis**, **nō falsum testimoniū dices**, **non concupisces** rē proximi tui, &c. **Sed illo** respondente, **Hæc omnia** custodiui à iuuentute mea, **protinus** montem perfectionis ostēdit, subijciēs: **Adhuc unū** tibi deest, **& si uis perfectus esse**, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cælo, & ueni, sequere me. **Et q̄** hunc montē difficile ascendunt, q̄ amore diuitiarū sunt onerati, abiit ille tristis, eo q̄ multas haberet possessiones. **Huius quoq̄** exēplum

Luc. 8.

Luc. 13.

2. Cor. 3.

Paulus apostolus secutus, quasi cum quibusdā in cō-  
 ualibus morabat, quibus dicebat: Ego uobis fratres  
 nō potui loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.  
 Tanq̄ paruulis in Christo lac uobis potū dedi, non  
 escam. Quasi cum alijs montē ascenderat quibus di-  
 cebat: Sapientiā loquimur inter perfectos. Morali-  
 ter aut̄ leprosus iste, qui dño de mōte descendēte oc-  
 currit, unūquenq; significat peccatorē. Sicut enim le-  
 pra uariū exprimit colorē in cute, sic p̄c̄m uarias ha-  
 bet species in mēte. Qui em̄ adulteriū, homicidiū, fur-  
 tū, rapinā, sacrilegiū, & his similia p̄petrat, q̄si lepro-  
 sam in anima cutē demonstrat. Talis si uult munda-  
 tionē recipere, debet dño occurrere .i. cū lachrymis  
 & gemitibus se peccatorē recognoscere, & dñi mise-  
 ricordia compuncto corde exorare, dicens cum Pro-  
 pheta: Misere mei deus secundū magnā misericor-  
 diam tuam. Quoniam iniquitatem meā ego cogno-  
 sco, & peccatum meum contra me est semp. Tibi so-  
 li peccaui & malum corā te feci. Et iterum: Delictū meū  
 cognitum tibi feci, & iniustitias meas nō abscondi. Di-  
 xi, confitebor aduersum me iniustitiam meam dño,  
 & tu remisisti impietatem peccati mei. Nec debet de-  
 sperare ueniā, si dignam non neglexerit agere pœni-  
 tentiam. Nam quantum misericors sit dñs erga pec-  
 catores conuersos, manifestatur cum subditur: [ Et  
 extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo  
 mundare. Et quia uerus est medicus, qui nō uenit uo-  
 care iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, recte le-  
 profum tetigisse dicitur. Manus enim domini in scri-  
 pturis, aliquando maiestatis suæ potentiam, aliquan-  
 do incarnationis mysterium significat. Potentiā ma-  
 iestatis significat, ut ait Psalmista: In manus tuas do-

Psalm. 32.

Psalm. 30.

mine commendo spiritū meū. **I**ncarnationis mysterium, ut idem alibi ait: **E**mitte manum tuam de alto. **Psal. 143.**  
**V**ult enim deus mundare leprosum, quia ut ait **Apo-  
 stolus:** Neminē uult perire, sed omnes ad agnitionem **1. Tim. 2.**  
 ueritatis conuerti. **V**nde ipse per **Prophetam** ait: **V**iuo ego, dicit dñs deus, nolo mortem peccatoris, sed  
 magis ut cōuertatur & uiuat. **E**t iterū: **P**eccator qua-  
 cūq; die conuersus fuerit, & reliqua. **E**t in euāgelio:  
**D**ico uobis, gaudium erit in cælo super uno peccato  
 re penitentiam agēte. **N**ec eget dominus spatio an-  
 norum uel longitudine temporum in pœnitētia, sed  
 cor contritum & humiliatum deus nō spernit: quia  
 non nocent mala prætērita, si nō placent. **P**rimū autē  
 tetigit leprosum, & postmodum mundauit, quia pri-  
 us mentem nostram per suam gratiam ad pœniten-  
 tiam agendam inflammat, & postmodum digne pe-  
 nētibus, quod peccauimus per misericordiā relaxat.  
**S**ed quia ipsa peccata uice domini sacerdotibus cōfi-  
 teri debemus, & ad eorum consilium pœnitentiam  
 agere, recte subiungitur: **V**ide nemini dixeris, sed ua-  
 de, ostende te sacerdoti, &c. ] **F**orte etiam sunt non-  
 nulli, q̄ sufficere sibi credūt, quod soli deo cōpuncto  
 corde peccata sua confiteantur, nec ea esse necesse sa-  
 cerdotibus cōfiteri, tantūmodo ut à malis suis ope-  
 ribus cessent. **Q**uorū opinio si uera esset, nequaquam  
 dñs leproso, q̄s per semetipsum mundauerat, ad sa-  
 cerdotes misisset. **D**eniq; si peccata nō essent sacerdo-  
 tibus confitenda, & ad eorum iudicium excutienda,  
 Paulum quē in uia fuerat allocutus, nequaquam **Ana-  
 nias** sacerdoti destinaret, dicēs: **V**ade in ciuitatem, &  
 ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. **Q**uod em̄ cō- **Actus. 9.**  
 fitentibus peccata sua sacerdotibus, multum proffit,

**Jacob. 5.** probat Iacobus apostolus, dicens: Cōfitemini alteri  
 urum peccata uestra, & orate pro inuicem ut salu-  
 mini. Et Iohannes: Si confiteamur peccata nostra, fi-  
 delis & iustus est deus, ut dimittat peccata uestra, &  
 emundet nos ab omni peccato. Quod etiam in uero  
 ri testamento figurate demonstratur, quando tale de  
 leprosis præceptum Moysi à dño dicitur, sic em scrip-  
 tum est: Et locutus est dominus ad Moysen: Vir in  
 cuius cute uariis color apparuerit, ueniat ad sacer-  
 dotē & ostēdat se illi: q̄ recludet eū in domo separa-  
 ta seorsum per septē dies, & post septē dies intue<sup>r</sup> eū,  
 si uiderit creuisse leprā, addat alios septem dies. Post  
 quatuordecim uero dies iterū intuitus eū, si uiderit  
 adhuc crescere leprā, sciat q̄ lepra p̄seuerans ē, & tūc  
 iudicet eū leprosum, & eiiciat extra castra, q̄ manebit  
 in tonsa barba, operto capite, scissa ueste, aperto ore,  
 immudū se iudicās om̄i tēpore separatiōis suæ. Si autē  
 mundatus fuerit, qui huiusmodi sustinet passionem,  
 ueniat ad sacerdotē, & offerat p̄ emundatione sua  
 torram panis, & sextarium olei ad luminaria concin-  
 nanda, & offerat duos passerēs uiuos, unum pro pec-  
 cato, & alterum in holocausto. Quæ omnia qualiter  
 nunc in ecclesia spiritualiter fieri cōueniant, breuiter  
 nunc cōmemoranda sunt. Lepra em̄ (ut diximus) pec-  
 catum significat. In cuius ergo cute lepra apparuerit  
 id est, in cuius anima peccatū fuerit, ueniat ad sacer-  
 dotem, locum lepræ ostendens, id est, peccata sua hu-  
 militer ei confiteatur. Qui sacerdos recludat eum in  
 domo separata seorsum per septem dies, id est, om̄i  
 tempore uitæ suæ, quæ per septem dies uoluitur, pec-  
 nitendum insinuet: & post septem dies intuitus eum,  
 si uiderit creuisse lepram, addat alios septē, id est, ubi

iteratur peccatum, augeatur pœnitentiæ modus. Quia  
 districtus iudicandi sunt, qui per cōsuetudinem pec-  
 cant, quā illi qui subito cadūt. Post quatuordecim  
 uero dies iterum intuitus eum, si uiderit adhuc crescere  
 leprā, id est, si peccatū in cōsuetudinē uiderit uenire,  
 sciat quia lepra perseuerans est. **Maneat autē extra ca-**  
**stra,** uel corpore ab ecclesia separatus, uel à confor-  
 tio sanctorum se in mente indignū iudicet. **Habeat in-**  
**roniam barbā,** ut sic squalorem pœnitentiæ etiam  
 in ipso uultu ostendat. **Operto capite,** quia ab officio  
 prædicationis cessare debet, qui publice pœnitet. **Ma-**  
**neat autē aperto ore,** scilicet a ueste, id est, per confessio-  
 nem suam patefaciat conscientiam. **Si autem sanatus**  
 **fuerit,** qui huiusmodi sustinet passionē, ueniat ad sa-  
 cerdotem, & offerat pro emundatione suā tortā pa-  
 nis, uidelicet dulcedinem charitatis quibuscumq; po-  
 test impendat, non solum amicis, sed etiam inimicis.  
**Et pulchre per tortam panis dulcedo charitatis desi-**  
**gnat,** quia sicut in uita hoīs principalis est panis, sic in-  
 ter oēs uirtutes principalis est charitas. **Offerat etiā**  
 **& sextarium olei,** id est misericordie uiscera indutus,  
 in se peccantibus clementer ignoscat, & hoc ad lumi-  
 naria concinnanda, ut sicut plures peccando suo de-  
 struxit exemplo, ita emendari uiuendo, sua satisfa-  
 ctione multos reedificet. **Offerat quoq; duos passe-**  
 **res uiuos,** id est, corpus & animam suam diuinæ ser-  
 uiti subiciat, ut sicut exhibuit membra sua seruire  
 immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita seruiat iu-  
 stitiæ in sanctificationem. **Siue certe offerat duos pas-**  
 **ses uiuos,** id est, duo genera cōpunctionis, timoris  
 scilicet & amoris. **De quibus recte dicitur: Vnum p**  
 **peccato, & alterum in holocausto, i. in sacrificio, qd of-**

ferebatur pro peccato, unum: & in gratiarum actione, ubi non pro timore peccati, sed pro amore dei & desiderio offerebatur, alterum. Quia omnis peccator prius timore compungitur, & post amore.

**C**um autem introisset Lapharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Post curationem leprosi uenit ad aliud miraculum, in quo non solum domini uirtus apparet miranda, sed etiam centurionis humilitas imitanda. Sed primum querendum est, quare dicat Matthæus centurionem ad dominum accessisse, cum Lucas referat, quod non ipse uenerit, sed seniores Iudæorum pro se miserit. Sic enim scriptum est in Luca: Centurionis cuiusdam seruus erat moriturus, qui erat ei preciosus. Et cum non auderet accedere ad Iesum, misit seniores Iudæorum, qui uenirent ad eum, dicentes: Domine, dignum est, ut hoc illi praestes. Diligit enim gentem nostram, nam & synagogam ipse aedificauit nobis. Non ergo putandi sunt contraria euangelistarum sensisse, sed unus describit uoluntatem, alter opera. Quod enim Matthæus ipsum accessisse dicit, intentionem illius descripsit, quia uoluntate accessit. Quod uero ait Lucas, quod non ipse uenerit, sed seniores Iudæorum, pro se miserit, humilitatem ostendit centurionis, & quemadmodum secundum litteram factum sit. Quia cum esset gentilis, non per seipsum ad dominum corporaliter ausus est accedere. Sed quid ei dominus responderit, audiamus: Et ait illi Iesus: Ego veniam, et curabo eum. In quibus uerbis nostra superbia confunditur, si hanc lectionem cum alia euangelij conferamus. Legimus enim alibi in euangelio secundum Iohannem, quod erat quidam regulus cuius filius

infirmabatur Capharnaū. Hic cū audisset, quia Iesus  
 adueniret à Iudæa in Galilæam, abiit & rogauit eū,  
 ut descenderet & sanaret filiū eius. Incipiebat em̄ mo-  
 ri. Et dixit ei Iesus: Nisi signa & prodigia uideritis, nō  
 creditis. Et ille: Domine, descende priusq̄ moriatur fili-  
 us meus. Cui dixit Iesus. Vade, filius tuus uiuit. Quid  
 est ergo qd̄ dñs ad filiū reguli rogat⁹ ire noluit, & ad  
 seruum Ceturionis etiam nō rogatus ire paratus fuit?  
 Quis enim ignorat maioris esse potestatis regulum,  
 quàm ceturionē? Nostra in hoc facto (ut diximus) su-  
 perbia confunditur, qui in hoibus nō naturā, sed po-  
 tentiā consideramus. Quos em̄ potentes cernimus,  
 metuimus, ueneramur et honoramus. Quos autē pau-  
 peres, cōtemnimus, negligimus & despiciamus. At ue-  
 ro filius dei, qui de celo uenit in terram, ut superbi-  
 am fugiendam, & humilitatem amandam, atque na-  
 turam hominis diligendam ostenderet, ad filium re-  
 guli rogatus ire noluit, & ad seruum centurionis, eti-  
 am cum nō rogaretur, ire paratus fuit. **Excelsus em̄**  
 dominus humilia à prope respicit: **alta autem, id est,**  
 superba, à longe contemnit, quoniam sicut Petrus  
 apostolus de eo testatur: **Non est personarum acce-**  
 ptor deus, sed in omni gente qui operatur iustitiam,  
 acceptus est illi. **Et respondens centurio, ait:**  
**Domine, non sum dignus ut intres sub te-**  
**ctum meum, sed tantum dic verbo, et sanabi-**  
**tur puer meus.** Magna hæc centurionis declara-  
 tur fuisse fides, sed non dispar comprobatur humi-  
 litas. In opere huius centurionis, tres imitabiles uir-  
 tutes nobis ostenduntur, humilitas scilicet, fides &  
 prudentia. Magnam enim habuit humilitatem, quā  
 dicere domino, [Ego ueniam & curabo eum,] indi-

Johan. 4)

Psal. 137

Actus. 103

gnum se iudicans, respondit: [ Dñe, non sum dignus  
 ut intres sub tectum meū. ] Perfectam autē habuit  
 fidem, ga cum esset gentilis, solo uerbo dñm credi-  
 dit posse puero reddere saniratem, dicens: [ Tantum  
 dic uerbo, & sanabitur puer meus. ] Nisi enim illum  
 omnipotentē fidenter crederet, nequaquā pro seruuli  
 sui p̄speritate rogaturus, ad eum accessisset. Habuit  
 etiā non parua prudentiā, cum eū quē corporaliter  
 ambulātem uidit, ubiq; per diuinitatē esse præsentiē  
 intellexit. Nec charitas in eo defuisse credēda est, ga  
 cum multi pro sua, suorumq; filiorum ac charorum  
 salute ad dominum rogaturi accederent, ille pro ser-  
 uo tantum saniratem. Vnde adhuc in fidei constancia p̄  
 seuerans, subiūxit, dicens: **nam et ego homo sum**  
**sub potestate, habens sub me milites, et dico**  
**huic, uade, et vadit: et alio ueni, et uenit: et seruo**  
**meo fac hoc, et facit.** Ac si diceret: si ego qui homo  
 sum sub prāte principis, habeo sub me milites, & di-  
 co huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & seruo  
 meo fac hoc, & facit: quanto magis tu, cum sis deus,  
 ubiq; totus, ubiq; præsens, ubiq; potēs, si dixeris infir-  
 mitati, recede, nonne recedet? Si dixeris sanitati, ue-  
 ni, nōne ueniet? Et ideo nō est te necesse corpe eūdo  
 fatigari, qui solo uerbo potes curare. Spiritualiter autē  
 per hos subiectos cēturiōis naturales uirtutes, in g-  
 bus quidam gentilium pollebant, intelligere possu-  
 mus, ut est, non adulterari, non furtum facere, nō ra-  
 pere, nō occidere, in opis misereri, miseris subuenire,  
 & his similia. Vnde de Cornelio gentili legimus, qd  
 erat uir iustus & bonus, faciens elemosynas cū omī  
 domo sua plebi, ac timens deum. Vel certe per hos  
 subiectos centurionis, bonas malasve cogitationes,



que cordi nostro non desunt, possumus accipere, quos nobis subiectas habere debemus: ut si dixerimus malis, recedite, recedant; bonis, uenite, & ueniant, & cum illis condelectemur. Seruo autem nostro, id est corpori dicamus, fac hoc, & facier, id est imperemus, ut ea que sunt spiritus domini perficiat, iuxta illud Apostoli: **Castigo** 1. Cor. 9.  
 corpus meum & in seruitute redigo, ne forte cum alijs predicauerim, ipse reprobus efficiar. **Audiens autem Iesus miratus est.** Admirabatur dominus fidem ceterionis, quam cordi eius mirabiliter admirabatur, non quod aliquid ei mirandum esset, qui cuncta operatur mirabiliter, sed ut eundem nos mirari debere doceret. Cuius fidem dominus admirans, pariter & collaudans, sequentibus se dixit: **Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel.** Quod non de patriarchis & prophetis dicit, quondam se uidentibus, & si Israel uides deum interpretatur: sed de Israel carnali, id est populo Iudeorum, uel de illis qui presentes erant, inter quos signa & miracula faciebat, quibus uerbum uitae annuntiabat, quod etiam recipere noluerunt. Quia non sic cito crediderunt, quod centurio. Unde pulchre in centurione non solum fides gentium collaudata est, sed etiam prefigurata, cum dicitur: **Dico autem uobis, quod multi uenient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraam & Isaac & Jacob in regno caelorum.** Per orientem & occidentem quatuor mundi partes designantur, a quibus electi ex omnibus gentibus erant colligendi in fide, non solum per predicationem apostolorum, sed etiam eorum successorum. De quibus psalm. 104. Psalmista dicitur: **Dicant quod redempti sunt a domino, quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit**

Psalm. 18.

eos, **A** solis ortu & occasu, ab aq̄lone & mari. Quod aut̄ per prædicationē apostolorū multi ad fidē (ut diximus) uocati sunt, idē Psalmista alibi demonstrat, cū dicit: **In om̄em terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Et iterū: Non sunt loquelæ neq̄ sermones, quorū non audiantur uoces eorū. Vel certe (ut q̄dam uolunt) ab oriente uenerūt Hebræi, q̄a primi dñm cognouerunt. Ab occidente gentiles, q̄a ultimi dñm perceperunt. Aliter ab oriente uenerūt, quia deo p̄tegente, nulla criminalia p̄ctā commiserunt: ab occidente, q̄ post multa flagitia p̄petrata, ad om̄ipotentē deum cōuertuntur. Vel ab oriente, qui ab ipsa infantia uel pueritia deo seruit: ab occidente, qui in senectute uel decrepita ætate ad dei seruitutē cōuertitur. Recumbere aut̄ cum **Abraam & Isaac & Iacob** in regno cælō, est in fide patriarcharum gentes requiescere, & illū credere uenisse, quē sancti patriarchæ uentus prophetauerunt. Terribilis autem de Iudæis prædicitur sententia, cū dicitur: **Filiū autē regni huius eiciētur in tenebras exteriores.** Filios regni Iudæos dicit, qui merito filij regni appellātur, q̄a pro amore regni terreni, cælestem regem credere noluerunt, dicentes **Pilato: Non habemus regem nisi Cæsarem.** Et itē: regnum terrenum eligentes, & cæleste respicientes, dixerunt: **Quid faciemus, q̄a hic hō multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tolent nostrum locum & gētem.** Nam Iudæi sub potestate Romanorū erant cōstituti, & ideo hac occasiōe decepti, timebant, ut si à Romanis rex nouus in Iudæa regnare audiretur, debellarent, & à regno eici rentur. Ergo q̄a Iudæi magis terrenū regem, q̄ cæle-**

stem dilexerunt, non solum caelestem, sed etiã terre  
 num pdiderũt. Qm̄ dispersi de gente in gentẽ, & de  
 regno ad populũ alterũ, relictĩ sunt sine deo, sine le-  
 ge, sine duce, sine sacerdote. Sicut em̄ filij dei uocant̄,  
 q̄ magis deũ q̄ mundũ diligũt, sic filij regni dicũtur,  
 q̄ in amore terreni regni radices cordis pseuerabili-  
 ter plantauerũt. Vbi aut̄ tales mittendi sint, manife-  
 stat, cum subiũgitur: [Eijcientur in tenebras exte-  
 res.] In quo loco considerandum, quia cum tene-  
 brae semper sint interiores & non exteriores, in tene-  
 bras exteriores mittuntur post mortem, q̄ in tene-  
 bras interiores, id est, in cæcitate mentis se conclusẽ-  
 runt, dum uiuerent. Queritur autem, quare dicũtur  
 tenebrae exteriores, cum semper sint interiores, sicut  
 clauso ostio domus intrinsecus tenebrae sunt, extrin-  
 secus autem lux. Ad quod dicendum, quia tenebrae  
 interiores cæcitas mentis dicuntur: exteriores uero  
 pœnae infernales, quae extra nos sunt. Nam in infer-  
 no interiores sunt, sed illi qui illic patiuntur, in tene-  
 bras exteriores. i. in infernales pœnas mitti dicũtur.  
 Quid autem ibi missi patiantur, demonstratur, cũ sub-  
 inferitur: **Ibi erit fletus & stridor dentium.** Oculi  
 enim p̄ nimio fumo solent lachrymari, & dentes  
 p̄ nimio frigore stridescere. Cũ ergo ait, [ibi erit  
 fletus & stridor dentium,] ostendit p̄ metaphoram  
 membrorũ, quia reprobĩ in pœna & frigus inastima-  
 bile, & calorẽ intolerabilem sustinebũt, sicut p̄ beatũ  
 Job dicitur: **Ad calorem nimium transibunt ab aquis** Job. 24  
 niuium, & usq̄ ad inferos peccatum illius. **Obluiscatur**  
 eius misericordia. **Dulcedo illius uermes.** Si quis  
 autem de resurrectione sui corporis dubitat, ipsam  
 phunc locum fieri intelligere ualet. **Oculi em̄ carni**

sunt & dentes ex ossibus. Igitur cū dixit, [Ibi erit fletus & stridor dentiū,] in eadē effigie, qua in præfenti seculo manemus, ostendit nos in futuro resurrekturos. Vnde alibi beatus Iob dicit: Credo quod redēptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra resurrekturus sum. Et rursū circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deū, quem uisurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei cōspecturi sūnt, id est, nō alia figura pro me, sed ego ipse eum uidebo. Quā etiā dominus cum post suam resurrektionē loqueretur discipulis ostēdit, dicens: Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Et iterum: Palpate & uideite quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me uideris habere. Et dixit Iesus centurioni: Uade, sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. Hic considerandum est, quantum unūquēque propria fides adiuuet, quā tantū profuit aliena. Propter fidem enim centurionis, reddita est puero sanitas. Fides namque magna est uirtus, & ut ait Iacobus apostolus, sine qua impossibile est placere deo. De qua etiam per Habacuk prophetā dicitur: Iustus autē meus ex fide uiuit, quam dñs discipulis commendās, ait: Si habueritis fidem sicut granū sinapis, diceretis mōti huic, transi hinc, & transiret: arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediret uobis. Et quia in centurione gentili, gentium fides est præfigurata, recte iste qui sic perfecte credidit, centurio ab euangelista appellatur. Centurio enim dicitur, quōd sub se cētum habeat milites. Centenarius quippe numerus perfectus est, qui de læua transit in dexteram, & circulum exprimens, fit in modum coronæ, illam coronam exprimens, quam milites Christi pro spiritali

Job. 19.

Luc. 24.

Haba. 2.

Luc. 17.

certamine pcepturi sunt, quorū unus loquebat, dicens:  
Bonū certamē certavi, cursum consummaui, fidē ser. 2. Tim. 4.  
uau. De reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ.

**DOMINICA III.**

post Epiphaniam. **Matthæi VIII.**

**In illo tempore: Ascēdente Iesu in nauiculā, securi sunt eū discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari. Et reli.**



**I**n huius lectiōis serie  
utriusq; sue naturæ ue  
ritatē dñs Iesus Chri  
stus dignatus est cōmenda  
re, diuinā scilicet & huma  
nam. Quasi em̄ homo na  
uē ascēdit, sed q̄si deus ma  
re cōturbauit: quasi homo  
in naue dormiuit, sed quasi  
deus uētis & mari impera  
uit. Nec ideo nauis officiū  
assumpsit, ut nō posset ma  
re ficcare, sicut quondā coram filijs Israel fecerat: uel  
sup fluctus maris ambulare, qui etiam Petro, ut sup  
fluctus maris ambularet, tribuit: sed q̄ hominis sunt  
egit, ut uerum hominem pro nobis factum se esse in  
sinuaret. Allegorice aut̄ nauis, quam dñs ascēdit, ue  
xillum crucis significat. Quasi em̄ nauem ascēdit, qm̄  
pro nostra liberatiōe in ligno crucis se eleuari permi  
sit, sicut ipse Iudæis dixit: Cū exaltaueritis filiū hoīs, **Johā. s.**

tunc scietis quia ego sum. Vnde beatus Marcus apud solis occasum eum nauem ascendisse commemorat, ut passionis eius sacramentum insinuaret, de quo per prophetam dicitur: Sol cognouit occasum suum. Secuti sunt eum discipuli eius, quia uestigia eius passionis sunt imitati. Sequi enim dominum, imitari est, sicut ipse dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur. Et iterum: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sed domino nauem ascendente, motus magnus factus est in mari, quia illo in cruce pendente, commotio facta est in populo Iudaeorum. Quasi enim mare tumebat, quoniam Iudaeorum populus fremendo clamabat: Crucifige crucifige tale. In autem motus maris pauit, ut nauicula operiretur fluctibus, quia in tantum excreuit persecutio Iudaeorum, ut ipse princeps apostolorum Christum negaret, & ipse & alij propter metum Iudaeorum in conclauis residerent. Ipse uero dormiebat: quia resurrectionis suae potentiam usque in triduum differebat. Et pulchre mors Christi somno comparatur, quia nemo tam facile excitatur a somno, quam ille resurrexit de sepulchro. De qua dormitione ipse per Prophetam dicit: Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos. perimus. Non ut aliquid in resurrectione eum iuuare possent, quia se propria uirtute resuscitauit, sed quasi ipsi eum suscitauerunt, quod de eius resurrectione ex parte dubitauerunt, recte dicitur: Et dicit eis: Modicum fidei quare dubitastis? Modicum fidei est, quod ex parte credit, & ex parte non credit. Nam quod ex toto dubitat, infidelis est. Modicum ergo fidei appellati sunt apostoli, quia in eius resurrectione ex parte dubitauerunt, re-

Psalm. 103.

Johan. 12.  
Luc. 9.

Psalm. 3.

ste Martho, q ait: Vndecim discipuli abierunt in Galileam, in monte ubi constituerat illis Iesus, & uidentes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Vnde merito iuxta Marcum euangelistam, nouissime increpatur illorum incredulitas, & duritia cordis, quia his, qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. De hac modicitate fidei arguebant illi, qui a domino audierant: **O stulti** & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. **Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna.** Surgens enim dominus, uentis & mari imperauit, quando suam resurrectionem manifestans discipulis, & eorum mentibus dubitationem quiescere fecit, & frementis Iudaeorum populi seueritiam compressit, impleta propheta quae dicit: Terra tremuit & quieuit, cum resurgeret in iudicio deus, ut saluos faceret omnes mansuetos terrae. **Dorro homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia uenti & mare obediunt ei.** Non hoc apostoli dixisse putandi sunt, sed nauae & caeteri qui erant in nauis. Sed si quis contumiose hoc apostolos dixisse defendat, nouerit eos homines esse appellatos, quia adhuc humaua sapiebant. Nam si quis diuinitatis naturam consideret, non est hoc mirum, si uentis & mari potuit imperare, qui cuncta ex nihilo potuit creare. Ipse enim erat in nauis, qui in principio terminum constituit maris, dicens: **Hucusque uenies, & non procedes amplius, & hic constringes tumentes fluctus tuos.** Possumus quoque & hanc domini navigationem ad generale ecclesiae referre persecutionem, quam nauis nomine aliquando ecclesia designatur, sicut per Prophetam dicitur: **Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.** Ipsi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in p-

Luc. 24.

Psalm. 75

Job. 38.

Psalm. 106.

fundo. Qui ergo pelagus mundi transire desiderat, ius naus gremium necesse est ascendat. i. ecclesie membrum se fide & opere societ. Quasi enim dominus nauem ascendit, quando predicantibus discipulis ad ecclesiam uenit. [Sed motus paganorum, instigare diabolo, contra ecclesiam consurrexit, intantum [ut nauicula operiretur fluctibus. Videlicet, ut crescente persecutione, ecclesia in paucis fidelibus uix latere posset: nec auderet publice nomen Christi confiteri, nisi quod paratus esset ilico pro Christo mori: quod factum historie referunt temporibus Diocletiani & Maximiani, & aliorum qui ecclesiam non mediocriter persecuti sunt. [Ise uero dormiebat] quia uirtutis sue potentiam non ostendebat. Quasi enim dormiebat in nauis, quoniam contra pios reprobos preualere permittebat, ut electi de patientia sublimius coronarentur, & reprobi de crudelitate acrius damnarentur. [Et accesserunt, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus.] Quando fideles & ecclesiastici uiri, intelligentes se illam persecutionis, pcellam sua uirtute nec tolerare, nec superare posse, totis desiderijs ad eum confugerunt, qui ait in euangelio: Sine me nihil potestis facere, dicentes illi cum Propheta: Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in sinem. Et illud: Exurge domine, adiuua nos, & libera nos, propter nomen tuum. [Tunc surgens imperauit uentis & mari.] Surgens enim dominus, uentis & mari imperauit, quoniam persecutioes paganorum a diabolo excitatas quiescere fecit, nonnullos eorum ad suam fidem conuertens, aliquos in incredulitate perseuerantes corporaliter puniens. [Et facta est tranquillitas] ecclesie, intantum ut ipsi imperatores, reges &

**Psalm. 43**



principes iugo Christianæ fidei colla submitterent,  
 & ipsos postmodum honorarent, in quorum perfe-  
 cutionem prius exarserant, & intantū, ut hoies mi-  
 rarentur, dicentes: [Qualis est hic, q̄a uenti & mare  
 obediūre:] Sed quod generaliter ad uniuersalē ec-  
 clesiam diximus pertinere, potest moraliter ad unam-  
 quamq; animam iusti uiri referri. Qui em̄ abrenunci-  
 ans impietatem & secularia desideria, membra sua  
 crucifigit cū uitijs & concupiscentijs, quasi cum dño  
 nauem ascendens, mare huius seculi transire deside-  
 rat. Sed statim motus magnus confurgit in mari, q̄a  
 procella tentationis ex inuidia diaboli orta, mentē  
 uiri iusti à bono, p̄posito cōmouere oprat, aliquan-  
 do prauos, persecutionibus exterius, aliquando im-  
 pulsus malas cogitationū interius, nonnunquā etiā  
 ex p̄pria fragilitate carnis, stimulis ortis tentationū.  
 Discipulis ergo cum dño nauem ascendentibus, fit  
 commotio magna in mari: q̄a quanto magis quisq;  
 in deum proficit, t̄ato magis inuenit in seculo, q̄d du-  
 rius porter, exemplo Israelitarum, qui tūc à Pharaone  
 duplici uexati sunt afflictione, cum eos à Moysē  
 monitos ad diuinū cōtigit auxiliū confugisse, quan-  
 do per Moysen & Aaron ad terram repromissionis  
 sunt uocati. Quod dñs etiam suo exemplo ostendit,  
 qñ post ieiuniū diaboli tentationes p̄tulit. Sæpe em̄  
 post conuersionē nos diabolus acrius tentat, quos à  
 sua seruitute recedere dolet. Sed ille q̄ non dormit,  
 neq; dormitat, custodiēs Israel, quasi dormit in nauī,  
 cum mentē uiri iusti inter procellas tentationū duri  
 us p̄mittit fatigari: cum t̄y sentit non solū diaboli ten-  
 tationes, sed nec p̄prie carnis stimulos sua uirtute su-  
 perare se posse, accedit & suscitāt dñm, cum p̄ mētis

Salat. s.

deuotionē illi appropinquans, & suam fragilitatem humiliter recognoscit, & diuinā potentiā deuotissime deprecatur. Si autē senserit sua desideria à dño differri, tam diu iūgit preces precibus, quoad usq; assidue is gemitibus in sui adiutorii diuinū exciter auxiliū. Vnde bene subiungitur: [Tunc surgēs imperauit uētis & mari.] Surgens dñs, uentis & mari imperat, qñ tumultus malarum cogitationum in anima fidei cōquiescere facit. Fit autem tranquillitas magna, quia expulsis malarum cogitationum radicibus, uirtutes animæ, quas prius cum formidine obseruabar, uelut naturaliter ex bona consuetudine incipit custodire, gaudens cum Propheta, & canens: Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei.

Psal. 118.

**A**scendente Iesu in nauiculam. Sole enim in scripturis sacris una eademq; res, duplicem uel triplicem habere significantiā, ut pote nauis, q̄ aliquando uexillum crucis, aliquādo uterū intemeratæ uirginis, aliquando sanctam ecclesiam significat. Sanctam ecclesiam, ut est illud: Ascendente Iesu in nauiculam. Et, Sedens docebat de nauicula turbas. Vterum intemeratæ uirginis, sicut alibi legitur: Ascendēs Iesus in nauem, transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Vexillum sanctæ crucis, sicut in hoc loco: Ascendente Iesu in nauiculā. In unoquoq; eodēq; miraculo utraq; dñi natura, diuina scilicet & humana, nobis cōmendatur. Quasi em̄ homo nauem ascendit, sed quasi deus mare conturbauit: quasi homo in nauē dormiuit, sed quasi deus uentis & mari imperauit, & quiescere fecit. Vt quid autem mare transfretauit, & quiescere fecit? Vt quid autem mare transfretauit, & quiescere fecit? Vt quid autem mare transfretauit, & quiescere fecit? Nunquid non supra mare trāire poterat, qui Petro præstitit super undas.

Matth. 9.

Matth. 9.

maris ambulare: Aut non poterat suis corā uestigijs mare siccare, qui corā filijs Israel, dudū ex Aegyptu egrediētibus, mare rubrum siccauerat, & sicco uestigio eos transire fecerat: Poterat utiq; sed ideo ministeriū nauis assumpsit, nimirum ut omnia quæ sunt hominis faciens, se uerū hominem esse ostēderet. Postq̄ em̄ mirabiliter miracula in terris nostris fecit, ad mare transit, ut ingēs ibi miraculū faceret, & filiū dei se esse demonstraret, qui facit prodigia magna, & mare & flumina producit. Qui educit uentos de thesauris suis. Ipse est em̄ qui fecit mari & aridam, qui imposuit terminū mari, dicens: **Hucusq; uenies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.** Typice aut̄ per hanc nauiculā, ut diximus, uexillū crucis accipitur. Nauis quippe concauū est lignū, ad onera super aquas deportanda utilissimū, maxime illis in locis, ubi uada non reperiuntur, necessariū. Dominus aut̄ fluctus marinos transnauigaturus, nauem ascendit, quia calcatis huius seculi fluctibus, passurus crucem erat ascēsurus. **Dignum** quippe erat, ut quia primus homo per lignum uetitū inobediendo mortem repererat, per lignum sanctę crucis deo obediente uitam reciperet. [Secuti sunt autem eum discipuli eius.] Quia sicut ipse pro redemptiōe generis humani pati, crucifigi & mori dignatus ē, sic & discipuli eius pro nomine illius sibiq; ouibus commissis, multa tormenta pati non distulerunt. **Nā & Petrus & Andreas** uterque crucifixus extitit. Paulus uero decollatus, ceteri quoq; uaria perpeffi sunt tormenta. **Siue** eum secuti sunt, quia bonis operibus insistendo, eius uestigia sunt imitati. **Sequi** em̄ dominū, imitari est, sicut ipse dicit: **Qui mihi ministrat, me sequatur, Et iterū: Johan. 12.**

Luc. 9.

Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & relinquetur. Unde & in lege præcipitur: Post dñm deum tuum ambulabis. Hinc & in Canticis canticorū, uoce ecclesie sponso dicitur: Trahe me post te, curremus in odore unguentorum tuorum. [Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus.] Si em̄ per nauem, quam dñs ascendit, uexillum crucis accipitur, nihilo minus & in hoc loco per mare populus Iudæorum, qui magna seditione concutitur. Turbati em̄ sunt Iudæi, & discipuli eius fugati. Nunquid non mare fluctuabat, qñ Pilato dicente, Nullā causam mortis inuenio in eū, populus acclamabat, dicens: Tolle tolle, crucifige eum. Et, Si hūc dimittis, non es amicus Cæsaris: Fluctuabat mare, quādo alij dicebant: Nisi hic homo malefactor esset, nequaq̄ tibi eum tradidissimus, & alij dolentes aiebant: Vere dei filius erat iste. [Ipe uero dormiebat.] Dormitio Christi, mortem ipsius significat. Tunc enim obdormiuit, qñ pendens in cruce dixit: Cōsummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritū. Recte em̄ mors Christi somno cōparatur, quia nemo tam facile a somno surgit, quā uelociter Christus a morte surrexit. Quia excitatus est tanquam dormiens dominus, ut ait Psalmista, & tanquam potens crapulatus a uino. Qui etiam per eundem dicit: Ego dormiui & somnū cepi, & surrexi. Et iterum: In pace in idipsum dormiui & requiescam. Dormitio ergo dñi non ad diuinitatem, sed ad humanitatem p̄inet. Quia dormit per humanitatem, qui nunquam dormiuit per diuinitatem, Psalmista testante, qui ait: Nō dormiet neque dormitabit, qui custodit Israel. [Et accesserūt ad eū discipuli eius, & suscitauerunt eum, dcentes: Domi-

Psal. 77

Plat. 2. 4.

Ps. ltm. 120

ne, salua nos perimus,] **A**ccedentes discipuli dñm suscitauerūt, quia intellexerūt s̄uitiam iudæorū se nō posse superare, nisi eius resurrectione (quam citissime fieri optauerūt) fuissent cōfirmati & lætificati. **V**el accesserunt ad eū suscitandum, quia in eius omnipotentia confisi, mente & desiderio ei adhæserunt, iuxta illud Psalmistæ: **A**ccedite ad eū & illuminamini, & facties uestre non cōfundentur. **V**el ad eum accesserūt, quia toto nisu mentis eius resurrectionem fieri optauerunt, quod **L**ucas euangelistā manifestat, cū dicit: **G**auisi sunt discipuli uiso dño. [ **E**t dicit eis: **Q**uid timidi estis modicæ fidei? ] **Q**ui nō credit, infidelis dicitur: qui perfecte credit, magnæ fidei nominatur. **Q**ui autem ex parte credit, sed perfecte nō credit, modicæ fidei appellatur. **D**iscipuli ergo modicæ fidei fuerūt, quando omnipotentem præsentem dubitauerūt: & cum creator p̄sens esset, creaturā timuerūt. **N**on solū autē hic, uerum etiā alij in locis de modicitate fidei redarguuntur. **N**am in ipsa passione dñi modicā fidē habuerunt, qui dudum dicebāt: **E**amus & nos, & moriamur cum illo. **V**idētes autē eum cōprehendi, ligari, flagellari, relicto eo, fugerunt. **P**etrus autem modicam fidem habuit, quia cū prius domino dixisset, **S**i oportuerit me mori tecum, non te negabo, etiam ad uocem unius ancillæ eū negauit. **N**ec tantū in passione, sed etiam in resurrectione modicam fidem habuisse comprobantur, quia eum resurrecturum dubitabant. **V**nde cum post resurrectionem eius in conclauis, id est, in domo clausa sedentibus apparuisset, conturbati & exterriti, æstimabant se spiritū uidere. **A**d quorum fidem confirmandam, ostēdit eis manus & pedes, dicens: **V**idete manus meas & pedes, quia ipse

Psalm. 35.

Joan. 8.

Matt. 26.

Luc. 24.

ego sum. Et item, **Palpate & uidere**, quia spiritus carne & ossa nō habet, sicut me uidetis habere. **Nec** ab hac fidei modicitate **Thomas** alienus extitit, qui discipulis narratibus, uidimus dñm, non credidit, dicens: **Nisi** uidero in manibus eius fixuram clauorū, & mirram manū meā in latus eius, non credā. **Ad** cuius fidē cōstipulandā sese palpabilem prębuit, dicens: **Infer** digitū tuum huc in locū clauorū, & asser manū tuā in latus meū, & noli esse incredulus, sed fidelis. [ **Tūc** surgens imperauit uentis & mari, ] scilicet qñ tertia die resurgens, non solum corda discipulorū confirmauit & latificauit, sed etiam sēuitiam ac seditionē Iudæorū conuiescere fecit, & eorū lātitiā in tristitiā conuertit: intantū ut militibus sepulchrum dñi custodiētibus, & eius resurrectionem narratibus, pecuniā spondissent, dicentes: **Dicite** quia uenerūt discipuli eius nocte, & furati sunt corpus eius. [ **Et** facta est tranquillitas magna. ] **Quia** pars eorū qui in nece dñi consenserant, per prædicationē apostolorū ad fidem Christi conuersa est, sicut **Petro** prædicante una die tria millia, alia uero quinque millia crediderunt. [ **Porro** hoīes mirati sunt, dicentes: **Qualis** est hic, ga uenti & mare obediunt ei? ] **Non** hoc apostoli dixerunt, sed nauæ qui erant cum dño in nauī. Nam apostoli iam dicere nouerant, quia hic est **Christus** filius dei uiuī. **Cæteri** uero qui humanitatē dñi tantū uidebant, & diuinitatē non intelligebant, non interrogando, sed admirando dixerunt: **Qualis** & reliqua. **Vnde** bene homines dicuntur, quia humanā sapiebāt. ac si dixissent: **Iste** maior est patribus nostris, quæcum **Moyſes** baculo aquas maris diuiserit, & **Elias** pallio aquas Iordanis, hic solo uerbo maria & tēpe-

Johan. 20

Mat. 18.

Hæres quiescere facit. Sed hæc lectio, quãuis specialiter ad apostolos uideatur pertinere, possumus tamẽ eã ad uniuersalẽ ecclesiã referre. Nam postquã Christus per trophæum sanctæ crucis mortem deuincens cœlestia petijt, quasi mare fluctauit: quia quãto magis ecclesia fide electorum creuit, & numerus credentium multiplicatus est, eo amplius maiorem persecutionem prauorum, & duriozem perfidiam hæreticorum in se ipso consurrexisse senserunt. Ipse uero, quia tam ualidam persecutionem contra electos scuire permittebat, postquam sanctorum precibus est excoratus, surgens imperauit uëtis & mari: quoniã ipã persecutionem & perfidiam quiescere fecit & pacem ac quietem sibi electis concessit. Facta est autẽ tranquillitas magna, quia postquam principes & potentes per eorum prædicationem ad fidem Christi uenerunt, tanta requies ecclesiæ data est, ut etiam ipsi, qui eam destruxerant, proprijs manibus reædificarent. Et quamuis mare fluctuaret, et procella excresceret, non est mersa nauis, in qua dominus dormiebat: quæ etsi ecclesia potuit aduersis persecutionibus conturbari, non tamen à fide rectitudinis, domino gubernãte, recedere. Fundata enimerat supra firmam petram, de qua Apostolus ait: **Petra autem erat Christus.** Quod autem in apostolis & in uniuersa ecclesia impletum est, solet moraliter fieri in quolibet uiro sancto. Qui enim crucifigit membra sua cū uitijs & concupiscentijs, & cui crucifixus est mundus, & ipse mundo, Christum in se habitorem habet. Iesus autem nauem ascendit, cum mentem uiri sancti inhabitat, quia sicut sapientissimus Salomon ait: **Anima Sapi.** multi sedes est sapientiæ. Cum enim is à uitijs & pecca

1. Cor. 10.

Sapi. 6.

tis se subtrahere uoluerit, ut soli deo uacare, i. intendere possit, tentationes diaboli cōtra se insurgere sentit, & eius psuasiones mentē suam contraire: & quo magis deo appropinquare uoluerit, eo amplius inuenit qd durius porter.

2. Tim. 3.

Qui em̄ pie in Christo uoluit uiuere, psecutiones patiuntur, in exemplo uidelicet Israelitarum, q̄ tunc durius sunt afflicti à Pharaone, quando per Moysen & Aaron ad terram repromissionis sunt uocati.

Ecc. 2.

Vnde nos quidam sapiens, Salomon scilicet admonet, dicens: Fili, accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuā ad tentationem. Iesus aut̄ dormit, quando delectationes carnis, & persuasiones diaboli contra mentē uiri sancti insurgere pmittit. Sed cum ipse uir intelligit se eadē tentamenta sua uirtute superare nō posse, ad omnipotentiam dei recurrit, Vnde & subdit: [Et accesserunt, & suscitauerunt eum, dicētes: Dñe, salua nos, perimus.] Quia totis uiribus mentis misericordiam dei implorare nō cessat, dicens cū Psalmista: Exurge, quare obdormis domine? Et iterum: Exurge domine, adiuua nos, & rel. [Et surgēs imperauit uentis & mari,] quando tentamenta diaboli contra mentem uiri sancti insurgentia conuiescere facit, & eum sibi libere seruire permittit. Fit aut̄ tranquillitas magna, quia ea quæ prius habuit, nō sine formidine obseruabit postmodum, sicut naturaliter per bonam

psalm. 43

consuetudinē custodire incepit, dicens cū Psalmista: Declinate à me maligni, & scrutabor mandata dei mei. Sicq̄ transnauigato mari, & huius seculi fluctibus calcatis, ad portū feliciter puenit. De talibus per

psalm. 118

Prophetā dicitur: Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi uiderunt

psal. 106.



opera domini, et mirabilia eius in profundo. Ad mare descendunt. i in hoc seculū: in nauibus, scilicet in animabus: facientes operationē, scilicet bonam, carnē suam cū uitijs & cōcupiscentijs confringentes, & ad cælestia suspirantes. in aquis multis, s. in populo multo, inter q̄s manentes, in om̄ibus se prouident, ne in aliquo maculent̄. Sed sicut hō in nauī per mare nauigans nō rangit̄ mari, sic iusti in hoc seculo, inter populum habitātes, eosq; malignitatibus nō adherent.

**DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.** *Matthæi XX.*

In illo tempore: **Dixit Iesus discipulis suis parabolā hanc: Simile est regnū cælorū hominī patrifamīlias, q̄ exiit primo mane cōducere operarios in uineā suam. Et rel.**

**R**egnum cælorum uel regnum dei in euangelio cum legitur, nō semp unam eandemq; habet significatiōē, sed aliquādo dñm Iesum Christum, aliquando scripturam sacram, aliquando cælestem patriam, aliquando præsentem significat ecclesiam. Dominum Iesum Christum significat, sicut ipse dicit: Regnum dei intra uos est. Scripturam sacram, ueluti iudæis non credentibus dicitur: *Aufere a uobis regnū dei, & dabitur gēti faciēti fructus eius.* *Cælestem patriam, ut est illud: Beati q̄ persecutionē patiuntur p̄pter iustitiā, qm̄ ipsorum est regnum cælorum.* Præsentem ecclesiā, sicut alibi ait: *Qui soluerit unum de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum.* Ergo

*Luc. 17.*

*Matth. 5.*

regnum cælorum in hoc loco præsentẽ significat ecclesiam, quod simile dicitur patrifamilias, ut per rem cognitam, incognitam credere discamus: & per uisibilia, ad inuisibilia mens nostra rapiatur. Nam q̄a parabola est, q̄d paterfamilias, & eius uinea, & operarij, remuneratiõq; eorum allegorice significet, attendamus. Paterfamilias aut̄ iste figuram dei tenet om̄i potentis, qui similis patrifamilias dicit: quia sicut paterfamilias subiectos in domo, sic deus omnipotẽs homines ordinat, regit, atq; disponit in mundo. Huius ergo patrifamilias uinea, sancta est ecclesia, quæ ab initio m̄di usq; ad finem seculi, quot sanctos pfert, quasi tot palmites generat. Hæc uinea primum in populo Iudæorum fuit plantata, sed post dñi in carnationem usq; ad fines terræ est dilatata, sicut per Psalmistã dicitur: Vineam de Aegypto transfulisti, eieci sti gentes, & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes umbra eius, & arbuta eius cedros dei. Extendit palmites suos usq; ad mare, et usque ad flumen, ppagine eius. Hæc est em̄ illa uinea, de qua in Canticis canticorum uoce sponsi dicitur: Mane surgamus ad uineas, uideamus si floruit uinea, si flores fructus parturiunt. Et item: Uinea facta est pacifico in ea quæ habet populos. Tradidit eã custo dibus, uir aufert p̄ fructibus eius mille argenteos. De qua etiã uinea per Isaiã dicitur: Cãtabo dilecto meo canticũ patruelis mei uineæ suæ: Uinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam. Et rorular extruxit in medio eius, & maceria circumdedit eam. Et expectauit ut faceret uuas, & fecit labruscas. **Quæ**

Psal. 79.

Canti. 7.

Canti. 8.

Isai. 4.

autē sit ipsa uinea, idem ppheta subdendo manife-  
 stans ait: **Vinea enim dñi sabaoth, domus Israel est,**  
 & uiri Iuda, germē delectabile. **In hac autē uinea tan-**  
 to quisq; fidelius laborat, quanto firmiter deū credit,  
 & eius mandata sollicitius custodit, terrena deserens,  
 & caelestia anhelans. **Et t̄to in ea laborans huberio**  
**res fructus reddit, quanto non sua, sed aliena lucra**  
**quærit. Qui enim quæ sua sunt quærit, non quæ Iesu**  
**Christi, nō laborat in uinea Christi. Ad hāc ergo ui-**  
**neam excolendā paterfamilias primo mane exiit: q̄a**  
**ab initio seculi deus omnipotens sanctos uiros mitte-**  
**re non destitit, qui non solum bene uiuēdo hanc ui-**  
**neam excoluerunt, sed etiā bene docēdo, in eius cul-**  
**turam plurimos uocauerunt. Quod autē mercedem**  
**recepturi sint, qui in hac uinea, i. in ecclesia fideliter**  
**laborāt, manifestatur cum subditur: Conuentioē,**  
**quē facta cum operarijs er denario diurno,**  
**misit eos in uineam suā. Per denarium, qui labo-**  
**rantibus in uinea, p̄mittitur, uitæ æternæ remunera-**  
**tio figuratur. Et apte satis: nam in denario imago re-**  
**gis exprimitur, hō autem ad imaginem & similitudī-**  
**nem dei factus est, ipso dño dicente: Faciamus homi-**  
**nem ad imaginem & similitudinē nostrā. Sed hanc**  
**imaginem tūc uiolauit, quando peccauit. Cōuentio-**  
**nergo cum operarijs paterfamilias ex denario dī-**  
**urno facit, quia illam gloriā bene operantibus pro-**  
**mittit post laborem, quā primus hō, si nō peccasset,**  
**habiturus fuerat sine labore. Sed quia post peccatū**  
**humana conditio in præsenti seculo diu permanere**  
**non potest, electis per successionem succedētibz, p̄-**  
**uaria tempora operarios in culturā uineæ uocauit.**  
**Vnde & subditur: Et egressus circa horam ter-**

tiam, inuenit alios stantes in foro ociosos & illis dixit: **Ite & uos in uineam meam, & quod iustum fuerit dabo uobis.** Illi autem abierunt. **Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam uero exiit, & inuenit alios stantes, & dixit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineam meam.** ¶ **Varietas horarum quibus operarij in uineam culturam mittuntur, uaria significat tempora, in quibus sancti operarij utique fideles, ad spiritalem uineam excolendam missi sunt.** Mane quippe mundi fuit, ab **Adam usque ad Noe. Tertia, a Noe usque ad Abraam. Sexta, ab Abraam usque ad Moysen. Nona, a Moysen usque ad aduentum domini. Undecima, ab aduentu domini usque ad finem seculi.** **Ut autem ex multis paucos referamus, aliquos sub exemplo ponamus.** Operarij ergo primo mane .i. prima hora diei, fuerunt **Abel & Enoch, & ceteri alij, qui in illa aetate deo placuerunt.** **Tertia hora, operarius fuit Abraam, Isaac & Iacob, & xij. patriarcha.** **Nona hora, operarij numerus crescere coepit, quando missus est Moyses & Aaron, Iosue, Samueel, Dauid, Isaias, Ieremias, & plures alij.** **Undecima uero hora, operarij ad excolendam uineam .i. ecclesiam, missi sunt sancti apostoli, qui tanto studiosius atque diligentius hanc uineam coluerunt, quanto perfectius ab ipsa ueritate instructi fuerunt.** **Vnde unus eorum loquebatur, dicens: Nos sumus, in quos fines seculorum deuenerunt.** **Si autem hanc similitudinem ad utrumque populum, Iudaeorum scilicet & gentium referamus, operarius horae primae, tertiae, sextae & nonae, Iudaeorum populus in antiquis suis patribus fuit, & uelut spiritalis uua in electis suis floruit. Ad undecimam ue-**

1. Cor. 10.

gentiles uocati sunt, quia post ascensionem domini prædicantibus apostolis crediderunt, de quibus dicitur: [Quid hic statis tota die ociosi?] Tota die quippe ociosi stabant, qui ab ipso mundi primordio usque ad domini incarnationem, à cultura dei alieni permanebant. Nullus enim ad eorum eruditionem patriarcha, nullus propheta missus fuerat, unde excusantes dicunt: [Quia nemo nos cõduxit.] Quid est dicere, nemo nos conduxit, nisi quia nemo ad culturam spiritalis uinæ nos uocauit: In quibus uerbis nos nostras conscientias commouere debemus, & considerare diligentius, quid in nostra excusatione in die iudicij dicturi sumus, si à bono opere torpentes inuenti fuerimus, qui ex Christianis parètibz nati, et pene ab ipis cunabulis uerbum uitæ accepimus, & cum lacte carnis lacte scripturarum nutriti sumus. Tanto ergo sollicitiores esse debemus in bono opere, quãto minus ignorantiam prætere in nostra excusatione poterimus, scilicet quando inexcusabiles erimus, de uocatione atq; dei cognitione metuentes: quia non parimodo coartantur, qui scienter & ignoranter peccant, sicut dominus ait in euangelio: **Seruus q̄ nescit** uoluntatem domini sui, & non facit digne, plagis uapulabit paucis: sciens aut, & nõ faciēs digne, plagis uapulabit multis. **Moraliter aut** possumus has uarietates horarum ad nostræ ætatis momenta referre. **Ma**ne quippe, hominis pueritia est: tertia, adolescentia. **Quia** sicut sol hora tertia ad superiora ascendens, radios suæ claritatis aperire incipit, ita in adolescentia calor naturalis sanguinis crescit. **Hora sexta** iuuetus est: quia sicut sol hora sexta in medio cæli positus, nõ solum splendidiore, sed etiã feruētiores radios emit

Luc. 12

tit, ira iuuentus habilis, prōpta, apra atq; robusta ad bonū opus faciendum inuenit. Nona uero hora, senectus est: q̄a sicut sol hora nona inclinare incipit ad occasum, ita in senectute non solū calor sanguinis, sed etiā naturalis & genuina uirtus hoīs deficit. Undecima quoq; hora, ea etas est, q̄ in nostra lingua decrepita uocat, ut senectutē trāscendisse intelligatur. Vnde Græci ualde seniores nō *ῥιπογῆρας*, sed *πρωσῦτῆρας* appellant, ut plusquā senes eos esse intelligāt, q̄s tali uocabulo nuncupāt. Diuersis ergo horis operarij in uineā mittunt, quia in diuersis ætatibus hoīes p̄ diuinā gratiam ad bona operandū uocātur. Qui em̄ ab ipsa pueritia deuota mēte deo seruiunt, q̄si primo mane in uineam cōducunt. Sunt uero alij, qui dū in adolescentia ad dei seruitutē conuertuntur, quasi hora tertia ad culturā uineæ uocantur. Alij autē in adolescentia carnaliter uiuētes, si in iuuentute ad dñm conuersi, torporē & desidiā à se excutiētes, mores suos deserētes, bona opa seruent, quasi sexta hora ad uineā mittuntur. Si autē aliquis in pueritia & adolescētia & iuuentute à bono opere torpuit, necesse est, ut in senectute q̄si hora nona, ad dei seruitutē cōuertatur: & pudeat eum fuisse ociosum in seruitio dei, cū non multū laboraturus est, considerans q̄d ait Apostolus: Nescis q̄a patientia dei ad p̄nitentiā te adducit: cauens & hoc quod subdit: Propter duritiā & imp̄nitēs cor, thesaurizas tibi irā in die ire. Si q̄s uero ita negligens & desidiosus fuerit, ut etiā in senectute à bono opere torpeat, saltē in decrepita ætate iā respiscat, & à laqueis diaboli, quo captius tenebat, ad eum cōuertendo se abstrahat, & prætērita mala fletibus diluat, & put potest, bonis operibus inuigilet. Quia si hora

Romā. 1.

undecima conuertatur, & tunc nō metuat laborem  
 suscipere, qm̄ pro deo parū potuerit laborare: & sicut  
 censurā metuit districti iudicis, sic in illius pietate cō  
 fidat, qui nō uenit uocare iustos, sed pētores ad pēni  
 tentiā. Piissimus & misericordissimus deus, etiā in se  
 necture cōuersos non respuit, nec cōtemnit, sed beni  
 gnissima pietate suscipit & amplectitur. Non enim  
 meritus est ille q̄ ait: **Viuo ego, dicit dñs, nolo mor**  
**tem pētoris, sed ut cōuertat & uiuat.** **Et iterum: Pecca**  
**tor quacūq̄ die cōuersus fuerit & ingemuerit, om̄ia**  
**pēta eius in obliuionē tradentur.** Sed qm̄ calliditas  
 antiq̄ hostis in hac parte tepidos decipere solet **Chri**  
**stianos, ut quibus suadet culpam, longam p̄mittat**  
**uitam, quasi in senectute uel decrepita ætate pœni**  
**tendo diluant, quod in adolescentia uel in iuuentu**  
**te cōmiserunt, nēesse est tñ, ut quia horam nostræ**  
**uocationis ignoramus, om̄i tempore in bono opere**  
**simus parati, & huic deceptioni opponēda est uarie**  
**tas humanę cōditionis.** Et quia ignoramus q̄s ex no  
 bis in pueritia, q̄s in adolescētia, q̄s in iuuetute, q̄s in  
 senectē, & q̄s in decrepita ætate ab hac uita uocādu  
 s̄t, sicut oībus incertus est exitus, sic certus debet eē  
 in bono opere animus, p̄pter id q̄d dñs ait: **Et uos**  
**estote parati, quia q̄ hora non putatis, filius hoīs ue**  
**niet.** Nā sicut uarijs horis operarij (ut diximus) in ui  
 necam mittunt, sic diuersis ætatibus homines ab hac  
 uita uocantur. Alij quidem primo mane. i. in pueri  
 tia, alij hora tertia, id est, in adolescentia: alij sexta,  
 id est, in iuuetute: alij nona. i. in senectute: atque alij  
 in undecima. i. in decrepita ætate, quæ ueterana di  
 citur. Et quia incerta est omnibus in his ætatibus ho  
 ra uocationis suæ, paratus unusquisq̄ debet esse in

Ierem. 18

Luc. 12

bona operatione, ne forte si qñ potest, non uult bonum opari, tunc incipiat uelle, quādo nō erit posse.

**Johan. 12.** Vnde pius dñs nos admonet, dicens: **Currite dum lucem uitæ habetis, ne tenebræ mortis uos cōprehendant. Et Salomon: Quodcūq; potest manus tua facere, instāter operare. Quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos. Et iterū: Ne tardes conuerti ad deum, neq; differas de die in diē, quia subito ueniet ira dei, & in nouissimo disperdet te.**

**Eccē. 9.**  
**Eccē. 5.**  
**Isai. 55.** Quærite dñm dū inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Multum em̄ iuuat ad uincendam delectationem peccati, recordatio mortis, sicut p̄ quendā sapientem, scilicet Salomonem dicit:

**Eccē. 7.** In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. **Cum sero autem factum esset, dicit dñs uinea procuratoris suo: Uoca operarios, & redde illis mercedem.**

Sero est finis diei, iuxta superiorem intelligentiam. Sero in hoc loco, tempus dominicæ incarnationis significat, sicut p̄ Paulum dī: Non sumus in quos fines

**1. Cor. 10.** seculorū deuenerūt. Et sicut Iohannes ait: Filioli, nouissima hora est. Sicut autē paterfamilias deus omnipotens intelligitur, & eius uinea sancta ecclesia, sic

**1. Johā. 2.** procurator dñs Iesus Christus, qui ait in euangelio:

**Johan. 15** Ego sum uitis uera, & p̄r meus agricola, & uos palmites. Ad reddendam ergo mercedē operarijs paterfamilias, procuratorem uocat, quia deus omnipotens p̄ filium nos creauit, p̄ filiū nos redemit, per ipsum nos remuneraturus est, sicut ipse filius dicit: Pater non u

**Johan. 5.** dicat quēquam, sed om̄e iudicium dedit filio. Quantum autē diuitias bonitatis suæ in nobis, q̄ post eius incarnationē credimus, fecerit abundare, manifestat



tur, cum dicitur: Incipiēs a nouissimis vsq; ad primos. Hoc est, ab oparijs horæ undecimę, vsq; ad operarios horæ primæ. Cum venissent ergo qui circa undecimā horam venerant, acceperūt singulos denarios. In qbus uerbis quātū nobis incarnatio dñi profit, q post eius resurrectionē credi dimus, manifestatur. Non solum em̄ eundem denarium acceperunt q nouissimi uenerunt, quod primis pm̄issum fuerat, sed etiā ante acceperunt, quā illi. Qm̄ sancti patres, qui aduētum domini præcesserunt, licet iuste & pie uiuerent, non statim à carne soluti ianuam regni cælestis intrauerunt, sed infernalibus tenebant locis, quanq̄ non in pœnalibus, teste beato Iacob, q ait: Deducetis canos meos cū dolore ad inferos. E iterū: Descendam lugens filium meum in infernū. Hinc & per beatū Iob dicit: Scio domine, q̄a morti me traditurus es, ubi cōstituta est om̄is domus uiuentiū. Et, Si in infernū descēdero, inde me liberabis. Nobis autē, qui post dñi incarnationem credidimus, magno munere donatū est, ut si perfecte uiuamus, absq; ulla dilatione carne soluti, uitam æternam p̄cipiamus. Et hoc ē denariū accepisse primos, qui uenerunt nouissimi. Uenientes autē ⁊ primi, arbitrari sunt quod plus essent accepturi. Acceperūt autē ⁊ ipsi singulos denarios, ⁊ accipientes, murmurabāt aduersus patrē familias, dicentes: Hi nouissimi una hora fecerūt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus p̄odus diei & ætus, ⁊ quia ergo supra p̄ denariū remunerationē uitę æternę diximus significari, quæritur, quare isti denariū accepisse, & murmurasse dicant, cū regnū dei nullus murmurans accipiat, nullus q̄ acceperit postea mur

Gene. 42.

Gene. 37.

Job. 30.

murare possit. Sed ad hoc dicendū est, quia murmuratio in hoc loco, non malitiosam intentionem contra deum sonat, sed piam querelam sanctorū ad deum significat. Quia enim antiquos patres diu in presenti uita contigit uiuere, necesse fuit ponderi diei & æstui in carnis passionibus diu subiacerere. Quasi ergo illorum actiones murmurasse fuit, quādo eos, qui post domini incarnationem crediderunt, post breuem tribulationem remunerationē percipere uidentur, quā illi cum longa tribulatione expectauerunt. Quod ut facilius intelligatur, ex multis unum ad medium deducere uisum est, uidelicet **Abraam** patriarchā. Quasi enim illius actionem murmurasse fuit, quando latronem ab ipsis mortis faucibus per diuinam gratiā liberatum, ante paradysum quā se intrare uidit. An non latro undecima hora uenit, qui **Christum** in cruce confessus est, & tamen ante denarij remunerationem accepit, quā **Abraam**, qui hora tertia uocatus pro ipsa tribulatione diu pondus diei & æstus tolerauit? In cruce enim latro **Christum** confessus est, sed de cruce paradysum ascendit, dicēte domino: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Possimus etiam & ita intelligere, quemadmodum nunc **Christiani** ante cælum ascendāt, quā fecissent illi, qui ante aduentum domini fuerunt: quia illi postquam egressi erant ex corpore, per longū tempus in inferno stabant: isti autem sine mora, postquam egrediuntur de corpore, si iusti sunt, in cælum ascēdunt, & hoc est ante ascēdere post egressionem **Christianorum** de corpore, quā illi ascendissent post egressionem ab illo rum corpore. Et quia uita æterna nulli per debitum redditur, sed per gratuitam misericordiam datur, re-

**Luc. 23.**

Et per familias uocans unum eorum, ait: Amice,  
non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario di-  
urno conuenisti mecum? Tolle quod tuum est,  
et uade. Quod ad Iudæorum & gentium populum  
 pertinere (ut diximus) manifestum est. Nam multi  
 Iudæorum, qui post domini ascensionem crediderunt,  
 nolebant gentiles ad suam societatem uel æqualita-  
 tem admittere, sed proselytorum loco eos habēdos  
 iudicabant, dicentes indignum esse, ut gētes post ido-  
 lorum culturam eis coæquarentur, quorum patribus  
 deus locutus fuerat, & multa mirabilia ostenderat,  
 & quibus legem dederat, & ex quibus carnē assump-  
 serat. Et hoc est quod illi, qui priores in uineam uen-  
 erant, murmurantes contra nouissimos, dicebant:  
 [ Hi nouissimi una hora fecerunt, &c. ] Sed quia do-  
 minus Iesus Christus finem misericordiae suae usque ad  
 colligendas gētes extendit, recte uni eorum dicitur:  
 [ Amice, non facio tibi iniuriam, & reliqua. ] At ue-  
 ro ille qui non est personarum acceptor, sed in omni  
 gēte qui operatur iustitiam, acceptus est illi, recte di-  
 cit: Uolo autem et huic nouissimo dare, sicut  
et tibi. Nam per eius gratiam, qui non uenit uocare iu-  
 stos, sed peccatores ad pœnitentiam, non solum Iu-  
 dæis gentiles æquati sunt, sed etiam promptiores ad  
 credendum inuenti sunt. An non licet mihi, quod  
uolo facere? An oculus tuus nequā est, quia  
ego bonus sum? Vnde Apostolus querelas homi-  
 num contra deum compefcens, ait: O homo, tu quis  
 es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentū ei q  
se finxit, quē me fecisti sic? Aut non habet potestatem  
 figulus luti, ex eadē massa aliud quidem uas facere in  
 honore, aliud uero in contumeliam? Habet utique.

Roma. 9.

Deus em̄ nulla necessitate constrictus, sed sola bonitate quibus uult uitā tribuit. Vnde & subditur: **Sic erūt nouissimi primi. 7 primi nouissimi.** Primi em̄ quondā iudæi fuerunt, qñ olim deo cæli crediderunt, & secundum legē uixerunt. Nouissimi autē gentiles erant, propter incredulitatem extranei à cognitione dei, & testamento legis. Sed dño ueniente, qui

**Dente. 28**

**Johan. 9.**

& illi qui nouissimi erāt, credēdo facti sunt primi: et qui erant in capite, facti sunt in cauda: & qui erant in cauda, facti sunt in capite, iuxta illud quod dñs ait: **In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui nō uident, uideant: & qui uident, cæci fiāt.** Vnde rara ludæorum fides reprobatur, cū adhuc subiungit: **Multi enim sunt uocati, pauci uero electi.** Qd̄ speciatim ad iudæorum populū pertinet, ex quibus multi uocati, sed qui domino crederent, pauci sunt inuen-

**Matth. 8.**

**ti.** Nam de gētrium uocatione alibi dicitur: Multi uenient ab oriente & occidente, & recumbent cū Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. Quia ergo horarum uarietates, quibus operarij in uineam uocantur, ad ætatū diuersitates diximus pertinere, liber inueni, quemadmodum in ecclesia fiat, quod in duobus populis factum esse commemorauimus. Ait em̄ **Euangelista:** [Cum sero factū esset, & reliqua.] Sed quia in hac parabola duplicem intelligentiam sequimur, moraliter sero unicuiq; nostrum fit terminus uitæ præsentis: & licet nonnulli, antequam ad maturā ætatem perueniant, ab hac uita uocentur, si nō habēt sero per ætatem, habent tamen per exitum. Sero ergo operarij ad recipiendam mercedem uocantur, q̄

**Matth. 12.**

pro bonis operibus tunc electi remunerationem ac-

icipiunt, cum ab hac uita uocantur, teste **Psalmista**, q  
 ait: Cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hære  
 ditas domini. **Dupliciter** autē nos deus uocat, in præ  
 senti ad laborem, in futuro ad requiē. **Vnde** necesse  
 est, ut quicumq; futuram desiderat remunerationem,  
 in præfenti nō refugiat laborē. **Quia** illi qui pro deo  
 fideliter suscipiunt laborem, fideliter perueniēt ad re **Mat. 10**  
 muneracionem, quando audituri sunt: **Venite** ad me  
 omēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos.  
**Tollite** iugum meum super uos, & discite à me, quia  
 mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē ani  
 mabus uestris. **Et** quia solet contingere, ut nonnulli  
 tardius conuersi, ab hac uita uocati prius remunera  
 tionem accipiant, quàm illi, qui prius laborare expe  
 runt, recte uoce patrisfamilia: procuratori dicit: [**In**  
 cipiens à nouissimis usq; ad primos] &c. **Quorū** acti  
 ones quasi murmurasse est contra tardius cōuersos,  
 cum illos prius, quàm se remunerari uident. **Qd̄** ue  
 ro subditur, [**Venientes** autē & primi, acceperūt sin  
 gulos denarios. & accipientes, murmurabant aduer  
 sus patremfamilias, dicentes: **Hi** nouissimi una hora  
 fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus  
 pondus diei & ætus.] **Hoc** nanq; solet cōtingere in  
 ecclesia, & maxime in monastico ordine. **Pōdus** em̄  
 dei & ætus illi sustinent, qui ab ipsa pueritia in re  
 gularibus disciplinis nutriti, in uigilijs, in ieiunijs, in  
 labore manuum desudare coguntur. **Sunt** uero alij, q  
 usq; ad senectutem uel decrepitam ætatē carnaliter  
 in seculo uiuunt, sed circa finē uitæ conuersi, post bre  
 uem tribulationem cito perueniunt ad remunerationem: &  
 cum post breuem laborem uocantur ad re  
 quiem, quasi ad istorum acceptiones murmurant, q

pondus diei & ætus sustinent, cū illos uident remunerari, qui nouissimi ad spiritalem militiam accesserunt, se autē in certamine relinquunt. Sed non est murmurandū cōtra dei bonitatē, qm̄ in tali dilatione nō minuitur præmiū, sed augetur, quia electis iustus iudex deus reddet unicuiq; secundū opera sua: & tanto maiorē remunerationem accipient, quanto eius expectatione maiorē laborē sustinent, Apostolo teste: **V**nusquisq; mercedē sc̄dm̄ suum laborē accipiet, unū em̄ accipient omnes denarium, quia unū oīmbus electis præparatum est regnum: & tamen pro diuersitate meritorū, diuersa sunt præmia parata in regno cælorū, dicēte dño: In domo patris mei mansiones multe sunt. Vnde mentitus fuisse conuincitur Iouinianus hæreticus, q̄ dixit nullā differentiā futuram esse inter iustum simplicem & iustū sapientem: inter uirginē & corruptā: inter eum qui minoris sit meriti, & eū qui maioris: cui contradicit Apostolus, ostendens diuersis meritis diuersa p̄mia in resurrectione esse præparata, dicens: Alia est enim claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Et stella à stella differt in claritate, sic erit in resurrectione mortuorū. **H**inc & Daniel, cum de terræ puluere multos confurrecturos prædiceret, ut ampliorē remunerationem ostenderet eos percepturos, qui & bene uiuunt, & lucrandis animabus inuigilāt, dixit: Qui aut̄ docti sunt, fulgebunt sicut splendor firmamēti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quod em̄ nulli cōtra dei iustitiam sit murmurandum, sed de eius bonitate omnibus gaudendum, manifestatur, cum subditur: [Amice, nō facio tibi iniuriam. Nonne ex denario diuuo conuenisti mecū? Tolle ergo quod tuū est & uade &c.] Quasi enim iniuri

1. Cor. 3.

Johan. 14

1. Cor. 15.

Danie. 12.

am deus facere uideretur, si quod ex debito deberet, ex premio non redderet: cum uero nullis per debitum, sed solummodo per gratuitam misericordiam, quibus uult, tribuit, nullus contra iustitiam dei murmurare potest: quoniam cui uult miseretur, & quem uult indurat: miseret sola bonitate, indurat nulla iniquitate: quia & si iudicia eius aliquando sunt occulta, non tamen iniusta. Quod uero subditur, [ Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, ] quotidie in ecclesia fieri cernimus: quia nonnulli tardius ad dominum conuersi, per mentis feruorem & piam deuotionem plures eorum antecedunt, qui tepide & negligenter uiuunt. Quod autem finita similitudine dicitur, [ Multi sunt uocati, pauci uero electi, ] magis timendum est, quam exponendum. Omnes enim, quod uocati sumus, nouimus: utrum uero electi, adhuc ignoramus. Multis enim modis nos uocat deus, per fidem, per baptismum, per poenitentiam, per prospera, per aduersa, per somnia & reuelationes. Sunt autem nonnulli, qui cum fide polleant & doctrinae uerbis luceant, tamen quia a bono opere torpent, ab electione dei reprobantur: quia (ut ait Iacobus apostolus) fides sine operibus mortua est. De talibus Paulus apostolus ait: **Confitentur se nosse deum, factis autem negant.** Et dominus in euangelio: **Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.** Tales namque in die iudicii dicturi sunt: **Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & uirtutes multas fecimus, & demonia eiecimus?** quibus respondetur: **Amen dico uobis, non noui uos.** **Discedite a me operarii iniquitatis.** **Tanto ergo felicitati esse debemus in bono opere, quanto inexcusabiles**

Roma. 9.

Jacob. 2.  
Tit. 1.

Matth. 7.

nos esse scimus de uocatione: ne tempore iudicij cum fatuis uirginibus extra ianuam remanentes, audiamus: Nescio uos, sed cum prudentibus intra thalamum sponsi recipiamur.

**DOMINICA IN**  
Sexagesima. **Luca VIII.**

**In illo tempore: Cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum. Et rel.**



**P**Radicante domino Iesu Christo euangelij regni celestis, mul-  
tæ turbæ eum sequebant, sicut diuersi corpore, ita diuersi mente. Nonnulli propter amorē, nonnulli propter inuidiā, aliquāti propter curationem, aliquāti propter admirationē: quibus dñs ita suum sermonē temperabat, ut in una eademq; parabola, unusquisq; suam sententiā audiret, & omnium infirmitati descendēs, suis sanctis sermonibus similitudines de rebus uisibilibus adhibebat, ut per rem uisibile inuisibilia cognoscere discerēt. Vnde sicut Mattheus ait, Loquebat Iesus cum discipulis suis in parabolis, & sine parabolis non loquebat eis. Non tñ (ut quidā tradunt)



ut aliquādo nō loqueretur sine parabolis, sed in illa  
 prædicatione, quam **Matthæus** ibi describit, nō aliter  
 quā in parabolis loquebat. Sicut em̄ quadripartito  
 modo (ut diximus) eū sequebantur, ita quoq; (ut q-  
 dam tradunt) quadripartito mō suum sermonē tem-  
 perabat, loquēs eis in parabolis & sine parabolis, per  
 similitudines & dissimilitudines. Aliquādo nāq; dñs  
 in suis locutionibus aliqua aperiebat, & aliqua clau-  
 debat, ut p hoc quod intelligimus nō glorie mur, sed  
 potius per ea quæ nō intelligimus, donum dei existi-  
 memus. Vnde cum multæ turbæ cōuenirent, & de ci-  
 uitatibus pperarent ad eum, hoīs qui exiit seminare  
 semen suum, similitudinē pposuit. Nam p uarietate  
 terrarū, uaria corda hominum in illa turba esse insi-  
 nuauit: alios, in quibus semen uerbi dei uarijs modis  
 læsum periret: alios, in quibus fructum bonū per pa-  
 tientiam afferret. Vbi considerandū, qd hāc similitudi-  
 nem ideo p semetipsum dñs dignatus est exponere,  
 ut nobis insinuaret, in alijs similitudinibus, quas nō  
 exposuit, sensus allegoricos esse quarendos. Ostendit  
 em̄ quid sit ager, quid semen, qd terra bona signi-  
 ficet, qd petrosa, & quid spinosa. Sed unum est, quod  
 nobis ad inquirendum reliquit, uidelicet satorē, quē  
 nullum melius, quā ipsum dñm **Iesum Christum**  
 intelligere debemus, qui hō factus, semen uerbi dei  
 in cordibus hominum seminauit, iuxta quod ipse in  
 alia parabola dicit: **Qui seminat bonū semen, est filius**  
**hominis.** Vnde bene hāc similitudinem dicturus,  
 iuxta alios euangelistas, de domo exiisse, mare adij-  
 se, nauem ascendisse cōmemoratur, ipso situ corpo-  
 ris demonstrās, quod ore promebat. Sicut enim pru-  
 uens agricola post eradicationem ueprium & spina-

Matth. 13

rum, post exculum agrum aratri uo mere, de domo egrediens, semē secum defert & in terram spargit, ut multiplicatum illud recipiat: ita dñs Iesus Christus post exculum agrum, i. cor ludæorū, per patriarcharum & prophetarum prædicationem, de domo exiit, i. mundo uisibilis apparuit: nauem ascendit, quia in ecclesia per fidem habitauit, & semen spiritale, id est, uerbū dei in cordibus auditorū seminauit: nō quod ipse non haberet unde colligeret, sed ut nos in horreum patris congregaret. Nam & hodie, cum prædicatores & doctores uerbum Christi prædicant, quasi ipse Christus semen seminat: quia nisi dñs ædificauerit ciuitatem, in uanum laborant qui ædificant eam.

Psal. 126.

Et nisi dominus cor illustrauerit auditorū, in uacū laborat sermo doctorum. Vnde Paulus suam prædicationem, & discipulorum obedientiam nihil sibi reputās, dicebat: Ego plātaui, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Sed quia non omnes uno modo eius prædicationem acceperunt, manifestat, cum subditur: Et dum seminat, aliud cecidit

1. Corin. 3

scus uiam, & conculcatum est, & uolucra celi comederunt illud. Solet cōtingere, ut dum hō agrum serit, uia iuxta sit, & pars quædam seminis in eam cadat: sed semen quod in uia ceciderit, duplici lege perit: aut à uiantibus conculcatur, aut à uolucris cæli rapitur. Via enim dicitur, eo quod aliquid transeuntes per eam uehant. Via enim significat cogitationū calle attritum: semen quippe uerbi dei, quod in tali corde cadit, aut à uiantibus, i. immūdis cogitationibus opprimitur, aut à uolucris cæli, i. ab immūdis spiritibus aufertur: qui dupliciter uolucres cæli nominātur, siue quod p̄ superbiā

de caelo lapsi sint, siue per hoc quod per aerium caelū  
 discurrant. Et aliud cecidit supra petra, 7 natū  
aruit, quia non habebat humorem. Petra enī  
 in hoc loco significat cor durū & indocile, quod uo-  
 mere uerbi dei facile non scinditur: semen aut uerbi  
 dei, si in tali corde ceciderit, & si germinat, tñ ad ma-  
 turitatem non peruenit, quia in humore pseueran-  
 tia radicem nō ligat. Hoc aut significat defectio hu-  
 moris ad radicem seminis, quod iuxta aliam parabo-  
 lam, defectus olei ad lampadas uirginum ornandas.  
Et aliud cecidit inter spinas, 7 simul exortae  
sonae, suffocauerunt illud. Spinae, uiria & pctā  
 significant, de quibus primo homini dictum est: Cū  
 operatus fueris terram, nō dabit fructus suos, sed spi-  
 nas & tribulos germinabit tibi. Mens ergo uitijis de-  
 dita, semen uerbi dei fructificare nō potest. Et ali-  
ud cecidit in terrā bonā, 7 ortum fecit fructū  
centuplū. Terra bona, cor est hominis bonū, non  
 solum ad audiendū uerbū dei paratum, sed etiam ad  
 operandū quod audit, deuotum: & ideo facit fructū  
 centuplum. i. perfectum, quia centenarius numerus  
 in scripturis, p perfectione ponitur: sicut de eo, quī  
 omnia sua ppter deum dereliquit, dicitur: Centuplū  
 accipiet, & uitam aeternā possidebit: non quod is qui  
 unam uxorem reliquit, centum sit recepturus, sed  
 quia talem perfectionem accipiet in praesenti, ut ea  
 quae dereliquit, iterum non reperat, & in futuro uitam  
 eternā possideat, talē terrā centies fructificantē signi-  
 ficabat Isaac, de q legit: Seuit Isaac, & in ipso anno in-  
 uenit cēuplū. Hæc dicens, clamabat. Sed qd cla Selle. 26.  
met, audiamus. Qui habet aures audiēdi, au-  
diat. Quoties hæc admoniti uncūla in euāgelio uel

in Apocalypsi interponitur, mysticum aliquid adquirendum insinuat. Omnes enim qui in illa turba erant, aures corporis habebant: & qui cunctis aures corporis habentibus dicit, Qui habet aures audiendi, audiat, alias aures, id est, corda requirit. Est enim spiritualis auditus, cum anima feruentissimo amore uerbum dei audire desiderat, talem auditum se habere manifesta ut Iob, cum dicebat: **Auditu auris audiui te domine.** Et Iasias: **Domine deus dedit mihi aurem.** Finita autem similitudine, inter turbas clamat, ut clamandum in praedicatione doctoribus ostenderet: non tantum altitudine uocis, quantum instantia praedicationis, iuxta illud quod per Iasiam dicitur: **Clama, ne cesses.** Quia turba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et iterum: **Clama in fortitudine, qui annuncias pacem.** **Interrogabant autem eum discipuli eius, quare esset haec parabola.** Non putandum est, quod mox finita similitudine, discipuli coram turbis interrogauerint, sed (sicut ait Marcus) cum esset singularis in domo, interrogabant eum, quare esset haec parabola. **Qui bus ille ait: Uobis datum est nosse mysterium regni dei, illis autem qui foris sunt, omnia in parabolis fiunt.** Domus autem, in qua discipuli domini interrogabant, spiritualiter ecclesiam significauit, quae domus dei facta est per fidem, de qua scriptum est: **Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.** Illi autem audiunt mysterium dei, qui ingrediuntur tabernaculum eius. Qui ergo uult mysterium dei cognoscere, domum eius se intret, id est, fidelis factus unitate ecclesiae teneatur.

Job. 41.

Isaie. 58.

Psalms. 5.

Psalms. 67.

habitare in domo. cæterum illi qui foris sunt, id est, pagani, Iudæi, hæretici, omnem scripturâ in parabolis audiunt, quia eius mysterium capere nō possunt. Cum autem discipuli domini singulariter interrogauerunt, datur intelligi, magistrum non coram omnibus à discipulis interrogari debere, sed singulariter, ne forte si non habuerit in promptu quod respondere possit, erubescat, siue ut liceat eum quid dicat, considerare. Pulchre autē dicitur, **Vobis datum est nosse** mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, ut ostendar nemini de suis meritis gloriandum, sicut faciebant Pelagiani, qui dicebant hominem iustificari posse sine gratia dei: nec de sua sapientia uel uirtute præsumendum, quando apostoli mysteriū regni dei à seipsis non habuerunt, sed datum à deo acceperunt, iuxta quod unus eorum, scilicet **Iacobus**, loquitur, dicens: **Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminū, apud quem non est trāsmutatio, neque uicissitudinis obumbratio.** Et sicut ipse dominus ait: **Sine me nihil potestis facere.** Vnde glorificat patrem, dicens: **Confiteor tibi pater, dñe cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.** Ita pater, quoniā sic placitum fuit ante te. In eo uero quod subditur, **Ut uidentes non uideant, & audientes nō intelligant,** specialiter Iudæos percutit. **U**identes enim quondam erant & audientes, quā dei uoluntatem cognoscentes, opere complebant. **V**nde & prophætæ eorum **Videntes** appellabantur, quia uidebant ea quæ cæteri uidere non poterant, gentes autē non uidentes, & non audientes erāt, quia domino non cognoscebant: sed domino ueniente in mundo,

**Iacobi. r.**

**Johan. r.  
Matth. ii.**

Isaie. 6

uidentes & audientes, ppter superbiam cœci & surdi facti sunt, qñ in eum credere noluerunt, impleta pphetia Usaia q̄ dicit: **Excæca** cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanẽ eos: non uidentes & nõ audientes credendo illuminati sunt, iuxta illud qđ dñs in euangelio dicit: **In iudiciũ** ego in mundum hũc ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cœci fiant.

Matth. 4

**Exponens** aut̄ dñs parabola, adiũxit: [ **Est aut̄** hec parabola: Semen est uerbum dei. **Qui aut̄** secus uia, hi sunt qui audiunt, deinde uenit diabolus &c. ] **Pulchre** semini uerbum dei cõparatur, qui sicut semen, quod in in terra feritur, paruum uidetur, postea crescẽs multiplicatur: ita uerbũ dei, cum in cordibus auditorũ seminatur, paruum uidetur, sed cũ auditores in bonis operibus creuerint, tunc pariter cũ ipsis uerbũ dei magnũ fructũ in uirtutib⁹ pfert. **Et** sicut ex multiplicato semine pascitur corpus, ita uerbo dei pascit̄ anima, dño dicente: **Non** in solo pane uiuit hõ, sed in omni uerbo quod p̄cedit de ore dei. **Et** quẽadmodum, cum multiplicatum semen congregat in horreum agricola, gaudet: ita cum hõ ad maturitatẽ p̄seuerantiã peruenerit, dignus efficitur ut in horreũ dei congregetur, ubi non esuriat, neque sitiãt, neque percuniat eũ æstus aut sol, sed semper gaudeat, semperq̄ lætetur. **Quasi** eñi tempore sationis paruũ semen aspiciebat **Psalmistã**, cũ dicebat: **Euntes** ibant et flebant, mittentes semina sua. **Quasi** uero idẽ semen multiplicatũ conspexerat, cũ aiebat: **Venientes** autẽ ueniẽt in exultatione, portãtes manipulos suos. **Sic** ergo semen in spe fructus feritur, ita & uerbũ dñi

Psalmt. 125

propter solā mercedē uitæ æternæ docendū est. In se-  
mine q̄ppe aliud est tēpus sationis, aliud messionis:  
quia in hac uita seminandū est, q̄d in futuro recipia-  
tur, q̄n, sicut ait **Apostolus**: **Quęcūq; seminauerit hō,**  
hæc & metet: q̄m qui seminat in carne, de carne &  
metet corruptionē: qui autē seminat in spū, de spiritu  
metet uitā æternā. **Hoc autē semen Apostolus** in cor-  
dibus discipulorū esse gaudebat, dicens: **Gratias ago**  
deo meo semper, p̄ omnibus uobis in gratia dei, quę  
data est uobis in **Christo Iesu**: q̄a in omnibus diuites  
facti estis in illo, in om̄i uerbo, & in om̄i sciētia, ita ut  
nihil uobis desit in ulla gratia. **Qui autē secus uia,**  
**bi sunt qui audiunt, deinde uenit diabolus, &**  
**tolliit uerbum de corde eorū, ne credēs sal-**  
**uifiant.** De hoc semine **Marcus** ita scribit: [ **Hi autē**  
sunt q̄ circa uia, ubi seminatur uerbū, & cum audie-  
runt, cōfestim uenit sathanas, & aufert uerbū quod se-  
minatum est in cordibus eorū. ] **Matthæus** uero ita:  
[ **Omnis q̄ audit uerbum regni, & non intelligit, ue-**  
nit malus & rapit quod seminatū est in corde eius. ]  
In q̄bus uerbis dñicæ expositionis hoc cognoscimus,  
quia uiantes, malas & immūdas cogitationes signifi-  
cant. Sunt em̄ nonnulli, qui uerbum dei audiunt, sed  
dum immunda desideria in cordibus suis cōmorari  
permittunt, semen uerbi dei spiritālē fructum p̄fer-  
re nō potest: dumq; in eorū cordibus immundā cogi-  
tationē immundior sequit̄ operatio, quasi à uianti-  
bus uerbū dei cōculcatur, ne fructificari possit, quali-  
bus per p̄phetam in specie **Iudæ** dicit̄: **Et posuisti ut**  
**terra corpus tuū, & quasi uia transeuntibus.** **Et iterū:**  
**Hi dixerunt animæ tuæ, incuruare ut transeamus: &**  
**q̄ mercedes cōgregat, misit eas in sacculū pertusum.**

Salat. 6.

1. Corin. 1.

Isaie. 57.

Sicut em̄ sacculus pertusus frustra à superiore parte mercedes colligit, q̄s inferius fundit: ita frustra uerbum dei audit, qui illud in uentrem memorię nō retinet.

**Leutt. 11.** Vnde bene in lege om̄e animal quod nō ruminat, immundū reputatur: quia illi à sacrificio dei sunt alieni, à quoq̄ memoria diabolus uerbum uitę tollit, ne credentes salui fiant. Et q̄a diabolus uarijs modis homines ne uerbum dei retineant, illudit, uarijs etiā nominibus ab euangelistis censerur. Ab isto qui hoc euangeliū scripsit, diabolus qui latro siue criminator, uel deorsum fluens, hebraice Belial, quod interpretatur absq̄ iugo, dicitur: à Marco satanas. I. contrarius: & à Matthæo malus appellatur, mille nocendi habet artes. Idem aut̄ qui à Luca diabolus, à Marco satanas, & à Matthæo malus appellatur, deorsum fluere facit quos decipit, & contrarius est animabus fidelium, & ad perpetuū malum quos deceperit pertrahit. tot em̄ habet uocabula, q̄t nocēdi ingenia, de quo per beatum Petrū apostolum dī: **Sobrijs**

**1. Petri. 5.** estote & uigilate, q̄a aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quē deuoret, cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem ei, quæ in mundo est, uestre fraternitati fieri. **Nam quod supra petrā, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt uerbum, & hiradices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.** Sic domino exponente cognoscimus, sunt nonnulli, qui cum uerbum dei predicari audiunt, totis uotis se seruatuos q̄d audiunt, pmittūt: sed ubi locus peccādi aduenerit, subito, q̄d prius, pmiserant, obliuiscuntur. **Verbi gratia, cū audiunt aliqui dñm dicentem, Væ uobis diuitibus, qui**



haberis uestram consolationem: et, **Difficile**, qui pe-  
 cunias habent, intrabunt in regnum celorum, auari-  
 tiam deestatur: sed ubi hora compunctionis transi-  
 erit, non solū pprias diuitias immoderate retinent,  
 sed etiam alienas res concupiscunt uel rapiunt. **Simi-**  
 liter aliq̄, dum audiunt **Apostolum** dicētem, **Adulte-** *r. Cor. 6.*  
 ri regnum dei non possidebunt, carnis immunditiā  
 detestantur, adeo ut & lachrymis plerunq̄ compun-  
 gantur: sed ubi carnis pulchritudo eorum oculis ap-  
 paruerit, obliuiscuntur quod prius p̄ miserant, & sic  
 faciles ad peccatum redeunt, quasi prius contra pec-  
 catum nihil deliberauim haberent. **De quibus p̄ Sa-** *Prou. 26.*  
**lomonem** dicitur: **Sicut** canis reuertitur ad uomitū  
 suum, sic stultus ad stultitiam suā, at contra, dē ipse  
 nos admonet: **Omni** tēpore sint uestimenta tua can-  
 dida, & oleum de capite tuo nō deficiet. **Hinc** de san-  
 cta muliere dictū est: **Et** uultus illius non est ampli-  
 us in diuersa mutatus, i. qualis fuerat tēpore oratio-  
 nis, talem se omni tempore uitæ suæ monstrauit. **Ta-** *Eccles. 9.*  
**les** ergo cum uerbum dei audiūt, quasi germinare in  
 eis uidetur, sed ad maturitatē non puenit, quia con-  
 tra æstum tentationis non pugnant. **Vnde** bñ, iuxta  
**Matthæū** euangelistam, orto sole aruerūt, i. orta ten- *r. Reg. 1.*  
 tatione defecerunt. **Sol** enim in scripturis, cum in bo-  
 no ponitur, dñm Iesum significat, sicut scriptum est:  
**Vobis** qui timetis deum, orietur sol iustitiæ. cū uero *Matth. 13.*  
 in malo, æstum tentationis, sicut de reprobis dicitur:  
**Et** à sole æstuari sunt. **Alios** em̄ prosperitas inflat, ali-  
 os aduersitas frangit, ne acceptū semen ad maturita- *Wala. 4.*  
 tem perducant. **Contra** utraq̄ dāna **Apostolus** semē  
 qd̄ audierat obseruare studebat, cum aiebat: **Per** ar- *2. Corin. 6.*  
 ma iustitiæ à dextris & à sinistris, p̄ gloriā & ignobili

tatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces, sicut qui ignoti & cogniti &c. Omnes enim aequaliter diligebat. Hos enim omnes in suo opere significauit Balaam ille diuinus, qui cum castris Is-

**Dume. 23.** raelitarum cerneret, dicebat: **Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia: sed postea astu auaritia tactus, in eorum morte consilium dedit, quibus se ad mortem fieri similem oporauit. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt, qui audierunt, et a sollicitudinibus et voluptatibus uitae euntes suffocantur, et non referunt fructum.** Mirum ualde uideretur, si qui pia per spinas diuitias interpretari uoluisset, nisi hoc suis uerbis dominus exposuisset, maxime cum spinæ pungat, diuitiæ mulceant: tamen si cum consideratione attendimus, diuitiæ spinæ sunt: quia sicut spinæ suis punctationibus corpus laniant & cruentat, turpe ac foedum in oculis hominum reddunt, sic amor diuitiarum animam miseram & infelicem coram oculis dei facit: & sicut spinæ intractabiles sunt, & uix absque læsione tractari possunt, ita auari & cupidi, quia amore diuitiarum tenentur, non solum extraneis, sed etiam proprijs asperi, amari, & intractabiles sunt, iuxta illud quod per

**Salomonem dicitur: Bene facit animæ suæ uir miserum**  
**prouer. 11** **cor, auarus autem etiam propinquos abijcit. Vnde bene iuxta alium euangelistam, scilicet Martham, non solum diuitias, sed etiam fallaces diuitias dñs appellat, dicēs: Fallacia diuitiarum suffocantur, & non referunt fructum. Fallaces enim sunt, quia diu nobiscum permanere non possunt. Aut enim nos eas deserentes expendimus, aut ipsæ nos manentes reijciunt. Vnde per apostolum Paulum Timotheo præcipitur: Præcipe**  
**Matth. 13**  
**1. Tim. 6.**

diuitibus huius seculi non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis & ceteris. Siue certe fallaces sunt, quia mentis inopia non extinguunt, sed quanto magis acquisitae fuerint, tanto magis in acquisitione animi possessoris accendunt, Salomone testante, qui ait: **Auarus non implebitur pecunijs, nec anima illius saturabit bonis.** Solae autem uerget diuitiae sunt, quae hic nos in fide diuites faciunt, & postmodum haeredes regni caelorum constituunt. has quaerere, has amare dominus monebat, cum dicebat: **Thesaurizate uobis thesauros in caelo, ubi nec erugo nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur.** Vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Si enim uere diuites esse cupitis, ueras diuitias amate: si cultum ueri honoris queritis, ad illam caelestem patriam quantocyus properate. **Ceterae istae diuitiae sunt fallaces, quae sine peccato aut uix aut nullo modo acquiri possunt, iuxta illud quod ait Apostolus: Natiuique uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, quae mergunt hominem in interitum & perditionem.** Vnde timendum est diuitibus ualde, quod dominus terribiliter clamat, dicens: **Vae uobis diuitibus, qui habetis uestram consolationem.** Et iterum: **Difficile est uobis habere in regnum caelorum intrabunt.** Et iterum: **Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum.** Hinc & **Iacobus apostolus:** **Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs quae superuenient uobis. Diuitiae uestrae putrefactae sunt, uestimenta uestra a tineis comesta sunt, aurum & argentum uestrum eruginauit, & erugo eorum uo-**

*Eccles. 5.*

*Matth. 6.*

*1. Tim. 6.*

*Aue. 6.*

*Luc. 13.*

*2. Par. 10.*

*Jacobi. 5.*

Iste. 9.

bis in testimonium erit, & māducabunt carnes uestrae sicut ignis. Et Isaias: **V**a qui cōiungitis domū ad domum, & agrū ad agrum copulatis usq; ad terminū loci. **N**otandum autē, quia duo sunt quae diuitias cōiungunt, sollicitudines & uoluptates. **Q**uia em̄ cum uoluptate sollicitudo non cōuenit, sciendū est, quia alio tēpore amor diuitiarū per sollicitudinē mentem stimulat, alio uero in uoluptate relaxat. **I**n acquirēdo quippe & sollicitudinē habet, ne ipsas perdat, uelut negotiatores de regno ad regnū diuersis tēporibus discurrentes, ut eas acquirere possint, intantiū, ut si quis eis ipsas auferre uoluerit, arma contra eum erigant. **U**oluptatem uero habet in possidendo, quia illis diuitijs satiatus animus eorū, tā in luxuria, quā in alijs rebus iniquis & uoluptarijs erigitur. **Q**uisquis ergo tale cor habet, uerbū dei in eo fructificare nō ualet: quae sicut densitas spinarum rorē celi & calorem solis ad radicem seminis puenire non paritur, ita amor diuitiarū spiritalē pinguedinem in mēte accedere nō permittit. **E**t ideo si in praedicto semine uolumus fructificari, appetitū diuitiarū mortificare debemus. **Q**uia sicut **A**postolus dicit, **N**emo militās deo, implicat se negocijs secularibus. **S**ed his de tribus terrae generibus dicitis, qd de bona terra dominus pferat, audiamus.

2. Tim. 2.

**Q**uod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes, uerbum retinet, & fructum afferunt in patientia. **B**ona ergo terra, bonum est cor hoīs: bona quippe terra tribus terrae generibus contrarium facit: & bona terra, bonum fructum facit, quomodo bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. **S**ed quia non omnes fideles aequaliter fructificant, nec om̄ibus aequalis da

Matth. 12.

tur gratia, recte dicitur: **Hi** sunt qui in corde bono &  
 optimo audiētes uerbum, retinēt illud. **Maius** est em̄  
 optimū esse, quā bonū: quia om̄es in ecclesia pe-  
 ne uerbū audiunt, sed nō om̄es æqualiter ꝑficiūt: sed  
 alius plus ꝑficit, alius minus. **Qui** em̄ temporalem  
 substantiā bene disponit, bonū fructū facit: qui uero  
 om̄ia temporalia pro amore perfectionis reliquerit,  
 optimū fructū facit. **Siue** certe bonū fructū facit, q̄ ꝑ  
 amore filiorū legitimo uiritur coniugio: qui uero cō-  
 tinentiam uel uirginitatem dño uouit, optimū fru-  
 ctum facit. **Vnde** bene **Matthæus** euangelista, ut in-  
 ter ipsos iustos differentiā ostēderet, de iactato in  
 bona terra semine dicit: [ **Et** ortum fecit fructū, ali-  
 ud tricesimū, aliud sexagesimū, aliud centesimum. ]  
**Et** **Marcus**: [ **A**fferbat unum tricesimū, & unum se-  
 xagesimū, & unum centesimū. ] **In** tribus ergo frugū  
 generibus, tres ordines in ecclesia ostendit, coniuga-  
 torum, continentū & uirginum. **Tricesimus** em̄ fru-  
 ctus ad coniugatos pertinet, qui castum inter se amo-  
 rem seruantes, sobrie, iuste et pie uiuunt, quod ab ipsa  
 digitorum iunctione sub quadam figura demonstrat-  
 tur, quemadmodum in trigenario numero digito di-  
 gitus iunctus, castam cōiunctionem inter uirū & uxo-  
 rem significat, de qua scriptū est: **Et** erunt duo in car-  
 ne una. **Sexagesimum** uero fructum uiduæ & contin-  
 nentes proferunt, dum uoluptatem carnis experti,  
 longiorem tribulationem sustinent, quod etiam in  
 ipsa digitorum computatione ostenditur, quemad-  
 modum in sexagesimo numero digitus a digito pre-  
 mitur, eorum tribulationem, quam experti sunt, de-  
 monstrans, sicut ait **Apostolus**: **Tribulationē** carnis  
 habebunt huiuscemodi. **Centesimum** uero fructum

Scene.

i. Cor. 7.

uirgines proferunt, dū carnis incorruptionē dño p-  
mittunt, tanto magis prāmium percepturi, quanto  
huberiorē & grauiorem deo fructū proferunt: cuius  
perfectio in ipsa digitorum cōputatione demōstra-  
tur, quemadmodū centenarius numerus de læua trā-  
sit in dextram: & circulum exprimens, fit in modū co-  
ronæ, illam immarcescibilem coronam uirginis ostē-  
dens, quam per prophetam dominus pollicetur, di-

**Isaie. 56.** cās: **H**ac dicit dominus eunuchis, q̄ custodierint pre-  
cepta mea, & elegerint quæ uolui, dabo eis in domo  
mea & in muris meis locum. **L**ocum nominatū dabo  
eis & nomen sempiternū, quod non peribit. **Q**ui

**Apoca. 14** etiam, si pollutionem non solum mente, sed etiā cor-  
pore fugerint, audiant quod Iohannes ait in **A**poca-  
lypsi: **H**i sunt, qui cum mulieribus non sunt coinqu-  
nati, uirgines enim sunt. **V**el certe tricesimum fructū  
proferunt, qui fidem sanctæ trinitatis confitentur. Sed  
quia fides sine operibus mortua est, tricesimum aditū  
gunt sexagesimo, cū in cōfessione fidei bona opa ad-  
dūt. **Q**uia em̄ sex sunt dies in quibus licet opari, per se-  
xagenariū fructum bona opera figurantur. Sed quia  
qui recte credit & bene uiuit, futuram mercedem ex-  
pectat, centesimum tricesimum pferunt, quē admo-  
dum gloriā aternā percipiant. Sed quoniam in om̄i  
opere bono patientia necessaria est, recte subditur,  
[& fructum afferunt in patientia.] **B**ona igitur ter-  
ra fructū per patientiam profert, quia nulla sunt bo-  
na quæ agimus, si pessimorū mala æquanimiter non  
toleramus. **P**atientia em̄ uera est, q̄ nullo furore uin-  
citur, nulla tribulatione separatur, nulla persecutiōe  
turbatur: quæ non solum in diuinis flagellis necessa-  
ria est, sed etiā ad proximorū persecutionē, ut in om̄i

bus animus perseverantis fructū afferat in patientias  
quia bonus nō fuit, q̄ malos tolerare recusavit. **Hec**  
virtus qualis sit, etiam dominus alibi manifestat, cū  
dicit: In patientia uestra possidebitis animas uestras.  
Et iterum: Beati pacifici, quoniam filij dei uocabun-  
tur. Et alibi: **Habete sal in uobis, & pacem habete in-**  
**ter uos. Vnde Paulus exemplum magistri secutus, di-**  
**scipulis praecepit, dicens: Pacem sequimini.**

**Matth. 5.**  
**Marci. 9.**  
**Hebr. 12.**

**DOMINICA IN**  
**Quinquagesima. Lucae XVIII.**

**In illo tempore: Assumpsit Iesus duo**  
**decim discipulos suos, & ait illis: Ecce a-**  
**scendimus Hierosolymam, & consumma-**  
**buntur omnia quae scripta sunt per prophe-**  
**tas de filio hominis. Et reli.**



**S**uperior textus euan-  
gelicæ lectiōis retulit,  
quomodo dñs tem-  
porales diuitias fugiendas  
& spontaneam paupertatē  
esse amandam docuerit, di-  
cens: **Quia difficile qui pe-**  
**cenias habēt, intrabunt in**  
**regnum cælorum. Facilius est**  
**enim, camelū per foramen**  
**acus transire, quā diuitē**  
**intrare in regnū dei. Et di-**  
**xerūt qui audiebāt: Quis potest saluus fieri? Ait illis:**

**Luc. 18.**

Quae impossibilia sunt apud homines, omnia possibi-  
 lia sunt apud deum. Et iterum ostendit, quia aposto-  
 li, qui omnia reliquerunt, propter regnum dei, multo plu-  
 ra recipient in hoc tempore, & in seculo uenturo uitam  
 aeternam, & post haec subiunxit: **Assumpsit Iesus  
 duodecim discipulos.** Igitur post infirmis reddi-  
 tam sanitatem, post diuitum increpata duritia, post  
 apostolorum spontaneam paupertatem aeterna promissio-  
 ne remuneratam, transit ad passionis suae trophaeum,  
 ut ostenderet, non posse nec salutem perfectam consequi,  
 nec terrena relinquere, & caelestia apprehendere, nisi  
 ille moreretur pro omnium salute, qui est salus omnium  
 nostrum. Quibus etiam uitam aeternam promiserat, pas-  
 siones anteponit tribulationum, ut si eos delectaret  
 locus celsitudinis, prius exerceret dolor tribulatio-  
 nis. Praedictis ergo tribulationibus, considerandum  
 est, quod prauidens dominus ex sua passione animos disci-  
 pulorum conturbandos, longe eis ante eandem passio-  
 nem praedicere uoluit, ut ratio minus turbarentur tem-  
 pore passionis, quanto & hanc a pio magistro praedi-  
 ctam recolerent. Minus enim iacula feriunt, quae pra-  
 uidentur. Nec solum passionis suae poenam, sed etiam re-  
 surrectionis gloriam praedixit, ut cum eum morientem  
 (sicut praedictum erat) cernerent, etiam resurrectionis  
 minime dubitarent. Et quos contristabat denuncia-  
 ta passio, iustificaret praedicta resurrectio. prauidens  
 etiam paganorum stultitiam futuram, qui dicturi erant eum  
 non spontaneae, sed coactum pro nobis passionem susti-  
 nuisse, prius ipsam passionem praedixit, ut intelligamus,  
 quod is qui & locum passionis & tempus praedicere  
 potuit, passionem declinare posset, nisi haec pro nostra  
 redemptione spontaneae sustinuisset. Non enim eum



mors cōpult, sed ipse mortem, quam uoluit elegit, iuxta quod ipse tēpore passionis iudicem allocutus est, dicens: **Potestatem habeo ponendi animā meā,** & **potestatem habeo iterum sumendi eam.** Et iterū: **Nemo tollet à me animam meā, sed ego pono eam.** & iterum sumo eam. **Nec solum paganorū stultitiā,** sed etiam hæreticorum insaniam his uerbis destruit, qui dixerunt alium deum ueteris testamēti, & alium noui, cum ante suam passionem cōplenda prænunciavit, quæ in scripturis de illo fuerant prædicta, ostendens seipsum deū esse ueteris & noui testamenti, qui hoc ageret & doceret, quod eum in ueteri testamento, prophetæ acturum & docturum prophetauerunt. Nimirū ergo ipse est deus ueteris ac noui testamēti, sicut ipse ait per prophetam: **Ego deus & nō muror.** Et iterum: **Ante me non est formatus deus,** & post me non erit. Et pulchre saluator duodecim discipulos assumpsit, quibus secretū suæ passionis reuelauit & resurrectionis, ppter duodenarij numeri pfectionem. Duodenarius em̄ numerus pfectus est, & in suis partibus diuisus, pfectionem quādam significat. **Constat autē ex primo impari & primo pari, id est, ex tribus & quatuor:** quia primus impar, ternarius: primusq; par, quaternarius. siue em̄ tria in quatuor, siue quatuor in tria ducas, duodenarium numerum complent, & tres quidem ad pfectionem p̄tinent, propter indiuiduam trinitatem patris & filij & spiritalis sancti: & propter tria tempora, ante legem, sub lege, & sub gratia, siue, ppter tres principales uirtutes, fidem uidelicet, spem & charitatē. **Quaternarius autē & ipse ad pfectionem pertinet, propter quatuor euangelia,** & propter quatuor principales uirtutes,

Johan. 10

Wala. 3.  
Isaie. 43

sive propter quatuor tempora anni, uel propter quatuor aetates, quae plena oculis ante & retro in circuitu sedis dei esse commemorant. Duodenarius quoque numerus & ipse perfectus est, propter duodecim patriarchas, & duodecim apostolos, & duodecim menses anni, & duodecim horas diei, uel propter duodecim seniores, & geminato numero in Apocalypsi agnum adorant, mittentes coronas suas ante thronum dei. Quia ego dominus & fidem sanctae trinitatis & doctrinam quatuor euangeliorum, per duodecim apostolorum praedicationem nunciaturus erat mundo, recte duodecim apostolos assumpsit, quibus secretum suae passionis reuelauit, dicens: [Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. ut cum omnia in eo completa uiderent, quae ab illo praedicta audiebant, memores essent praeccepti, quo ait: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: &

**Apoc. 4.**

quod in aure auditis in cubiculis, praedicate super terra. Notandum autem quod ait, [Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabunt omnia quae scripta sunt de filio hominis.] Queritur autem quare dicat, [consummabuntur omnia quae scripta sunt de filio hominis,] cum tempore passionis omnia completa non sint, quae de illo praedicta erant. Adhuc enim restabat gloriosa eius ascensio, & spiritus sancti de caelis missio, aduentus ad iudicium, & discipulorum praedicationis, & gentium uocatio, & multa alia, quae de illo praedicta nemo ambigit. Sed ad hoc dicendum, quod uetus scriptura est, pro tropum synecdochen aliquando totum pro parte, aliquando partem pro toto ponere. pars pro toto ponit, sicut scriptum est: Descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta. Nunquid animarum sine corporibus descenderunt? absit. Sed per meliorem huius partem

**Luc. 12.**

quod in aure auditis in cubiculis, praedicate super terra. Notandum autem quod ait, [Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabunt omnia quae scripta sunt de filio hominis.] Queritur autem quare dicat, [consummabuntur omnia quae scripta sunt de filio hominis,] cum tempore passionis omnia completa non sint, quae de illo praedicta erant. Adhuc enim restabat gloriosa eius ascensio, & spiritus sancti de caelis missio, aduentus ad iudicium, & discipulorum praedicationis, & gentium uocatio, & multa alia, quae de illo praedicta nemo ambigit. Sed ad hoc dicendum, quod uetus scriptura est, pro tropum synecdochen aliquando totum pro parte, aliquando partem pro toto ponere. pars pro toto ponit, sicut scriptum est: Descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta. Nunquid animarum sine corporibus descenderunt? absit. Sed per meliorem huius partem

**Gene. 45**

quæ est anima, totus intelligitur homo. Totū uero pro parte ponitur, sicut alibi legitur: Videbit omnis caro salutare dei. Nō quod saluatore uenientē ad iudicium, caro uolucrū & serpentū atq; bestiarū uisura sit, sed omnis caro. i. omnis homo. Nam & in domini passione de larronibus dicitur, quod uterq; dominū blasphemauerit, qd alius euāgelista manifestius ostēdit, scilicet, quia unus eum blasphemauerit, alter uero crediderit. Ita ergo & in hoc loco à maiori parte totum p parte posuit, cum dixit: [consummabūtur omnia.] Qui modus locutionis non solum in scripturis, sed etiā in nostris cōfabulationibus usitatus est, cum dicere solemus, omnis homo in ciuitatem ascēdit, uel omnis urbs conclamauit, non quod aliq; extra ciuitatem non remāserit, uel in ciuitate tacens nō fuerit, sed à maiori parte totum significamus: ita & in hoc loco à maiori parte totum significatur, cū dicitur, consummabuntur omnia, non quod omnia in passione consummata sint, sed quia magna ex parte consummata sunt, omnia consummanda dicuntur. Quæ em̄ à diuersis patribus diuersis tēporibus prædicta sunt, in uno eodemq; filio hoīs dño Iesu Christo cōsummata sunt. Quod ut manifestius intelligatur, dicamus sub exemplo. uerbi gratia, uiginti quis denarios erogauit, rursus quinq; & aliās quindecim: triginta quoq; & ter decies per diuersa tempora dedit: hæc si in unum receperit, cētenarij numeri summam inueniet: ita ergo dñi incarnatio, passio, & resurrectio diuersis temporibus à diuersis patribus prædicta sunt, sed in uno mediatore dei & hominū cōsummata, & ideo firmitas fidei immobilis perseverat: quæ omnia q̄ in Christo futura erant, antea prædicta fuerūt.

Passionem quot; prædicens, magis se filium hominis, quàm filium dei appellari uoluit, ut ostenderet, quia per hoc quod filius hois fuit, potuit teneri, flagellari, pati & crucifigi, diuinitas aut impassibilis manifestat. Quæ autẽ essent, quæ tempore passionis in illo cõsummanda essent, manifestat cum adiugit: **Traditurẽ gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint occident eum, & die tertia resurget.** quæ omnia de illo prædicta, & in illo cõpleta nullus fidelium dubitat, & diligẽs lector facile reperire potest. Quod em tradendus esset, prædictũ fuit, scilicet ab Ieremia, qui dicit: Tradidit me quẽ diligebam. Et Psalmista, Traditus sum & non egrediebar. quod impletum est tempore passiois, qñ Iudas Scarioth unus de duodecim, abiit ad principes sacerdotũ, dicens: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argẽteos. & accepta pecunia, tradidit eum ministris principis sacerdotum, dicẽs: Quẽ osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Quod illudendus esset, sic in eius persona dicit Psalmista: Opprobriũ factus sum uicinis meis, subsannatio & illusio inimicis meis. Et iterum: Lũbi mei impleti sunt illusionibus. Et Ieremias: Insurrexerũt in me uiri illufores. qd impletum est tempore passionis, quando coronam spinæ imponentes capiti eius, & dantes arundinẽ in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: **Aue rex Iudgorum.** Quod flagellandus esset, sic in eius persona Zacharias propheta prædixit: Virga percutient filij Israel principem suum. Et iterum: Percutiam pastorem, & dispergẽtur oues gregis. qd impletum est in passione, quando flagellis iustus est

psal. 78.

Matth. 26

psalm. 30.

psalm. 37.

Zach. 13.

cedi, dicente Pilato: Ergo flagellatum eum dimittā.  
 Quod conspuendus esset, sic in eius persona prædixe-  
 rat Isaias propheta: **Faciem meam non auerti ab in-**  
 crepantibus & conspuentibus in me. **Et Iob: In surre-**  
 xerunt in me uiri iniqui absq; misericordia, & non pe-  
 percerunt in faciam meam spuere, quod impletū est  
 tempore passionis, quando spuerunt in faciem eius.  
 Quod occidendus esset, sic prædixerat Daniel, dicēs:  
 Occidetur Christus, & non erit eius &c. **Minc Moy-**  
 ses filijs Israel ait: **Et erit uita tua pedēs ante oculos**  
 tuos, & nō credes uite tuæ, sed timebis. qd impletū ē,  
 quando pendens in cruce inclinato capite, emisit spi-  
 ritum. Quod post mortē die tertia resurrecturus es-  
 set, sic scriptum est in Osee propheta: **Viificabit nos**  
 post duos dies, in die tertia resuscitabit nos, & uiue-  
 mus in conspectu eius. **Et Sophonias: Expecta me,**  
 dicit dominus, in die resurrectiōis meæ in futurum.  
 Et ipse per Psalmistam: **Ego dormiui & somnum ce-**  
 pi, & exurrexi. Et alibi: **Resuscita me, & ego reddam**  
 eis, quod impletum est die tertia post passionē, quan-  
 do mulieres, quæ ante diluculum ad sepulchrum uen-  
 nerāt, ab angelo audierūt: **Iesum quē quæritis, nō ē hic,**  
 surrexit. **Et ipsi nihil hoz intellererunt. Erat**  
**autem uerbum istud absconditum ab eis, et**  
**non intelligebant quæ dicebantur. In euange-**  
 lio secundum Iohannem legimus, quod cum domi-  
 nus Iudæis de sua passione uelate loqueretur, dicens:  
 Cum exaltaueritis filium hominis, tunc scietis quia ego  
 sum. **Et, Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad**  
 me ipsum: ipsi statim intelligentes, responderunt di-  
 centes: **Dæmonium habes, quis te quærit interficere?**  
 Nos audiuimus quia **Christus manet in aternū: hic**

Isaie. 50.  
Job. 30.

Daniel. 9.  
Deute. 28.

Osee. 6.

Sopho. 3.

Psal. 7.

Johan. 8.

Johan. 12.

Johan. 7.

uero, cum manifeste suam passionem prædiceret, apostoli nihil horum intellexerunt. Quid est quod Iudæi tam uelata audierunt, ut euangelista expositione dignum duceret, dicens: **Hoc** autem dixit, significans qua morte moriturus esset, & ipsi statim intellexerunt: apostoli autem manifeste audierunt, & non intellexerunt: innumerum quod istis pietas abscondebatur, illis impietas patefaciebat. **Habet** enim humana mens hoc, proprium, ut quod omnino non uult, aut uix aut tarde credat: & quod omni modo fieri uult, facile intelligat, & facilius credat. Quia ergo Iudæi hoc optabant quod occidere possent, licet occulte de eius passione aliquid audirent, cõfestim intelligebant: quia uero apostoli nec optabant, nec credebant quod Christus dei filius mori posset, licet manifeste eius passionem prædictam audirent, non intelligebant. Nam quantum dura & aspera eius passio discipulorum mentibus uideretur, Petrus indicat, cui cum dominus alibi suam passionem prædiceret, assumpsit eum secreto, dicens: **Absit** à te domine, non fiet istud. non enim decet, ut filius dei gustet mortem. Verbum autem in scripturis sacris tribus modis intelligitur, aliquando pro ipso domino, aliquando pro facto ponitur, aliquando pro dicto. Pro domino, ut illud: In principio erat uerbum. Et illud, Verbo dñi cæli firmati sunt. Pro facto, ut in Exodo legim<sup>9</sup> de Moysè, interfecto Aegypcio: Quomodo palam factum est uerbum istud? sicut alibi legitur: Quicumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei, &c. ita & in presenti loco pro dicto ponitur, cum dicitur: [Erat uerbum istud absconditum ab eis]. i. dictio ista. Sed quia discipuli, quod de domini passione manifeste audierunt, non intellige-

Johan. 12.

Matth. 16

Exod. 2.

Matth. 12

bant, uenitur ad miraculū. Nam in eorū presentia cæcus illuminatus ē, ut discerēt nihil de eius uerbis dubitare, quem talibus miraculis uidebant conuicere.

Vnde & subditur. Factum est autē cum appropinquaret Jericho, cæcus quidā sedebat secus uiam mendicans. Jericho ciuitas est trās Iordanem in terra promissionis, ad quam filij Iſrael primum uenisse, Iordanis amnē transeuntes, leguntur, quæ temporibus Iosue mirabiliter à dño, arca ipsius domini septem diebus circumducta, subuersa est: sed tēporibus Achab regis ab Ahiel principe reedificata, ut Regū narrat historia, q̄ iuxta interpretationē 3. Reg. 16. Iosue in primogenito suo fundauit eam, in nouissimo suo stabiluit portas eius. Interpretata autē Jericho in nostra lingua, dī luna. Luna q̄ppe, quæ mensuris horis crescit & decrescit, in scripturis aliquādo defectū nostræ mortalitatis insinuat, qui crescimus nascendo, de crescimus moriendo: augemur in prosperis, minuihur in aduersis. Dominus autē quasi Jericho appropinquauit, quando defectū nostræ carnis siue mutabilitatē assumpsit: ut qui immutabilis erat in suis, mutabilis fieret in nostris. Sed eo Jericho appropinquāte, cæcus quidā sedebat secus uia mendicans. Vnde & quidam metricorum ait: Filius occurrit dño cæcatus in orbe Timæi quondā. Spirituali ter uero genus designat humanū, quod tunc cæcitatē mentis incurrit, quādo lumen ueritatis amisit, & ad concupiscendū lignum uetitū oculos aperuit, & in tenebris erroris incidit, in qua non solum gentilis, sed etiā Iudæorū populus tenebatur, qui de peccata tiradice ortus, originalis peccati uinculo tenebatur astrictus, teste Apostolo q̄ ait: Non est distinctio lu- Roma. 2.

dæi & Græci omnes em̄ peccauerūt, & egent gloria dei. **V**nde bene Matthæus duos cæcos posuit, ut ex utroq; populo aliquos illuminandos per dñi incarnationem insinuaret. **C**um ergo dñs Iericho appropinquauit, cæcus illuminatus est, uidelicet genus humanum: quia cum mortalitate nostræ carnis indutus fuit, ad suam immortalitatē nos reformauit. **S**ecus uiam autē sedebat, q̄a à uia ueritatis recesserat. **B**ene autem cæcus iste & secus uiam sedere, & mendicare dicitur, q̄a sunt nonnulli qui nec secus uiam sedent, nec mendicant. **S**ed iterum sunt alij, qui secus quidē uiam sedent, sed non mendicant. **A**dhuc etiam sunt alij, qui & secus uiam sedent, & mendicāt. **V**ia enim Christus est, q̄ dicit: **E**go sum uia, ueritas & uita. **N**ec secus uiam sedent, nec mendicant, q̄ nec deum credunt, nec spirituales diuitias ab eo quærunt. **S**ecus uia sedent, sed nō mendicant, sicut peruersi & falsi Christiani, qui deū credunt, sed à bono opere torpentes, spirituales diuitias ab eo quærere non student, qui (iuxta Apostolū) confitentur se nosse deum, factis autē negant. **S**ecus uiam sedent, & mendicant, qui deū credunt, & celestem gloriam assiduis orationibus quærere non cessant, de qualibus dñs dicit: **B**eati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm̄ ipsi saturabuntur. **E**t cum audisset turbā prætereuntem, interrogauit quid esset. **T**urba præteriēs, patriarcharum significat ordinem & prophetarum, qui propterea prætereuntes dicunt, quia per successionem geniti & generantes, de hoc seculo transferunt: multa tamen de dñi incarnatione, & passione, & resurrectione, atq; humani gñis redēptione scripta reliquerunt. **Q**uod cū audisset cæcus. i. genus humanū, interrogauit quid

**Siti.**

**Matth. 5.**



hoc esset. Et illi dixerunt ei, quod Iesus Nazare-  
 renus transiret. Et cum audisset ab eis, quod Iesus  
 Nazareus transiret. i. cum ex eorum libris domini incar-  
 nationem, passionem & resurrectionem didicisset,  
 credula uoce cepit clamare, dicens: Iesu fili Da-  
 uid, miserere mei. In cuius uerbis pulchre catholi-  
 ca comendatur fides, quae mediatorem dei & hominum,  
 & uerum deum, & uerum hominem confitetur & credit.  
 Nisi enim uerum deum credidisset, misereri sibi ab illo non  
 posceret: & nisi eundem uerum hominem credidisset, non  
 diceret, [Iesu fili Dauid.] Iesus namque latino eloquio,  
 saluator siue salutaris dicitur. Sic enim Iesum clamauit,  
 ut filium Dauid non dimitteret: & sic filium Dauid inuo-  
 cauit, ut saluatorem non pertransiret, ostendens quia  
 mediator dei & hominum dominus Iesus Christus, in una ea-  
 demque persona ex diuina humanaque substantia perfectus  
 deus, perfectus est & homo credendus. Filius Dauid dicitur,  
 quia de stirpe Dauid carnem pro nobis redemptor sus-  
 cepit, sicut uoce angeli ad Mariam dicitur: Dabit ei dominus  
 deus sedem Dauid patris sui. Et Apostolus: Qui factus  
 est ei ex semine Dauid secundum carnem. Bene  
 autem Iesus Nazareus transire dicitur, quia non sicut  
 caeteri mortales in mundo permansit, sed postquam  
 praedicauit & passus est, diabolo superato, uictor ad  
 patrem rediit. Transitus autem ipsius fuit de caelo in  
 uterum, de utero in sepulchrum, de sepulchro iterum  
 in caelum. De cuius transitu Petrus apostolus dicit:  
 Qui pertransiuit benefaciendo, & sanando omnes op-  
 pressos a diabolo. Cuius transitum admirans eccle-  
 sia, in Canticis canticorum ait: Ecce iste uenit saliens  
 in montibus, transiliens colles. Et qui praebant,  
 increpabant eum, ut taceret. Hi qui praecedent

Luce. r.  
Roma. r.

Actu. 10.

Canti. 2.

tes cæco silentium imponere uolebāt, turbas immū-  
 dorum spirituum significant, qui initio fidei humanū  
 genus à domini credulitate reuocare conati sunt, nō  
 solum suadendo, sed etiam increpando, id est, persecu-  
 tiones & tribulationes commouendo. Sed quid cæ-  
 cus fecerit, audiamus. Ipse uero multo magis  
clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Sed cæ-  
 cus magis ac magis clamabat, quia quanto amplius  
 genus humanū se ab immundis spiritibus sentit op-  
 primi, tanto ardentius studet ad dominum clamare,  
 dicens cum Propheta: Domine, refugium factus es  
 nobis à generatione & proge. Vnde & bene dicitur:  
Stans autem Iesus, iussit cæcum adduci ad se.  
 Tunc autem dominus cæcum ad se spiritali-  
 ter adduci iussit, quando apostolos ad prædicandum  
 generi humano misit, dicens: Euntes in mundū uni-  
uersum, prædicare euangelium omni creaturæ. Et ite-  
 rum: Euntes docete omnes gētes, baptizantes eos in  
nomine patris & filij et spiritus sancti. Qui tunc eum  
 adduxerunt, quando profecti prædicauerunt ubiq-  
 & reliqua. Et cum appropinquasset, interro-  
gauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? Ad-  
 ducto autem cæco ad se, interrogauit eum quid uel-  
 let, non quod ignoraret, cum pene omnes, qui ibi ad-  
 erant, id nossent: sed lumen quod ex sua bonitate  
 largiturus ei erat, ad sui petitionem tribueret, & eius  
 cōfessionem approbare. Pius enim dominus sua do-  
 na gratuita, nra uult esse merita, id est, non uult bo-  
 num nostrum inuitum & coactum esse, sed sponta-  
 neum & uoluntarium: & quod nobis spōte largiunt,  
 uult nostris petitionibus tribuere. Et ideo, quamuis  
 sciat quid nobis necesse sit, antequam petamus eum,

Psalm. 89.

Marci. 16.  
Matth. 28

dicens: Ne solliciti sitis animæ uestræ quid manduce-  
 tis, &c. importune nos tamen ad petendum inuitat,  
 cum dicit: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis:  
 pulsate, & aperietur uobis. **Omnis enim qui petit, ac-  
 cipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. At  
 ille dicit: Domine, ut videam.** De quo cæco uerfi-  
 ficus quidam ait: Non aurum cæcus domino, non p-  
 mia multa, sed lucē petijt, radiansq; refulsit in astris.  
 Cuius in exemplo cuncta radiantia poscūt. In cuius  
 petitione discimus, quia in oratione non aurum, non  
 argentum, non terrenas diuitias, nō longiturnam ui-  
 tam, non uindictam inimicorum: sed inestimabile lumē  
 querere debemus, hoc est, ut ipsum uidere possimus,  
 qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc  
 mundum, iuxta quod ipse admonet, dicens: **Quærite**  
 primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia  
 adicientur uobis. Quantum autem fides ualeat, ma-  
 nifestatur, cum inferur: **Et Iesus ait illi: Respi-  
 ce, fides tua te saluum fecit.** Si enim isti e per h-  
 dem illuminatus est, quicumque non credit, infidelis  
 est, quia in tenebris manet, & in tenebris est. **Cum**  
 ergo ait, [Fides tua te saluum fecit,] intelligitur, quia  
 fides magna est uirtus, sine qua impossibile est place-  
 re deo, Sicut enim infidelitas marer & radix est omni-  
 um uiciorum, sic fides origo omnium uirtutum, di-  
 cete Propheta: Iustus autem ex fide uiuit, quam dñs  
 cōmendans discipulis, ait: **Habete fidē dei.** Et iterum: **Si**  
 habueritis fidē sicut granum sinapis, diceretis monti  
 huic, transi hinc, & trāsiret. **Q**uod autē nemo bñficijs dei  
 ingratus debeat remanere, recte de eo dicit: **Et cōse-**  
**rum uidit, & sequebatur illū magnificās deū.**

Matth. 6.

Matth. 7.

Matth. 6.

Habac. 2.

Marci 11.

Luc. 17.

Quanto enim quisque plus à deo illuminatur, tãto amplius & perfectius bonis operibus se exercere debet: sicut iste cecus mox recepto lumine non piger remã sit, sed deum secutus est, magnificans illum. Decebat enim, ut is qui à dño illuminatus fuerat, non retro rediret, sed deum sequeretur. Sequi em̃ dñm, imitari e, sicut ipse dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur &c.

Johan. 12.  
Matth. 16

Et iterũ: Qui uult uenire post me, & reliqua. Vbi notandum, q̃a sunt nonnulli, qui nec uident, nec sequuntur: sunt alij, qui uident, sed non sequuntur: alij etiam sunt, qui & uident & sequuntur. Nec uidet nec sequuntur, sicut sunt pagani & Iudæi, qui nec bonum intelligunt, nec operantur. Vident & non sequuntur, qui bonum intelligunt, sed operari contemnunt, sicut falsi ac repidi Christiani, de quibus dominus ait in euangelio: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum celorum. Et, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Vident & sequuntur, ueluti perfectissimi Christiani, qui & deum credunt, & bonum quod intelligunt, opere complent. Vnde apostolus Paulus dicit: Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem. quos

Isaie. 29.

Roma. 10.

1. Petri. 2.

apostolus Petrus hortatur, dicens: Christus passus e pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. **Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.** Non solum autem de miraculo quod acciderat, uerum etiam & de fide ipsius cegi, hi q̃ adederant, dominum glorificabãt: ita & nos bona opera faciẽtes, in sanctis cõuersationibus nostris tales nos ostẽdere debemus, ut in nobis glorificetur deus, sic-  
Matth. 5. ut ipse admonet, dicens: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent

patrem uestrū, qui in cælis est. Sed quod ad genus hu-  
 manū diximus pertinere generaliter, potest et ad unū-  
 quenq; peccatorem referri specialiter. Qui enim cri-  
 minale peccatum cōmittit in opere, quale est adul-  
 terium, homicidium, furtum, rapina, sacrilegium, &  
 his similia, odiumq; gestat in corde, cæcus est in mē-  
 te, Iohanne apostolo teste, qui ait: **O**m̄is qui odit fra-  
 trem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, &  
 nescit quō eam, quoniam tenebræ obcæcaverunt o-  
 culos eius. **Q**ui autem desiderat illuminari, & cæcitatē  
 mentis deponere, non debet orando à petitione ces-  
 sare, sed spiritualiter semper mendicare, id est, ad eccle-  
 siam veniar, & humiliter sua peccata commissa con-  
 fiteat, præterita peccata fletibus diluat, & ad audien-  
 dum uerbum diuinum libenter aures cordis aperiat.  
 (Ibi enim in sanctorum exemplis siue uerbis reperi-  
 er, quoniam de præteritis delictis satisfactionem ac-  
 cipiet, & de futuris cautelam:) sed si pro æterna uita  
 cœperit cogitare, & ad eam post peccatum fletore  
 dire, cæcus & secus uiam sedet, & mendicat, cui recte  
 congruit quod dicitur: [Et cum audiret turbam præ-  
 gereuntem, interrogabat quid hoc esset.] Turba præ-  
 gereuntem, interrogabat quid hoc esset. Turba præ-  
 gereuntem, sauctorum est unanimes chorus, uel eorum  
 actiones & doctrinam significat, qui propterea præ-  
 gereuntes dicuntur, quia nō habent hic manentem ci-  
 uiratem, sed futuram toto desiderio inquirunt. Præ-  
 gereuntes quippe sanctorum est, nō in amorē mundi, ra-  
 dicem cordis infigere, sed ad æternam uitam toto de-  
 siderio festinare. **V**nde unus eorū, cum uidisset impi-  
 um super exaltatū & eleuatū, ait: **T**ransiui, et ecce nō  
 erat, &c. **C**ūq; ex eorū exemplis & dictis peccator pec-  
 cantibus audierit terribiliter comminari pœnam, &

1. Iohan. 2

psal. 36.

**A**postolum clamantē, **N**olite errare, **N**eq; adulteri, neq; ebriosi, neq; rapaces, neq; masculorū concubitores regnū dei possidebūt. **E**t pœnitentibus repromittit ueniā, cōpunctus corde interrogat, quid hoc sit. **E**t cū ex eorū uerbis didicerit, nihil esse omne quod terrenū & transitorium est, quasi Iesum Nazarenū transire audit. **Q**uid agere debeat, si lumen cordis recipere desiderat, cæcus suo exemplo ostēdit, cum clamauit, dicens: [Iesu fili Dauid, miserere mei.] **C**æcus enim ad dñm clamat, qm̄ peccator pro peccatis suis ueniā petens, humiliter ingemiscit, dicens cum Propheta: **Q**m̄ iniquitatem meā ego cognosco, & peccatū meum contra me est semper. **T**ibi soli peccaui, & malū coram te feci. **S**ed quia immundi spiritus contra eum quem redire ad ueniā uiderint, consurgunt, recte subditur: [Et qui præibant, increpabant eum ut taceret.] **P**rætereūtes ergo cæco silentiū imponere uolebant, quia immundi spūs, ne peccator ad pœnitentiā redeat, cōtradiciunt. **M**ultis quoq; modis immundi spiritus post confessionem mentē retrahere conant, ne in cōuersione permaneat, aliquādo suasionibus, aliquando increpationibus, contra quæ omnia scriptura **S**alomonis animum firmare admonet, cum dicit: **F**ili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animā tuam ad tentationem. **N**ec solum immundi spiritus, sed etiā ipsa cōsuetudo peccandi durius incipit rebellare, cum senserit post allue ta mala ad uirtutes uelle ire. **V**erbi gr̄a, ebriosus aliquis cum ad sobrietatē redire consurgit, mox contra eum titillatio potandi surgit: adulter dū castitatē uouit, statim contra eum carnis delectatio consurgit, & ad præterita cōmissa retrahere cupit, ne ad dominum

**Ecc̄l. 21**

conuertatur: quia caro concupiscit aduersus spiritū,  
spiritus autē aduersus carnem. **H**æc em̄ sibi inuicē ad  
uerfantur, ut non ea quæ uolumus faciamus, nec pu-  
ra mente deū cōspicere ualeamus. **S**ed quid facere de-  
beat, siue cōtra immundorū spirituum temptationem,  
siue contra carnis delectationē, qui huiusmodi est, ex  
emplo huius cæci instruitur, cū subinfertur: [ipse ue-  
ro multo magis clamabat: **F**ili **D**auid, miserere mei.  
**Q**uo em̄ acrius se aliqs sentit impugnari à maligno-  
rum spiritū temptatione, seu ab ipsa cōsuetudine pec-  
candi, eo fortius debet pugnare in oratione. **P**ropter il-  
lud quod dñs ait: **H**oc genus non eiicitur nisi in ora-  
tione & ieiunio. **V**n̄ a postolus **P**etrus fideles per epi-  
stolā admonet, dicēs: **E**stote prudentes, & uigilate in  
orationibus, quia aduersarius uester diabolus tanq̄  
leo rugiēs circuit, quærens quē deuoret, cui resistite  
fortes in fide. **N**ec em̄ diuina pieras adiutoriū sibi pe-  
tenti negabit, si ille orando à petitione nō defecerit,  
nec de suis meritis aliqd præsumat, sed in illius mise-  
ricordia cōfidat, cui per Prophetā dicit: **I**n dño facie-  
mus uirtutē, & ipse ad nihilum deducet inimicos no-  
stros. **Q**uantā autē misericordiā dñs pœnitentibus ex-  
hibeat, quale auxiliū pugnātibz cōtra peccatū p̄be-  
at, manifestat, cū subiungit: [ **S**tans autē **I**esus, iussit eū  
adduci ad se. ] **Q**ui ergo prius transibat, propter ten-  
tationes dæmonum humanis mentibus illatas, nunc  
per instantiam clamoris stat. **Q**uia cū phantasmata  
temptationum in oratione patimur, quasi transeuntē  
dominum audimus: sed si in orando, querendo, petē-  
do, pulsando perseuerauerimus, quasi si ans nos ad se  
adduci iubet. **Q**uoniam tranquillitate mentis red-  
dita, dulcedinē suā contēplationis uel tenuiter mani-

*2<sup>a</sup> Marc. 9.*

*1<sup>a</sup> Pe. 4. 5*

*Psalm. 59.*

math. s. festat, quia ut ipse ait: Beati mūdo corde, qm̄ ipsi de-  
 um uidebunt. Et q̄a in oratiōe ante om̄ia æternam  
 gloriā quærere debemus, recte interrogatus cæcus à  
 dño [Quis uis faciam tibi,] respondit: Dñe, ut uide-  
 am. ] Et præcipue fides in oratione necessaria est, ut  
 bonū quod quærimus, firmiter accipere posse deo  
 donante credamus, iuxta illud quod dñs ait: Amē di-  
 co uobis, quicq̄d orantes petitis, credite quia accipie-  
 tis, & fiet uobis. Et qm̄ quicunq̄ non negligit digne  
 pœnitere, de uentia nō debet desperare, recte dicitur:  
 [Respice, fides tua te saluū fecit. ] De q̄ recte subdit:  
 [Et cōfestim uidit, & sequebatur illum, magnificās  
 deum. ] Solet autē contingere, ut quanto quisq̄ de  
 maioribus peccatis per pœnitentiā fuerit liberatus,  
 tanto grator liberatoris misericordia cognoscitur.  
 Vnde bene dicitur: [Et om̄is plebs ut uidit, dedit lau-  
 dem deo. ] Quo em̄ quisq̄ in gradu est altior, eo &  
 in crimine grauior: quāto autē de grauioribus pecca-  
 tis à deo fuerit liberatus, & de profundioribus tene-  
 bris erutus, tanto gloriosius domini misericordiam  
 deprecabitur.

## IN DIE CINERVM

Matthæi VI.

¶ In illo tempore: Dixit Iesus discipulis  
 suis: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypo-  
 critæ tristes. Et reliqua.

**I**eiunium quippe omnipotenti deo gratum est,  
 ita duntaxat, si digne & irreprehensibiliter fiat.  
 Erant quidē scribæ & pharisæi, q̄ tempore ieiun-



nisi sui exterminabant facies suas, quatenus parerent  
 hominibus ieiunantes. Si ergo hypocritæ erant illi, qui  
 ideo facies suas exterminabant, ut hoibus ieiunantes  
 apparerent, constat quia qui aliud tenet in corde, &  
 aliud agit in ope, hypocrita est, sicut scribæ & phari-  
 sæi, quia cum haberet lætitiã in mēte de uana gloria,  
 tristitiam tñ præferebant in uultu. **Exterminant  
 em̄ facies suas.** Pro eo uerbo quod in consuetudi-  
 ne legimus, extermināt, beatus Hieronymus docet  
 esse legendū, demoliūtur. Nā exterminare est, extra  
 proprios terminos educere. Verius ergo legit, demo-  
 luntur facies suas, hoc est, deprauāt, & nō lauant se,  
 pallorē etiam continuū faciem enus præterdūt. **Ut  
 videantur ab hominibus.** Hoc est, ut humanā  
 inde laudē consequant. **Tu cū ieiunas, unge, ca-  
 put tuū.** Hoc est, dū ieiunas, festiuum te exhibe. Pa-  
 lestini, scđm quorum morē dñs loquit, diebus festis  
 oleo ungebāt caput, & preciosis unguentis fovebāt.  
 Et est sensus: Cum ieiunas, festiuum te exhibe & hila-  
 rem, quasi non uidearis ieiunare, sed potius solenni-  
 tatem celebrare. Allegorice uero oleū sicut ponitur  
 in malā partem, ira & in bonā. **Recipitur em̄ in malā  
 partem,** qñ adulationem significat. **Vnde p̄ Psal-  
 mistam dicit: Oleum p̄tōris nō impinguet caput meū.**  
 Recipitur etiam in bonā partem, sicut idē Psalmista  
 dicit: **Vnix te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cōsor-  
 tibus tuis.** In oleo em̄ charitas significatur, quia sic-  
 ut oleū cūctis liquoribus præcellit, ira etiā charitas  
 cunctis uirtutibus præminet. **Vnde Paulus, cum de  
 ea loqueretur, dicit: Adhuc excellētiorem uia uobis  
 demōstro.** Et alibi: **Manent nunc tria, fides, spes, cha-  
 ritas.** Maior aut̄ horum est charitas. Per caput enim,

Psal. 140

Psal. 44  
1. Cor. 13  
1. Cor. 13

principale mentis nostræ designat. Quia tunc erunt grata nostra ieiunia, si dilectiōe dei & pximi fuerint cōdita. **Hortie thesaurizare vobis thesauros in terra. vbi ærugo & tinea extermināt. et vbi fures effodiunt. & furantur.** Per has tres species .i. per gruginē & tineam, & per fures, ostendit dñs nihil tutū esse in terra in possessionibus diuitiarū. Quedam em̄ sunt, quæ ærugo deuorat, sicut aurū & argētum, & cætera metalla. Alia sunt, quæ ærugo nō deuorat, sed tinea comedit, sicut uestimenta serica, & alia preciosa. Alia sunt, quæ nec ærugo deuorat, nec tinea comedit, sed fures effodiunt & furantur, sicut sunt gēma & his similia. Proinde, q̄a incerta est oīs uitæ nostræ substantia, & omniū rerū possessio, suadet nos dñs in cælū idcirco thesaurizare. Quō autē quis in cælum thesaurizare possit, nisi diuitias ante se elemosynam faciendo præmittat. Possumus per æruginem & tineā & per fures, spirituales nequicias intelligere. **A**erugo em̄, superbiā designat. Superbia enim mentes, quas inuaserit, a statu suæ rectitudinis deperire facit. **P**er tineā, inuidia designatur. Inuidia enim cor quod corrūpit, ab omni integritate dirumpit. **P**er fures, maligni spiritus intelligendi sunt: q̄a ad hoc inuigilant, ut thesauros animæ nostræ furent. in cælo em̄ ærugo nō est, quia superbia in cælo locū non habet, quia iam diabolus cū suis sequacibus inde cecidit. **I**bi tinea non est, id est inuidia, quia nullus inuidebit beatitudini sanctorum. **I**bi fures non sunt, id est dæmones, quia cum capite suo inde corruerūt. **Ubi est thesaurus tuus. ubi est & cor tuum.** Hoc non r̄atum de pecunia est intelligēdum, sed etiā de omni uitio. **T**hesaurus diuitis, si sub terra defossus

fuerit, tibi & cor illius erit meditatio, ne aut fures efferant, aut etiam ab aliquibus corruptioibus perdatur. Thesaurus gulosi hominis, uenter est, quia semper hoc cogitat, quomodo uentrem posset implere. Thesaurus lasciuus sunt ludicra, & uoluptatis ioca. Et cui cuncta uitio quis adhaeret, illi seruit, & illi famulatur.

**FERIA QUINTA**  
post cinerum. **Luca VII.**

**In illo tempore: Centurionis cuiusdam seruus male habens, erat moriturus, qui illi literat preciosus. Et reliqua.**

**Q**uærat forte aliquis, uel prius, ut inueniat: uel impius, ut reprehendat, qua ratione euangelista seruū, qui non mortuus, sed sanatus subinfertur, dixerit esse moriturū. Cui breuiter respondendum, quæ reuera erat moriturus, si non dñi sui fide deprecantis, & Christi pietate miserentis fuisset redditus uitæ. Sic Iezechias rex, iuxta quendam humanæ naturæ modum, erat moriturus, cum ueracis prophetæ uerbis audiuit: **Dispone domui tuæ, quæ morieris tu, & non uiues. sed occulto diuinæ prouidentia iudicio, quæ omnia in mensura & numero & pōdere disposuit, quindecim adhuc annorum uitam lachrymis precibusq; erat consecuturus. Hic cum audisset de Iesu misit ad eum seniores Iudæorum, rogans cum ut veniret, & saluaret seruū eius.** Superna dispensatione factū est, ut seniores Iudæorum mitterent ad dñm, hisq; assistantibus, qui languerat, sanare, quo inexcusabiles forent, si credente uiro gen-

*Isaie. 33*

tili non crederēt. Verum quæritur, quomodo conueniat, quod Lucas centurionem nuncios misisse, Matthæus autem ipsum accessisse narrat ad dominū. Sed pie quærentibus facile patet, quod Matthæus breuitatis causa dixerit ipsum accessisse, cuius desiderium & uoluntas ad dñm ueraciter, alijs licet deferentibus, est perlata, mystice etiam nobis commēdans hoc qd

psalm. 33

scriptum est: **A**ccedite ad eum & illuminamini. Nā quia fidem centurionis, qua uere acceditur ad Iesum, ipse ita laudauit, ut diceret: [ **N**on inueni tantam fidem in Israel, ] ipsum potius accessisse ad Christū dicere uoluit prudens euangelium, quā illos p quos uerba sua miserat. Porro autem Lucas hoc totū, quē admodum gestū sit, aperuit, ut ex hoc intelligere co-

matth. 9.

geremur, quemadmodum accessisse dixerit alijs, qui mentiri non potuit. **S**icut enim illa mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, quamuis simbriam uestimenti eius tenuerit, magis tamen, quia credidit, tetigit dominum, quā ille turbæ à quibus premebatur: ita & centurio, quo magis credidit, eo magis accessit ad dñm. **D**iligis enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Qui ædificatam à centurione narrant synagogam, euidenter ostendūt, quia sicut nos ecclesiam, sic etiam illi synagogam, nõ conuentum solummodo fidelium, sed & locum quõ cõueniebāt, sint appellare soliti, iuxta quod et supra docuimus. **J**esus autem ibat cum illis. **M**agna dñi sublimitas, qui solo uerbo curare ualebat, sed nõ minor humilitas, qui seruum dignatus est uisitare læguentem. **N**am quasi potens, & benignus & rogatus saluare pergebat, & itineris medio rogatus dicto saluauit, ne uidelicet ob impotentiam uirium, & nõ ob

humilitatis exemplum, corporaliter ire putaret. Alibi ad saluandum filiū reguli uenire noluit, ne diuites honorasse uideret: hic, ne cōditionē spreuisse seruilē, ad centurionis famulū mox ire concessit. [Et cū iam non lōge esset à domo, misit ad eū centurio amicos, dicens: Dñe, noli uexari. Non em̄ dignus sum ut sub tectum meum intres.] Propter uitæ gentilis conscientia grauari se magis dignatione dñi putauit, quam iuari: nec posse habere hospite Christū, cuius etsi fide præditus, nondū tñ erat sacramentis imbutus. Sed quæcūq; nostra infirmitas nō præsumit, diuina grā dare nouit, Et alius centurio, qui (sicut & iste) credētē ex gentibus populū præfiguratur, magnæ fidei & iustitiæ merito spūs sancti donū, priusq; baptizaret, accepit. Et iste necdū catechizatur, & fidē suā laudari à dño, & famulū saluari, pmeruit. De quo pulchre p allegoriam dicitur, qui cū Iesum nō longe haberet à domo, tñ sub tectū suum inuitare non auderet: quia prope amāribus cum salutare ipsius, Et qui naturali lege recte utitur, quo bona quæ nouit operat, eo illi qui uere bonus est appropriat. At qui errore gentilitatis etiam crimina iunxerunt, his aptari possunt, qui bus confluentibus ad se turbis, alibi dñs ait: Quidam em̄ ex eis de longe uenerūt. Propter quod & meip̄m nō sum dignum arbitratus, ut uenirē ad te. Et nos q de gentibus credimus, non ipsi ad dñm uenire possumus, quē nunc in carne uidere nequaquā ualemus. Sed quicūq; passionēs nostræ seruitutis agnouimus, ad residētem in dextera patris iam per fidem accedere debemus. Iam seniores Iudæorū mittere, hoc est, summos ecclesiæ uiros, qui nos ad deū præcesserunt, suppliciter obsecrādo patronos acquirere, qui nobis te-

Marci. 9.

timonium reddentes, quod diligamus ecclesiam, &  
 quantum in nobis est ædificare curemus, pro nobis  
 apud dñm nostrorumq; peccatis intercedant. Sed  
dico verbo, & sanabitur puer meus. Magna fi-  
 des centurionis, qua uerbis opus in Christo confitit,  
 & nostræ sanationis accõmodat mysterijs. Qui & si  
 noueramus scdm carnem Christũ, sed iam non noui-  
 mus. Nã & ego hõ sum sub potestate cõstiti-  
tus, habens sub me milites. Hominẽ se & pote-  
 stati, uel tribuni, uel præfidis subditum dicit, impera-  
 re tamen posse minoribus: ut subaudiatur eum mul-  
 to magis, qui deus sit, & super omnia potẽs, innume-  
 ram uirtutis angelicæ, quæ ad imperata obrẽperet,  
 habere militiam. Et dico huic uade, & uadit: &  
aliĩ ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit.  
 Vult ostendere dñm quoq; non per aduentum tñi  
 corporis, sed per angelorum ministeria posse imple-  
 re quod uellet. Repellendæ enim sunt uel infirmita-  
 tes corporum uel fortitudines contrariæ, quibus ad  
 debilitatem homo sæpe conceditur, & uerbo dñi &  
 ministerijs angelorũ. Aliter, milites & serui, qui cen-  
 turioni obediunt, uirtutes sunt naturales, quarum  
 non minimam copiam multi ad dominũ uenientes  
 secũ deferunt, de quibus in Cornelij centurionis lau-  
 de dicitur: Quia erat uir iustus, & timens deũ cũ omni  
 domo sua, faciens eleemosynas plebi, & deprecãs de-  
 um semper. Quo audito, Iesus miratus est.  
 Miratus est quod uidit centurionẽ suam intelligere  
 maiestatem. Sed quis in illo fecerat ipsam fidem uel in-  
 telligentiam, nisi ipse qui eam mirabatur? Quod & si  
 alius eã fecisset, quid miraret qui præsciũs erat? No-  
 tandum ergo, quia quod miratur dñs, nobis miran-

dum esse significat, quibus adhuc opus est sic moneri. Omnes enim tales motus cum de deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt, sed docētis magistrī. **Et conuersus sequētibz se turbis dicit: Amē dico vobis. nec in Israel tantā fidem inueni.** Non de omnibus retro patriarchis & prophetis, sed de præsēntis æui loquitur hominibus, quibus ideo centurionis fides antefertur, quia illi legis pphetarumq; monitis edocti, hic autem nemine docente sponte credidit. **Et reuersi qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum, qui languerat sanum.** Probatur fides domini, & serui sanitas roborat. Potest ergo meritum domini etiam famulis suffragari, non solum fidei merito, sed etiā studio disciplinæ. Plenus sane hæc explicat Mathæus, quod dicente domino centurioni: **Vade, & sicut credidisti fiat tibi, sanatus est puer ex illa hora.** Sed beato Lucæ moris est, quæ plene uiderit ab alijs euangelistis exposita breuiare, uel etiā de industria præterire: quæ uero ab eis commissa breuiter cognouerit, tactu dilucidare solertius. Mystice (ut dixi) centurio, cuius fides Israeli præfertur, electos nimis ex gentibus ostendit, qui quasi centurio militia stipati uirtutum spiritualium sunt, sed perfectiōe sublimes nihilq; a dño terrenū, sed sola æternæ salutis gaudia sibi suisq; requirunt. Numerus em̄ centenarius, qui de læua transfertur ad dexteram, in celestis uitæ significatiōe poni cōsueuit. **Vnde est quod arca Noë ceterum annis fabricatur.** Abram centenarius, filium promissionis accepit: seuit Isaac, & inuenit in ipso anno centuplum: atrium tabernaculi centum cubitos longum est. **Misericordia & iudicium cantatur, & cetera huiusmodi.** Talis ergo

Gene. 26  
Exodi. 27  
Psalm. 109

meriti iuri, pro his necesse est domino supplicent, quæ adhuc spiritu seruitutis in timore premuntur, quantenus eis paulatim ad sublimiora prouectis, perfecta dilectio foras mittat timorem.

**FERIA SEXTA**  
post cinerum. Matthæi V.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua

**P**Utant quidam præcepta noui testamenti impossibilia esse, & dicunt grauiora esse præcepta noui testamenti quam ueteris. Quibus respondendum est, præcepta omnipotentis dei non esse impossibilia, sed potius perfecta. Si enim penè impossibilia essent, nequaquam ab aliquo sancto obseruari potuissent. Sed cum ea utcumque scriptis legimus obseruasse, claret ea impossibilia non esse, sed perfecta. Nam hoc præceptum domini in quo dicit, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, à beato Stephano & à Dauid impletum fuisse legimus. Stephanus etenim pro suis persecutoribus exorauit. Dauid autem mortem atrocissimi inimici sui Saulis desseuit. Sed quæ rædum est, quod conueniat hoc quod dominus in ueteri testamento præcipit: Diligite amicos, & odite inimicos uestris. Ad quod dicendum est, quod omnipotens deus in inimicis nostris præcepit non hoc odire quod homines sunt, sed quod mali sunt. Nam de deo loquitur Sapiëntia: Nihil odisti eorum quæ fecisti. Si enim nihil odit

Lucæ. 6

Actuum. 7  
1. Reg. 1

Leuiti. 19.

Sapien. 11



eorum quæ fecit, quò dicitur per **Malachiam**, **Jacob dilexi**, **Esaü** autem odio habuit. Sed dñs odiuit peccatum in **Esaü**, nõ tñ odiuit humanã naturã. Non em odit deus hominem quod homo est: sed odit eum in hoc, quod peccator est. **Et orate pro persecutibus & calumniantibus vos.** Persequi, est uim inferre: calumniari, occasionem nocedi perquirere. Sed quærendum est, cum dominus præcipiat orare pro persecutibus & calūniantibus nobis, quid sit, quod in libris prophetarum, & in euangelio quædã imprecationes inueniantur cõtra persecutores, quæ maledictiones putantur, sicut est illud: **Fiat mensa eorum corã ipsis in laqueum.** Et **Paulus Apostolus** cū percussus esset à ministro sacerdotis, respõdit: **Percutiet te deus paries dealbate.** Et dñs in euangelio: **Væ tibi Corozaim, Væ tibi Bethsaida.** Ad quod dicendum, quia hæc uerba non sunt maledicētis uoro prolata, sed prædicentis affectu. **Prouidebat em dñs** siue propheta, **ruinam impiorum futuram, & eandem ruinam non optando proferebant, sed propheta** tando prædicebant. **Iterum** quæritur, cum dominus iubeat pro inimicis orare, cur **Iohãnes** pro fratribus quibusdam usq; ad mortẽ peccantibus, orare prohibeat. Ita em dicit in epistola sua, **Est quoddam pctm usq; ad mortem, non pro illo rogo ut quis orer.** Ad hoc dicendũ est, quia inter fratres plerũq; sunt quædam peccata persecutionibus impiorum grauiora. Est peccatũ usq; ad mortẽ, in peccato usq; ad mortẽ perseuerare. **Vel** peccatum usq; ad mortẽ operatur, qui post agnitionem dei societatem fraternitatis impugnat, & eandẽ iniuriæ facibus agit. **Ut sitis filiũ patris vestri.** Id ẽ, ideo ista facere deberis, ut si-

**Malac. 1**

**Psalm. 65.**  
**Actũ. 23**

**Matth. 11**

**1. Johã. 5**

tis filij patris uestri, qui solem suum facit oriri sup bo-  
 nos & malos, iuxta literā hoc solummō intelligen-  
 dū est. Ista erēm duas creaturas, ē quibus omēs fru-  
 ges terræ nascūtur & fouentur, cōmuniter dñs diffri-  
 buit, & super Christianos & paganos, & super bonos  
 & malos. [Si em diligitis eos q uos diligūt &c.] Et  
 est sensus, Si publicani & peccatores natura duce ad  
 tantā bonitatem se extendunt, ut diligētes se diligāt,  
 quāto magis uos latiores in charitate esse debetis, ut  
 nō solum amicos, sed etiam inimicos diligatis. **Nō  
 ne & publicani hoc faciunt.** Publicani dicebātur  
 apud Romanos exactores, qui uestigalia à populo  
 exigebāt. [Et si salutaueritis fratres uestros tantū, &  
 reliqua.] Si uos illos, q natura fratres uobis sunt, aut  
 fœdere amicitiae iūcti, salutaueritis, qd amplius faci-  
 tis quā ethnicī <sup>id est</sup> grece, latine dicitur gens, inde  
 dicūtur ethnicij gentiles. Et gentilis dicitur, qui ita p-  
 manet ut nascitur, in eodē uidelicet ritu et p̄fessioe,  
 & in eodem paganismo. **Estote ergo uos perfe-  
 cti, sicut & pater uester celestis perfectus est.**  
 Sicut, nō est q̄litaris, sed potius similitudinis. Ut sic  
 ut deus in natura suā potestatis perfectus est, ita etiā  
 uos sitis p̄fecti p modulo uestre fragilitatis. Ut sic  
 ut deus solem suum oriri facit super bonos & ma-  
 los, & pluit super iustos & iniustos, sic & uos dilectio-  
 nem uestram, & solem uestre charitatis nō solum ad  
 amicos, sed etiam ad inimicos extendatis. **Attende-  
 tene iustitiam uestram faciatis coram homi-  
 nibus, ut uideamini ab eis.** Attendite, id est, ca-  
 uete ne ad hoc iusta opera exhibeatis, ut ab homini-  
 bus uideamini, & laudem humanam ab eis quera-  
 tis. Nō est quidem peccatum iusta opera coram ho-

minibus facere, sed peccatum est ideo iusta opera facere coram hominibus, ut laus ab eis quaratur. **Matth. 5**  
 Vnde & dominus superius dixit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrē uestrum qui in caelis est. **Dū ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te.**  
 Ex consuetudine scribarū & pharisaeorum hanc sententiā dominus traxit. Nam in diebus festiuitatum & ieiuniorum facturi eleemosynam, præcipiebant ante se tubis canere, ut ad sonitū tubæ multitudo pauperū conuenirent, ut uidentes hoc populi, qui ad festiuitatem cōfluxerant, laudibus suis eos magnificarēt & extollerent, quāsi dei cultores essent, & eos etiā suis muneribus cumularent. Vel possumus hoc altius intelligere. Tuba enim soler in sacro eloquio manifestatiōne designari. Vnde Paulus Apostolus dicit: **Oīnes 1. Cor. 15**  
 quidem reiuergemus, sed non omnes immurabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur, id est, in aperto erit resurrectio celebrata. **Amen dico uobis, receperunt mercedem suam, hoc est, laudē ab hominibus. Te autē facies eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.** Quod ergo dicit, [nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua,] sensus huiuscemodi est: Cum facis eleemosynam, noli in publico eandē eleemosynā proferre, ne uidearis de alterius miseria gloriari. Quicumque enim pro appetitu humani fanoris bonum aliquid egerint, sinistra eorū conscia fuit operis eorum. Sinistra enim, appetitum humanæ laudis designat. Dextera uero, intentionem bonæ uoluntatis signat. [Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua

quid faciat dextera tua. ] Id est, bonę uoluntati tuę non misceatur appetitus humanę laudis & fauoris.

Ut sit elemosyna tua in abscondito. hoc est, in bona conscientia. Multi sunt enim qui elemosynas faciunt bona uoluntate, licet desit eis facultas que tri-

*Psalm. 112.*

buatur. Vnde dicit Psalmista: Iucundus homo qui miseretur & cōmodat, ostendens etiam in misericordia gratiam quandam elemosynę esse. Tu autē cum

oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso

ostio, ora patrem tuū in abscondito. Dixit dominus superius, eos, qui elemosynā ad sonitū tubę

facerent, hypocritas esse: & eos, qui in ordinate ieiunant, hypocritas fuisse: & eos, qui in angulis platearū

erant orantes, ut uiderentur ab hominibus, hypocritas omnino fuisse. Vnde datur intelligi, quia quicumque

bona opera causa humani fauoris agit, hypocrita est.

Anguli platearū sunt quadriuiua & compita. Anguli platearum sunt, ubi per trāsuersum alterius uię ducitur, & quadriuium reddit. Ideo in quadriuijs stabāt,

ut de quacumq; parte uenientes homines, uiderēt eos intendentes orationi, & magnificarent eos quasi dei

amicos & obseruatores legis. [ Amen dico uobis, receperunt mercedem suam, ] id est, laudem humanā.

Laudem enim humanam, quam appetiuerunt ab hominibus, pro mercede consecuti sunt. [ Tu autem cū

oraueris. ] Instituit dominus bonum athletam. Ac si diceret: Tu qui causa uitę æternę oras, [ intra in cubiculum tuum, id est, in secretum cordis tui. [ Et clauso ostio ] oris, [ ora patrem tuum. ] Non in clamorosa

uoce, sed in cōtritione spūs, sicut faciebat Anna mater Samuelis, quę orando tantummodo labia mouebat, sed penitus nulla uox illius audiebatur. [ Vel

clauso ostio] cordis, contra malas cogitationes, ut cũ oraueris, ne malæ cogitationes habeant auditum & introitum in corde tuo. Vel [clauso ostio,] id est, sensum nostrorum.

**SABBATO POST**  
cinerum. *Luca: XIII.*

In illo tempore dicebat Iesus cuidam principi pharisæorum: Cum facis prandium aut cenam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uicinos, neq; diuites. Et reliqua.

**F**ratres, amicos, & diuites alterutrum conuiuia celebrare, nõ quasi scelus interdicit, sed sicut cetera necessitatibus humane commercia, ubi peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia ad præmerenda uitæ cælestis præmia nil ualere ostēdit. Denique subiugit: Ne forte & ipsi te reuincēt, et fiat tibi (inquit) retributio. Non ait, & fiat peccatum, sed, & fiat (inquit) retributio. Cui simile est quod alibi dicit: Et si bene feceritis his qui uobis benefaciūt, quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Quamuis sint quædam mutua fratrum, amicorum, cognatorum, uicinatorumq; diuitem conuiuia, q̄ non solum in præsentem retributionem, sed & damnationem percipiant in futuro. Denique ab Apostolo in ter opera tenebrarum adnumerātur: Sicut in die (inquit) honeste ambulemus, non in comesationibus & diuitatibus. Comesationes quippe sunt luxuriosa cõ-

*Luc. 6*

*Roma. 13*

uiuia, quæ aut collatiōe oim celebrantur, aut uicibus  
 solēt à cōtubernalib⁹ exhiberi, ut neminē pudeat in  
 honeste aliquid dicere aut facere: q̄a ad hoc cōueni-  
 unt, ut fœda illic gerant, & copia uini incitetur libidi-  
 nis diuersa uoluptas. **Sed cum facis conuiuū,**  
**uoca pauperes, debiles, claudos & cæcos, & beatus**  
**eris: quia nō habent retribuere tibi. Remibue tur em̄**  
**tibi in resurrectione iustorū.** ] Resurrectionē iustos  
 dicit, quia etsi om̄es resurgent, eorū tñ non immerito  
 q̄si ppria cognominat, q̄ et in hac se beatos nō dubi-  
 tāt eē futuros. Ergo q̄ pauperes uocat ad cōuiuū, in  
 futuro p̄cipiet p̄miū. Qui amicos, fratres & diuites  
 uocat, recipit mercedē suam. Sed et si hoc, p̄pi deū fa-  
 cit, in exēplū filiorū Iob, sicut cætera s̄næ dilectiōis  
 officia, ipse qui iussit remunerat. Qui gulosos ac luxu-  
 riosos, p̄pter lasciuā inuirat, pœna in futuro p̄lectet  
 æterna. **Hæc cū au disse quidā de simul discipu-**  
**lentibus, dixit ei: Beatus qui manducabit panem**  
**in regno dei.** Panis q̄ manducat in regno dei, nō (iux-  
 ta Cherintū) corporalis intelligēdus est cibus, sed il-  
 le utiq; q̄ ait: Ego sum panis uiuus, q̄ de cælo descen-  
 di. Si q̄s māducauerit ex hoc pane, uiuet in eternū. Id  
 est, si q̄s meq; incarnatiōis sacramēto p̄fecte incorpo-  
 ratus, meq; diuine maie statū uisōe frui meruerit, hic  
 p̄petua uitę immortalitatis b̄titudine gaudebit. Sed  
 q̄a nonnulli hūc panē fidenter q̄si odorādo p̄cipiūt,  
 dulcedinē eius attingere ueraciter gustādo fastidiūt.

Johan. 6

**DOMINICA .I.**  
**in quadragesima. Matthæi III.**

**In illo tēpore Ductus est Iesus in de-**

desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quad. Et reliqua.



**I**N huius lectionis serie  
Lutranq; suā naturā, diuī  
nam scilicet & humanā, no  
bis dñs manifestare digna  
tus est. Quod em̄ quadra  
ginta diebus & quadragin  
ta noctib<sup>9</sup> ieiunauit, decla  
ratio est diuine potestatis:  
quod uero cōsummaris il  
lis esuriit ut homo, q̄si ho  
mo a diabolo tentatus est:  
sed quasi deus tentationes

diaboli superauit. Sed fortasse minus intelligentes  
ignorant, a quo spiritu sit Iesus ductus in desertum,  
propter illud maxime quod subditur: Assumpsit  
cum diabolus in sanctam ciuitatē, vel in mō-  
tem excelsū. Sed quod uere & absque ulla ambi  
guitate a spiritu sancto in desertum ductus esse cre  
datur, facile agnoscitur, si huius euangelij superiora  
parumper attendamus. Ait enim euangelista: Venit  
Iesus a Galilæa in Iordanem ad Iohannem, ut bap  
tizaretur ab eo. Baptizatus autem, confestim ascen  
dit de aqua. Et ecce aperti sunt ei celi, & uidit spiritū  
dei descendētē sicut columbā, & ueniētē super se.  
Et ecce uox de caelis dicens: Hic est filius meus dile  
ctus in quo mihi complacui. Statimq; adiūxit: Tūc  
Iesus ductus est in desertum a spiritu ut  
tentaretur a diabolo, ostendens non ab alio, sed  
ab ipso spiritu sancto, qui super eum in specie colum

Matth. 3

Marc. 1

Luc. 4

Heb. 4.

ba descendit, in desertum esse ductum. Quod etiam alij euāgelistæ, Marcus scilicet & Lucas, manifestius declarāt. Ait em̄ Marcus, Et statim expulit eum spiritus in desertum, & erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tērabatur à sathana, eratq; cum bestijs, & angeli ministrabāt ei. Lucas uero ait: Iesus repletus spū sancto, regressus est ab Iordane: & agebatur in spiritu in desertū diebus quadraginta, & nihil māducauit in illis diebus. Et consummatis illis, esuriē. In quibus uerbis manifestissime cognoscimus, quia ibi eū spiritus sanctus duxit, ubi occasionem tentandi malignus spiritus inueniret. Danus em̄ erat diabolo locus tentādi, ut fieret Christo occasio superādi. Permisit enim se à maligno spiritu tentari, ut nobis exemplum pugnandi ostenderet.

Quod Apostolus Paul⁹ in epistola sua ad Hebræos, cum de dño loqueret, dicit: Non em̄ habemus pontificem, qui nō possit infirmitatibus nostris compati, tentatum autē per om̄ia pro similitudine absq; pctō. Ad eam ergo ad thronū gloriæ cū fiducia, ut misericordiam consequamur, & inueniamus gratiam in auxilio opportuno. Sed cū mens humana creatorē suū & redēptorē, qui nullū om̄ino pctm̄ habuit, à diabolo audit tentatū, metu fragilitatis suæ expauescit. Sed q̄ ex humana fragilitate terretur, ex cōditoris sui compassione fidutiā resumere debet. Qui em̄ ppter nos hō fieri dignatus est, in humana natura se tētari pro nobis permisit, ut sua tentatione nostram excludam tribueret, sed etiā uincēdi fidutiā restauraret. Fortasse etiam uideretur à quibusdam incredibile, dñm à diabolo fuisse tentatū. Sed nihil in eius tētatione tri-



mendū esse cognoscimus, nec incredibile, si eius alia  
 facta pensamus. Pro certo em̄ scimus, qm̄ omniū re-  
 proborū caput diabolus est, & huius capitis membra  
 omnes sunt iniqui. Nunquid non mēbrum eius fuit  
 Pilatus: Nunquid non mēbra eius fuerunt Iudæi pe-  
 lequentes, & milites crucifigentes: **Vtq;** Cum ergo  
 maius sit occidi q̄ tentari, quid mirum si uoluit à dia-  
 bolo tērari, qui se pmisit à mēbris eius crucifigi: **Nec**  
 est incredibile, si quod minus est à capite pertulit, q̄  
 quod maius est, à mēbris sustinuit. Sed illud sollicite  
 nobis considerandū est, quod statim post baptismū  
 tentationes diaboli dñs pertulit: ut intelligamus, q̄  
 tunc tentationibus diaboli acrius premimur, qm̄ ab  
 eius seruitute uel dominio recedere cōperim⁹, iuste  
 pieq; uiuere cum Christo uolentes. Quod alibi in eu-  
 angelio declaratur, quando recessurus à puero elisic  
 cum, & multum discerpens & clamans, exiuit ab eo.  
 Sicut enim rex non contra subditas, sed contra rebel-  
 les nationes bellū mouet: ita diabolus ualidius eos,  
 quos à sua seruitute tecedere uiderit, & ad leue iugū  
 Christi festinare, impugnat. Tunc em̄ grauiores dæ-  
 monum tentationes electi sentiunt, qm̄ aliquod bo-  
 num propositum inchoare uolunt. Quod in exem-  
 plo Israelitarum didicimus, qui tunc à Pharaone du-  
 rius afflicti leguntur, quando per Moysen & Aaron  
 ad terrā epromissionis sunt uocati. Contra cuius ia-  
 cula tentationū, nos spiritualia arma sumere mouet  
 quidam sapiens, dicens: **Fili,** accedens ad seruitutem  
 dei, sta in iustitia & tremore, & præpara animā tuā  
 ad tentationē. **Et Apostolus:** Induite uos armatura  
 dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quia  
 nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē,

*Ecc. 2*

*Eph. 6*

fed aduersus principes & potestates, aduersus mūd  
 rectores tenebrarū harum, contra spiritalia nequitie  
 in celestibus. Et quasi quæreres q̄ essent hæc arma,  
 idē Apostolus exponendo subiungit: State ergo suc  
 cincti lumbos uestros in ueritate, & induti lorica iu  
 stitiæ, & calceati pedes in preparatione euangelij pa  
 cis, in omnibus sumentes scutū fidei, in quo possitis  
 omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeā salu  
 tis assumere, & gladium spiritus, quod est uerbū dei.  
 Pugnaturus autem dñs cum diabolo, in desertum se  
 cessit: ut ostenderet nobis, quia si eius tentationes uo  
 lumus perfecte superare, non solum turbas damo  
 num, sed etiam concordiam malorum hominū de  
 bebemus uitare. Sicut em̄ bonorum hominum cōcor  
 dia plurimum iuuat, sic malorū societas infirmis men  
 tibus multum nocet, & teste Psalmista, qui ait: Cum  
 sanctis sanctus eris, & cum uiro innocente innocens  
 eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso per  
 uerteris. Vnde nos Salomon admonet, dicens: Noli  
 esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum ui  
 ro furioso: ne forte discas semitas eius, & sumas scan  
 dalum animæ tuæ. Et ideo qui laqueos tentationū  
 cupit euadere, malorum societate aliquando corpo  
 re, semper aut̄ mente debet fugere, in exemplo eius,  
 qui in regali aula uel inter turbas populares positus,  
 dicebat: Ecce elōgavi fugiens, & māsi in solitudine.  
 Et cū ieiunasset quadraginta diebus ⁊ qua  
 draginta noctibus, postea esurijt. In eo quod  
 superaturus dñs diabolum, quadraginta diebus &  
 quadraginta noctibus ieiunauit, necessaria arma cō  
 tra tērationes diaboli, ieiuniū & orationē esse ostendit,  
 iuxta illud qd̄ ipse ait in euangelio; Hoc genus non

Psalm. 17.

Proue. 22.

Psalm. 54

Matth. 17

eſcitur, niſi in oratione & ieiunio. **Et Paulus:** Omnis **1. Cori. 9**  
 qui in agone cōtendit, ab omnibus ſe abſtinet. Cum  
 ergo quadraginta diebus & noctibus ieiunauit, om̄i  
 tēpore uitæ præſentis electos cōtra tentationes anti  
 qui hoſtis certamē habere docuit. Siue certe quadra  
 ginta diebus & quadraginta noctibus dñs ieiunauit,  
 predicaturus euangeliū, ut oñderet, uetus à nouo nō  
 diſcrepare teſtamētum. Legimus em̄ duos eximios  
 patres, q̄draginta diebus & noctibus ieiunaſſe, **Moy**  
**ſen ſcilicet & Eliam.** Quorum alter legiſſator fuit,  
 alter eximius p̄phetarum. Per **Moyſen** ergo lex, per  
**Eliam** p̄phetia ſignificatur. **Vt** ergo oſtēderet dñs,  
 non aliud in euangelio ſe eſſe docturum, niſi quod  
 lex & prophetæ de eo pronunciauerunt, quadragin  
 ta diebus & noctibus ieiunare uoluit. Quoniā ſicut **Matth. 5**  
 ipſe ait in euangelio, nō uenerat legem prophetarū  
 ſoluere, ſed adimplere. **Vnde** bene cū tranſfiguratus  
 eſſet in monte, **Moyſes & Elias** cū eo uiſi eſſe legunt̄,  
 prædicātes ei uſq̄ paſſionis exceſſum in **Ierusalē.** **Vel**  
 certe, cū ieiunauit, cunctis diebus uitæ præſentis, ele  
 ctos in aſſictiōe futuros eē oñdit. **Eſt** & aliud in hoc  
 q̄dragenario numero, q̄d cōſiderare oportet. **Nume**  
**ruſ** em̄ iſte ab uno incipit, ſed crescendo multiplicat̄,  
 ita ut ſi ad unū addas duos, ſunt tres: adde tres ſunt  
 ſex: adde q̄tuor, ſiūt decem. **Sicut** ergo unū, duo, tres,  
 & quatuor, decem ſiūt: ita unum, duo, tres, & q̄tuor,  
 quater ducti, quadraginta ſiunt. **Et** denarius qui  
 dem numerus, ad uetus pertinet teſtamentum, pro  
 pter decalogū legis: quadragenarius uero, ad gratiā  
 ptinet noui teſtamenti, quia q̄tuor ſunt libri ſancti  
 euangelij. **Idem** autem numerus præſentis uitæ cur  
 ſum ſignificat, quia mūdus in quatuor ſpecies diuidi

Psal. 106

tur, orientem, occidentem, septentrionem & meridiam. Et ex his mundi partibus fideles colligit, sicut scriptum est: Quos redemit de manu inimici, sicut onibus cōgregauit eos, A solis ortu & occasu, ab aglone & mari. Quasi em̄ denarium multiplicādo quater ducētes, ad quadragenarium numerum peruenimus, quando legem spiritualiter intelligendo, latius per gratiā noui testamenti explicamus. Augetur em̄ lex, cum spiritualiter interpretatur: quia praecepta rāto magis crescūt, quāto subtilius fuerint excussa. Est etiā aliud in hoc quadragenario numero, quod curiosus lector adijcere potest. Decem namq; Moysi praecepta data sunt in duabus tabulis scripta, in una quidem tria, in alia septem. Et tria quidem ad dilectionem dei pertinent: quia deus inseparabilis trinitas ē, quem iubemur diligere toto corde, tota mente, tota anima. Septē autē ad dilectionem pertinent proximi, quē etiam sicut nos diligere praecepimur. Et pulchre, quia totus homo noster, interior & exterior, septem qualitatibus cōstat. Interior, intellectu, memoria, & uoluntate: exterior, terra, aqua, igne & aere, id est, calida & frigida, sicca & humida. Septem ergo & tria, decem fiūt. Et nos igitur iūgamus septē ad tres, ut ad perfectum numerū perueniamus, id est, toto dilectionis affectu, creatori nostro inhareamus. Et ga indigne uiuēdo praecepta decalogi trāsgressi sumus, ipsam carnem per pēnitentiā asfligamus, ut ad quadragenariū perfectum numerū peruenire possimus. Nec debet onerosum uideri, si de hoc quadragenario numero, pro communi utilitate, aliqua adhuc inferamus. A presenti die usq; ad sanctū pascha, q̄draginta duo dies uēturi sunt, quorū sunt hebdomadæ sex. Sub

traētis ergo sex diebus qui in dñicis eueniunt, nō amplius quā́m triginta sex in abstinentia remanent. Cū autē anni circulus per trecentos sexagintaquinque dies uoluit, si recte consideremus, hoc tēpus quadragiesim, decimatio est uitę nostrę. **Dignum est em̄**, ut qui per totū annū nobis uiuimus, salcē istis diebus factis deo uiuamus: ut non solum de nostris rebus, sed etiam de nostris corporibus deo decimas demus. **Et abūdet iustitia nostra**, si uolumus intrare in regnū cęlorum, super scribarum & pharisęorum: ut cū illi darent decimas rerum, nos demus decimas dierum. **In abstinentia prompti**, in oratiōibus assidui, in elemosinis largi: maceremus carnem nostram per abstinentiam, mentem per compunctionem, ut (secundum Apostolum) exhibeamus corpora nostra hostiam uiuentem. **Hostia enim immolatur & uiuit**, quia homo ā pręsenti uita non deficit, & tamen per abstinentiam suam carnem affligit. **Tanto enim acceptabilior** hostiam deo offert, quanto non extra se, sicut est agnus, sed in seipso querit quod deo immolet, scriptura dicente: **Sacrificiū deo spiritus contribulatus, cor contritū & humiliatum deus nō spernit.** **Sicut em̄** fomentum omnium uiciorum est gula, sic nutritrix omnium uirtutum abstinentia. bonum autem abstinentię, ā principio cōmemoremus. **Quā́m diu em̄ primi parentes in paradiso māserunt, tādū ā cibo uerito abstinerunt.** Postquam uero gulę desiderijs satis fecerunt, paradisi amcēnitātē protinus amiserūt. **Et post hac Moyses qui ieiunauit, legem dei accepit: populus qui comedit, idola fabricauit.** **Vede scriptum est: Seddit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.** **Mortis quoq; sententiā Ionathas promeruit, qđ**

Roma. 12

Exodi. 32

indictum ieiunium a patre, nesciens uiolauit. Daniel nans & tres pueri, q in aula regis miræ abstinentiæ fuerunt, non solum leonū dentes euaserūt, & fornacem ignis nō senserunt, sed etiā interpretandi sacra mysteria scientiā acceperunt. Iohānes quoq; q miræ abstinentiæ fuit, redemptorē non solum uidere, sed etiam baptizare meruit. Quid plura? Ipse mediator dei & hominū hō factus, ut superaret diabolū, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, ostēdens inuictissima arma esse ieiuniū & abstinentiam contra insidias diaboli. Quibus exemplis inuitati, uirtutē abstinentiæ toto corde suscipiamus, ut & futura mala possimus extinguere, & præterita peccata diluere, in exemplo Niniuitarū, qui minitantis dei iram, per triduanā euaserunt abstinentiā. Sed q; comes ieiunij eleemosyna est, dignū est, ut quod corpori nostro subtrahimus p abstinentiā, pauperibus erogemus per misericordiā. Illud ergo ieiuniū deus non approbat, quod eleemosyna nō ornat. Quia tale est ieiuniū sine eleemosyna, qualis sine oleo lucerna. Vnde ipse dñs per prophetam quosdā ieiunantes, sed ab eleemosyna cessantes redarguit, dicens: Cum ieiunaretis & plangeretis, nōne uobismetipsis ieiunastis & planxistis? Sibi eñ & non deo ieiunat, qui hoc quod corpori subtrahit per abstinentiā, non pauperibus erogat, sed sibi in posterū referuat. Qui autē ieiunat & eleemosynam tribuit, necesse est ut ab omni iracundia & odio atq; impatientia cor suum custodiat. Quia frustra se ipsum affligit in corpore, q odium seruat in corde, sicut dñs quosdā ieiunantes increpat, dicens: Ecce in die ieiunij uestri inueniē uoluntas ur̄a, & omnes debitores uestros repetitis. Ecce ad lites &

Ione. 3

Zach. 7

Iste. 58

contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. **Joel. 1. 2**  
 Et ecōtra dominus per loel: Sanctificate ieiunium.  
 Sanctificare ieiuniū, est cum abstinētia carnis eleemo-  
 synam tribuere, & cætera pietatis opera impendere. **Quapropter scdm Apostolum, q ait: Ecce nūc** **2. Cor. 6**  
**tēpus acceprabile, ecce nunc dies salutis, dignū est, ut**  
**in his diebus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros,**  
**in multa patientia, in ieiunijs, in uigilijs, in castitate,**  
**in charitate non ficta. Quantū autē pacis concordia dñs in nobis diligit, ipse manifestat in euangelio,**  
**cū clamat: Si offers munus tuū ad altare, & ibi** **Matth. 5**  
**recordatus fueris, q̄a frater tuus habet aliqd aduersus te &c.**  
**Tanto enim securius resurrectionis diem celebrabimus,**  
**quāto districtius presentis temporis dies obseruauerimus.**  
**Vnde qualis merces, imo quāra gloria simplici corde ieiunantibus, & elemosynam largientibus maneat, ipse dñs ostendit: q cum dixisset per pphetam, Hoc est ieiunium quod elegi, Isaie. 58**  
**Frangere esurienti panē tuū, & egenos uagosq̄ inducere in domū tuam,**  
**Cum uideris nudū, operi eum, & carnem tuā ne despexeris, adiecit: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur.**  
**Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria dñi colligere te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum.**  
**Congrua autē ratione magistri ecclesie, quadragesimæ tēpus ante dñi passionē obseruandū esse statuerunt, ut intelligamus q̄a presentis uitæ afflictio immortalitē futurā parit.**  
**Ad quam rē confirmandā, ipse dñs qui quadraginta diebus ante passionē ieiunauit, quadraginta etiā post resurrectionē cū discipulis cōuersatus est, utrunq̄ tēpus quadraginta dierū numero cōplens: ut ostende-**

ret, in presenti uita tempus esse afflictionis, & in futuro gaudij. Cum em̄ quadraginta diebus ante passionem ieiunaret, quasi clamabat: Nisi penitentiam egeritis, moriemini in peccatis uestris, et Petrus. Abstinetes uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Cum uero post resurrectionē suā cū discipulis conuersaretur, eorum corda lætificans, quæ illud gaudiū ineffabile p̄mittebat, de quo alibi ait:

• Petri. 2

Johan. 14

Matth. 23

2. Corin. 6

Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudiū uestrū nemo tollet à uobis. Et iterum: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Ieiunauit aut̄ non solū quadraginta diebus, sed etiam noctibus: ut siue prospera blandiant, quæ significantur per dies: siue aduersa terreat, quæ significatur p̄ noctes, immobilis perseveret animus Christianus, sicut faciebat ille, qui dicebat: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiā & bonam famā, ut seductores & ueraces, sicut qui ignori & cogniti. Bene aut̄ postq̄ dictum est, [cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus,] additū est, [postea esuriit] ut uera in illo humanitas esse ostenderetur. Hoc em̄ de Moysē & Elia scriptum non legimus, quia nulli dubium, quod post ieiuniū ut puri hoies esurierint: sed de illo, qui ita deus erat, ut etiam homo esset, dignum fuit ut scriberetur. Vel certe post ieiuniū esuriit, ut occasio tentandi diabolo præberetur. Quem enim quadraginta diebus & noctibus ieiunantem uidebat, fortasse tentare non auderet, nisi eum esurientem iterum cerneret. Et quem post ieiunium esurientem uidit, quasi hominem tentare præsumpsit. Unde & subditur: Et accedēs tentator, dixit ei: Si



filii dei es. dic vt lapides isti panes fiant.

Quia esurienti panis congruit, quem esurientem vidit, ut de lapidibus panem faceret, persuasit. Sed forte mouet aliquem, unde diabolus, ut dominum tentaret, occasionem sumpserit, & cur eum filium dei aestimauerit. Ad quod respondendum, quia forte audiuit dei patris uocem in tonantem: **Hic est filius meus dilectus**, in quo mihi complacui. Et ideo quem testante patre deum audiuit, hominem credere distulit. Nisi enim deum illum aestimarer, nequaquam per obsessum hominem diceret: **Quid tibi & nobis filii dei uenisti ante tempus torquere nos?** Sed quia quæ hominis sunt in eo uidit, uerum deus esset usque ad mortem ignorauit, ita enim dominus noster **Iesus Christus** sua opera temperauit, ut diabolus eius aduentum cognoscere non posset, & per uirtutem miraculorum suorum se deum esse mundo manifestaret. Conceptus quippe est ut deus, sed natus ut homo. Ut deus a magis est adoratus, ut homo a parentibus in Aegyptum deportatus. Quasi deus ieiunauit, quasi homo esuriit. Quasi homo dormiuit, quasi deus uentis & mari imperauit. Quasi deus de paucis panibus multa millia hominum satiavit, quasi homo terreno cibo indiguit. Et ad ultimum, ut homo crucifixus est, sed quasi deus resurrexit. Tria enim huius mundi principem in domino latuerunt, conceptio, partus & passio. Quia sicut dicit **Apostolus**, Si cognouissent, nunquam dominum gloria crucifixissent. Sed quia eius diuinitatem uoluit explorare, ideo accedens ad tentandum, dixit: Si filius dei es, &c. Duobus enim modis ipsa sua tentatione diabolus tenetur astrictus. Si enim tantum hominem aestimauit & non deum, quare ut de lapidibus panes faceret tentauit, cum hoc deo impossibile non sit? Sicut di

Matth. 17

Matth. 3

1. Corin. 10

ximus, quasi dubius & incertus loquebatur. **Qui respondens dicit: Scriptum est, non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei.** Magna est domini potentia, sed non minor eius declaratur patientia. Qui enim solo uerbo tentatorem suum, aut in lapidem conuertere, aut in abyssum poterat mergere, eius tērationes sustinuit, ostendens nobis non esse timendum cum tentamur, sed cauendum ne tērationibus cōsentiamus.

**Jacobi.** Beatus enim uir qui suffert tērationem, quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam reprobis misit deus diligentibus se. Nec potestate, sed autoritate diabolus dñs uoluit superare, ostendens nobis quotiescunq; a diabolo tentamur, ad autoritatē scripturarum semper esse recurrendum. Et hoc faciendum quod scriptura monet, non quod diabolus suggerit. Sed quod dominus dicit, [Non in solo pane uiuit homo,] iuxta literam ita est, quoniā uita hominis non in solo pane est cōstituta, sed uarios cibos ad illius usus deus cōdidit, scilicet pecorum carnes, auū & pisciū, atq; diuersa genera fructuū. Quod uero sub iūgit, [Sed in omni uerbo qd procedit de ore dei,] ostēdit esse aliā uitam corporis, aliā animæ. Vita em corporis anima est, uita animæ deus. Et sicut corp⁹ moritur, si nō pascitur cibo carnali: ita moritur anima, nisi reficiat uerbo dei: nō ut nō sit, sed ut mala sit. Quia non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. **Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem.** Sanctam ciuitatem in hoc loco euāgelista Ierusalem appellat: nō quod tūc sancta esset, sed quia pristinum nomen reseruauit. Si ue certe sanctam eam dicit, ad comparisonem alia

rum civitatu, in quibus colebāt idola. Et statuit eū supra pinnaculū tēpli. Pinnaculū autē templi, sedes erat sacerdotalis, quā oēm altitudinē templi supereminēbat, ubi sacerdotes uerbū facturi ad populum, ascendere soliti erāt, ut facilius possent audiri & uideri. Nō em̄ more nostro in **Palēstina** (scilicet terra re-promissionis, q̄ ideo **Palāstina** dīr, eo q̄d **Palēstini** ibi habitauerūt,) domos aedificant, sed planas eas desuper faciunt ad sedendū, uel ad deambulandū. Per circuitū quoq; tecti murū aedificāt, ut securius sup eas incedere possint. **Vñ Moyses** populo p̄cepit dicēs. **Cū aedificaueris domū nouā, facies p̄ circuitū tecti murū, ne sis reus labēte proximo & in p̄iceps ruēte.** Ad hanc ergo similitudinē domus **Oziā** regis aedificata fuisse creditur, de quo scriptū est: **Quia cecidit per cācellos domus suā, & mortuus est. Super oīm ergo templū pinnaculū altius erat, de q̄ precipitatus legit **Iacobus** frater dñi, eo quod annunciarēt in **Ierusalē** resurrectiōnē ex mortuis. In hoc igitur pinnaculo assumpsisse diabolus dñm dicitur, non sua potestate, sed dñi permisso & uolūtate. Ipse em̄ in pinnaculo, p̄pria uolūtate ascendit, ut occasionē tentādi diabolo daret. **Notandum autē, quod p̄cipitiū p̄suadens diabolus, ait: Sifilius dei es, mitte te deorsum. Non em̄ q̄s decipit sursum ascendere monet, sed deorsum ruere suadet.** Vnde pulchre **Symmachus** diaboli nomē deorsum fluens interpretatus est, ut quod ait in uoluntate, hoc etiā sonaret in nomine. **Nec solū p̄cipitiū diabolus p̄suasit, sed etiā ut facilius ei crederet, autoritatē scripturæ adhibuit, dicens: Scriptū est em̄, quia angelis suis mandauit de te, et in manibus tollēt te, ne forte offendas ad lapidē pe-****

Deut. 22  
4. Reg. 1.

dem tuum. Ex quo loco cognoscimus, quia diabolus male scripturas interpretatur. Hoc enim non de persona domini scriptum est, sed in persona iusti uiri canitur, qui adiutorio indiget angelorum, ne offendat ad lapidem, hoc est, in lege quam in tabulis lapideis scripta est: uel etiam in Christum, qui est spiritualiter petra, sicut ait Apostolus: Petra autem erat Christus. Et propheta: Ecce ego ponam in Sion lapidem offensionis & petram scandali. Nam si uerum diabolus dicere uoluisset, illud debuerat dicere, quod in eodem psalmo sequitur: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Ipse est enim aspidem, qui ueneno terationum animas hominum necat. Ipse basiliscus, qui flatu inique persuasionis animas interimere conatur. Ipse est leo, qui circumiens quaerit quem deuoret. Ipse est & draco, qui homines quos decipit in uoraginibus peccatorum ab orbemodo pertrahit. Dominus autem super aspidem & basiliscum ambulauit, & conculcauit leonem & draconem, qui antiqui hostis insidias propria uirtute confregit: ita ut nulli Christiano nocere possit, nisi nos ei sponte subiciamur. Sed hunc uersiculum, quem diabolus de se scriptum nouerat, quasi callidus tergiuersator tacuit. Et quod in persona uiri iusti canitur, domino quasi infirmo homini opposuit, dicens: Scriptum est, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te &c. In quo loco & illud cognoscimus, quia ad custodiendam sanctos: uel tam angeli deputant, teste Apostolo, qui ait: Sunt administratores spirituum, in ministerium missi, propter eos qui haereditate capiunt salutis. Et dominus in euangelio de parauit: Angeli eorum semper uident faciem patris. Unde in Actibus apostolorum, cum Petrus ad ianua pul-

1. Cori. 10.  
3. Reg. 3

Psalm. 91.

Heb. 1

Matth. 18

Actu. 12.

saret, dictum est: Non est Petrus, sed angelus eius est.

Hinc ait angelus Tobia: Cū oraretis, ego obtuli orationes uestras ante deum. Ait illi Iesus rursus: Scriptum est: Nō tētabis dominum deum tuum. Notandum quod uilia testimonia dominus aduersus diabolu ex Deuteronomij libro assumpsit, secundæ legis faciens mētionem, ut eam sanctam & iustam esse demonstraret, atq; ueris clypeis falsa inimici iacula confringeret. cuius uictoria: typū quondam David tenuit, quando singulari certamine, cum Philistæo pugnavit, arma regalia deposuit, & quinque  
 1. Reg. 17  
 lympidissimos lapides de torrēte assumpsit, quos in peram pastoralem posuit: è quibus unum in fundam misit, & Philistæum in frōtem percutiens in terrā prostravit, eiusq; caput gladio illius amputauit, magnā gratiam & gloriam tribuens populo suo. Quem em̄ David, qui manu fortis interpretatur, melius quā dominū Iesum Christum significat, quia de eius stirpe carnem assumpsit: Qui recte manu fortis dicitur, quia singulariter diabolu prostravit, de quo scriptū est: Dominus fortis & potens, dominus potens in prelio. Pugnaturus ergo cum Philistæo, quinque lympidissimos lapides elegit, sed uno in fronte Philistæū percutiens, in terrā prostravit: quia dominus ad uincendam diaboli uersutiam quinque libros Moysi assumpsit, quorum uno Philistæum in frontem percussit: q̄ ex Deuteronomij libro tria testimonia aduersus trinam eius tentationem opposuit, sicq; uictoriam de antiquo hoste obtinēs, magnam læticiam in se credētib; reportauit. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorū. Sic ut de pinnaculo, ita & de monte sentiendū est. Nec

Psalm. 23

putandum est, quod diabolus nolentem dominum in montem excelsum assumere potuerit, sed eius malam uoluntatem euangelista pro facto posuit. Nam ipse propria uoluntate in montem ascendit, ut diabolo locus tentandi, & Christo esset occasio triumphandi: quoniam nisi esset locus tentandi, non esset triumphus uincendi. Nonnulli autem iuxta literam hunc montem Olympum fuisse asserunt, qui tanto altior præ cæteris esse fertur, ut etiam intra se nubes habere uideatur. Alij uero dicunt eum fuisse Thabor, qui ualde excelsus fuisse narratur. Sed quicumque mos fuerit, dominus tamen sponte (ut diximus) in eum ascendit. Spiritualiter autem, per montem, in quo diabolus dominum, tentauit superbia intelligitur. Cum ergo diabolus dñm in mōte tērauit, dat̄ intelligi, q̄a eos quos decipit, in superbiam mētis erigere suadet, de quo per beatum Iob dicitur: **O**mne sublime uidet, & ipse rex super omnes filios superbiæ. **E**t Apostolus: **I**nitium omnis peccati superbia est: quia sicut diabolus per superbiam de cælo cecidit, sic quoscunq; decipit, per superbiam peccare facit. **G**loriam mūdi dicit aurum, argētum, lapides preciosos, & cætera amabilia mūdi, in quibus maxime mundi amatores gloriant. **N**o putandum est autem, omnia regna mundi & gloria eorum simul domino ostendere potuisse ab alio, nisi à seipso: sed qui omnia creauit per diuinitatem, ipse omnia, iuxta quod uoluit, simul uidit per humanitatem: siue totū, ita ut est, siue in spherā collectū, ut scilicet (sicut supra iam diximus) diabolo daretur occasio tentandi. **N**ec mirum, si dominus sic totum mundum prospicere potuit, q̄ etiā quibusdā sanctis hoc in munere præstitit, ut eū in spherā collectum uiderē possent. **I**n eo uero quod ait, **Hæc omnia tibi**

Job. 41  
Ecc. 10

**D**abo, si proci des adoraveris me, falsidicus cō-  
vincitur. Neq; omnia regna mundi, uel gloriā eorū po-  
testatem habet dandi cui uult, qñ nec substātiā be-  
ni Job laedere ausus est, antequam esset à deo permis-  
sus, ipso diabolo dicente domino: **Mitte manum tu-**  
**am, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem bene**  
**dixerit tibi. Quod ex eo facile etiā cognoscimus, qd**  
**sanctos uiros in possessione argenti & auri prædiui-**  
**tes fuisse legimus, quod omnino non essent, si in po-**  
**testate diaboli omnia regna mundi fuissent. Quia ue-**  
**ro omnis, qui diabolum adorat, prius per consensum**  
**prauæ operationis à conspectu dei cadit, uoce dicitur**  
**diaboli, si cadens adoraueris me. Vbi consideran-**  
**dum, quia prius dixit cadere, & post adorare. Cadit**  
**enim homo, quando peccare consentit. Quasi uero**  
**post casum diabolum adorat, quando ipsa peccata**  
**opere perpetrat, sicut de auaris per Apostolū dicit:**  
**Et auaritia quæ idolorū est seruitus. Et de talibus per**  
**Psalmistam dicitur: Ibi ceciderunt, qui operantur in**  
**iquitatem. expulsi sunt, nec potuerūt stare. Sed quæ**  
**ritur quare sancti euāgelistæ, Matthæus scilicet & Lu-**  
**cas, in descriptione tentationum discordare uidētur,**  
**maxime cum in prima concordent, & in secūda & in**  
**tertia dissentiant? Quam enim Matthæus posuit se-**  
**cundam, Lucas tertiam: & quam Lucas tertiam, Mat-**  
**thæus secundam. Ad quod respondēdum, quia uter-**  
**que ueritatem scripsit, quoniam Lucas ordinē (sicut**  
**ad literam factę sunt) seruauit: quia prima in deserto,**  
**secunda in monte, tertia in ciuitate facta est. Matthe-**  
**us uero subtilius ordinem tentationum, quo diabo-**  
**lus primum hominem in paradiso decepit, considera-**  
**uit. Tribus q̄ppe modis diabolus in paradiso primū**

**Job. i**

**Ephē. 5**  
**Psalm. 37**

hominē tentauit: quia hūc gula, uana gloria, & auaritia tentauit. **Gula** quippe tentauit, q̄a cibum ueritum comedere perſuaſit: uana gloria, cum dixit: **Eritis ſicut dñi: auaritia**, cum ſubiunxit: **ſcientes bonum & malum. Auaritia** enim non ſolū in cupiditate pecunię eſt, ſed etiā in ambitione honoris, dū ultra naturam uel meſuram ſuam honor indebitus queritur, ſicut de unigenito filio dei, qui hanc appetere noluit, **Paulus Apoſtolus** dixit: **Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Sed** q̄a his tribus modis diabolus hominem in paradifo proſtrauerat, r̄eratus dñm, ad conſueta arma recurrit, iſdem ſaculis pertrans eū ſe poſſe uulnerare, q̄bus primū hominē peremerat. **Gula** quippe eum tentauit, cū dixit: [ **Si filius dei es, dic ut lapides iſti panes fiāt.** ] **Vana gloria**, cū ait: [ **Si filius deus es, mitte te deorfum.** ] **Auaritia**, cum ſubiunxit: **Hęc om̄ia tibi dabo, ſi ꝓcidens adoraueris me. Sed** dñs, qui genus humanum de eius poſtate liberare uenerat, eodem aditu eius tentationis excluſit, quo primum hoīem ſe tenere putabat. **Vbi cōſiderandū nobis eſt, q̄a nos, qui de ſtirpe primi hominis ſumus creati, & per ſc̄dm hominem redempti, his tribus modis tentare nō ceſſat, maxime iſtis diebus quadrageſimę, quo noſtram religionem ſtudioſius erga amorē dei feruere uidet. Gula** igitur nos tentat, cum uel horam conſtitutam antecedere perſuadet, uel ad horam conſtitutam ſuper meſuram edēdum, & deliciōſa uel ſuperflua cōiuiua ſuggerit exhibere. **Sed** ſi in hac parte nos cautos inuenierit, tentat ꝓ auaritiā, ut ſcilicet quod corpori ſubtrahimus per abſtinentiam, non pauperibus erogemus ꝓ largitatem, ſed nobis in poſterū reſeruemus ꝓ

Philip. 2



cupiditatem. Si uero nec in hoc cōsensum ei prābue-  
 rimus, tentat per uanam gloriam, ut in eo quod ieiunamus,  
 uel largiores elemosinas tribuimus, laudē hominum magis  
 quā dei quāramus. Sed nos dñi exemplo instructi, uincamus  
 gulę appetitū per abstinentiam: auaritiā, per largitatē:  
 uanā gloriā, per humilitatem: iuxta quod nos beatus Iohannes  
 admonet, dicens: **Filioli, nolite diligere mundū, neq; ea quę  
 in mundo sunt:** quia omne quod in mundo est, cōcupiscentia  
 carnis est, & concupiscentia oculorū, & superbia uitę.  
**Concupiscentia** uidelicet carnis, ptinet ad gulam: ambitio  
 seculi, ad auaritiā: concupiscentia oculorū, ad uanam gloriā.  
 Quod ergo his tribus tērationibus, in quibus à dño  
 superatus est diabolus, maxime genus humanū à dñi  
 uoluntate retrahatur, illa parabola euangelij indicat,  
 ubi, qui ad cōnā inuitati uenire recusauerūt, tres  
 excusationes ptulerunt. Primus dixit: **Villā emi,**  
 & necesse habeo exire, & uidere **Luce. 14.**  
 illā. Alter dixit: **Iuga boū emi** quinq; & eo p̄bare illa.  
 Tertius quoq; ait: **Vxorē duxi,** & ideo nō possum uenire.  
 Ideo & nos calliditates diaboli p̄uidentes, p̄ arma iustitię à dextris & à sinistris tuti, ex totis  
 conaminibus repugnare studeamus. **Tunc ait illi Iesus: Vade sathana.**  
 Nōnulli putāt eandē sententiam audisse diabolū, quā & Petrus  
 audiuit, sed multum inter se diuersę sunt. Petro em̄ ignorāter  
 mysterium passionis cōtradicti dictū est. **Vade retro me**  
**Marci. 8.** sathana, qđ est dicere, **Sequere.** i. imitare me, qui cōtrarius  
 es uoluntati meę. Diabolo autē non dicitur, **vade retro me,**  
 sed absolute, **vade sathana,** ut subaudiatur, **in infernū.**  
**Scriptum est enim: Dñm deū tuū adorabis, & illi soli seruiēs.** Et hoc testimo-

Deute. 6

nium (sicut & superiora) in Deuteronomio scriptum est. Vbi considerandū nobis est, q̄a cum dicente diabolo, [hæc om̄ia tibi dabo, si cadēs adoraueris me,] dñs respondit, [dñm deum tuū adorabis,] Iostēdit, quia diabolus illum quasi deum & creatorem suum adorare debuerat, nō se ad adorādū, q̄ erat creatura, tentare. Sed quærit, cum dñs dicat, [illi soli seruiēs,] quare Apostolus Paulus dicat, p̄ charitatem seruire inuicem. Quō ergo dño soli seruire præcipitur, cum seruitium cōmune dicitur? Quō autem utrunq̄ contrarium nō sit, facile agnoscimus si proprietatē Græci sermonis, ex qua scriptura trās lata est, attēdamus. Apud Græcos seruitus duobus modis dicitur. Dicit enim λατρεία, dicitur & δουλεία. Sed λατρεία illa seruitus est, quæ soli deo debetur per culturam & uenerationem, quasi auctori & conditori omnium. Vnde & εὐδωλολατρείασ nomen compositum est, ex εὐδωλο & λατρεία: eo quod honorem & seruitutem soli deo debitam, homines stulti idolis deferre uoluerūt. δουλεία autem illa seruitus dicitur, quæ cōmunis est, & inuicē à fidelibus exhibēda. Vnde & seruus δούλος apud eos appellatur. Iubemur ergo & per charitatem seruire inuicē, quod pertinet ad δουλείαν: & iubemur iterum soli deo seruire, quod pertinet ad λατρείαν, ut eius honorem nulli creaturæ deferamus. Quod enim ait Apostolus: Serui, obedite dominis carnalibus, ad δουλείαν pertinet. Quod uero in alio loco ait: Nos sumus circūcisio, spiritu deo seruiētes, ad λατρείαν pertinet. Vnde & eodē loco apud Græcos λατρευόντες sc̄i p̄ū est. Tunc reliquit eum diabolus. Reliquit eum, quem nunquam tenuit: q̄a superatus à cētato, à tentatione cessauit. Sed quamuis ab eo superatus tunc recesserit, tempore passionis ad eum uenit, sicut

Ephe. 6  
Philip. 3

ipse dicit: Venit ad me princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Vnde cognoscimus, quia antiquus hostis superari potest, sed quiescere nescit. Et eo à tentatione recedente, ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei. Pulcherrime autem in conclusione huius lectionis, utraque domini natura nobis declaratur, diuina scilicet & humana, si tamen hanc cum Lucæ euangelij lectione conferamus. *Lucæ. 22.* ginus enim in Luca, quia cum instāte passionis tempore dominus, plixius oraret, descendens angelus domini de cælo, confortabat eum. In documento ergo utriusque naturæ hunc & angelus cōfortabat, & huic angeli ministrabant. Quia enim deus est, ministrabant ei angeli: quia homo uerus est, confortabat eum angelus: Quoniā ei, qui minoratus est paulo minus ab angelis in humanitate, omnia subiecta sunt sub pedibus eius per diuinitatem.

**Q**uam ad literam pertinet, ferunt hi, qui in transmarinis partibus sunt, quod nullus mōs tam excelsus sit, q̄ Olympus, cuius cacumē (ut asserunt) super nubes est, & nec ibi pluuia nec imber rāgit. Tradit autem beatus Augustinus, q̄a fuerunt fortissimi atq; robustissimi, qui estatis tēpore ascenderunt in eum, spongiam secum ad nares ferentes, nec non farinam uel cinerem, & fecerunt characterē aliquem in farina uel cinere, reuertentesq; anno sequenti iterū ascenderunt illuc, & ita inuenerunt, sicut reliquerūt. Et in hoc manifestatur, quia super nubes est, & nec ibi imber, nec pluuia, necq; uentus flat. Spiritualiter uero, per montem excelsum ipse diabolus intelligitur, de quo alibi scriptū est: *Vulneratus est à monte Tyri.* Et p̄pheta: *Quomodo cecidisti de 3<sup>o</sup> Saig. 13*

cælo Lucifer, q̄ mane oriebaris, qui in corde tuo dixisti, In cælum ascendam, super astra cæli ædificabo solium meum: Et bene quidem per montem diabolus designatur, quia omnes suos sequaces ad altiora prouocat, scilicet ad superbiam. De quo beatus Iob loquitur: Omne sublime uider, & ipse est rex sup̄ oēs filios superbiz. Sic econtra etiã dñs suos ad humilitatem semper prouocat, dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. [Et gloriam eorū.] Gloria mundi dicit, aurū, argentum, uestes & lapides preciosos, & cætera amabilia uel transitoria mundi. Alius euangelista dicit, quod in momẽto, & in istu oculi ostendit illi omnia. Et bene, quia omnia quę uidentur, momentanea & transitoria sunt, sicut scriptū est: Et mūdus transit, & concupiscentia eius, & omnia uanitas. Alius nãq; dicit, quod ait dño diabolus: Omnia quę cernis mea sunt, & cui uolueris do ea. Tu autem si cadens adoraueris me, erunt tua omnia. Fefellit diabolus, & hoc per arrogantiã dixit, non per potentiã. Absit hoc ad intelligendum ut eius sit uniuersus mūdus. Neq; enim potest fore ut sit, sed illius est, qui cuncta ex nihilo creauit. Cuius nanq; sit, Propheta declarat, dicens: Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo.

Joh. 41

Matth. 11.

i. Johan. 2

psalm. 23

**FERIA SECVNDA**  
da post Inuocauit. Matthæi. XXV.

**In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cũ uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ, & omnes angeli eius cum eo. Et reliqua.**

**P**ost biduum pascha facturus, pulche prædicite  
 in maiestate ad iudicandum genus humanū uē-  
 turum: ideo, ut quos contumelia terrebat supplicij,  
 subleuaret etiam gloria regni. Et pulchre filius ho-  
 minis in maiestate dicitur esse uenturus, quia pater  
 non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit fi-  
 lio. Et in iudicio, sola forma filij hominis appare-  
 bit. Tūc sedebit super sedem maiestatis sue.  
 Sedem maiestatis dei uel nubē, in qua ad cælos ascē-  
 dit, cum qua etiam ad iudicium descensurus est, in-  
 telligere debemus: uel etiam angelos & sanctos ho-  
 mines, quibus præsidens iudicium in orbe agitabit.  
Et congregabuntur ante eum omnes gētes.  
Et separabit eos ab inuicem, sicut pastor segre-  
 gat oues ab hœdis. In significatione electorū oues  
 ponuntur, propter innocentiam. Electi autem oues  
 dicuntur, quia imitatores illius sunt, de q̄ dicitur: Sic-  
 ut ouis ad occisionem ductus est. Reprobi uero in si-  
 gnificatione hœdorum ponuntur, quod lasciuum &  
 perulans animal est, & quod in ueteri testamento p̄  
 peccatis populi offerebatur. Et statuet oues a de-  
 xtris, hœdos aut̄ a sinistris. Apud deum nō est  
 dextra neq; sinistra: sed per dexteram magnitudo glo-  
 riæ, p̄ sinistrā magnitudo supplicij designat̄. Statuet  
 ergo oues a dextris suis, hoc est, electos in magnitu-  
 dine gloriæ: hœdos autem a sinistris, hoc est, pecca-  
 tores in supplicij æternis. Et dicet rex his quia  
 dextris eius erūt: Venite benedicti patris  
 mei, possidete paratum uobis regnum a con-  
 stitutione mundi. Secundum præscientiam & præ-  
 destinationem dei hoc debemus intelligere. Regnū

Johan. 5

Mat. 25

(inquit) quod uobis parauit a constitutione mundi, uenite & possidete. Omnipotens deus electis suis parauit regnum, & ipsos electos regno parauit. [Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te uidimus esurientem & pauimus &c. Iusti uel pro terrore & magnitudine domini ista loquuntur, uel propter magnitudinem remunerationis. Omnia etenim illius glorie imparia esse iudicatur. Amen dico uobis quoadiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Licet in omnibus pauperibus Christus recipiatur, & in omnibus illi elemosyna largiatur, tamen in hoc seculo illos specialiter designat, qui non corpore, sed spiritu pauperes sunt: qui sua pro deo reliquerunt, sicut fuerunt apostoli & imitatores eorum. Super quos dominus manus suas extendens, dicebat: Ecce mater mea & fratres mei, Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in uitam aeternam. Sicut enim in scientia dei & predestinatione illius preparatum est sanctis regnum a constitutione mundi, ita etiam per inferni diabolo & angelis eius preparatum esse dicuntur, Frustra ergo dogmatizat Origenes diabolum & omnes reprobos post spatium mille annorum de inferno exituros, & ad gloriam uitae aeternae transferendos, cum dominus dicat: [Ibunt hi in supplicium aeternum.] Sicut enim gloria quam sancti in die iudicii accipient, aeternaliter erit, & sine termino, ita sine dubio poena dabitur aeternaliter reprobis.

### FERIA TERTIA

post Inuocauit. Matthaei XXI.

In illo tempore: Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est uniuersa ciuitas,

dicens: **Quis est hic?** Et reliqua.

Ingressus fuerat dñs Ierusalē cum frequentia tur-  
bas, hymnos & laudes ei decāntantiū: uidens ergo  
populus q ad festiuitatē confluxerat, dñm cum  
frequentia turbarum aduenisse in Ierusalem. **Com-  
mo-  
ra est dicēs: Quis est hic?** Quod aut dixit, **com-  
mora est vniuersa ciuitas**, metonymicos est in-  
telligendum, p continēs id qd continet ostendēs, hoc  
est, p ciuitatē, populū habitantē. Interrogant aut di-  
centes: [Quis est hic? **Populi aut. i. uulgares tur-  
bae**, quae cū dño gradiebant, **dixerūt: Hic est Je-  
sus propheta a Nazareth Galilææ.** A mino-  
re incipientes, ad maius ptendunt suā responsionem.  
Hic est (ingunt) Iesus, ppheta. Non dicūt Christum,  
sed pphetam, qñ adhuc minus sapiētes, & nō perfe-  
cte in eū credētes, sed nō errabant ex toto. Nā & ipse  
p Moysen, ppheta fuerat appellatus, dicēte Moysē:  
Prophetam suscitabit uobis dñs deus ur̄ ex fratribus  
meis, tanq̄ me, ipsum audieris. Et ipse etiā se appella-  
uit, pphetam dicēs: Nō es ppheta sine honore nisi in  
patria sua. Et. Nō oportuit pphetam perire extra Ie-  
rusalem. A Nazareth Galilææ dr̄ esse, q̄ ibi nutritus  
est postq̄ de Aegypto redijt. Allegorice aut Ierusalē  
significat summā uisionē pacis, cælestē uidelicet pa-  
triam. Cū ergo intrasset Iesus Ierusalē, i. cū p ascē-  
sionis mysteriū penetraret cælos, cōmotus ē exercitus  
supernarū uirtutū in aduētū illius, dicēs: **Quis est hic?**  
Quod Psalmista apertius exponit, dicēs ex psona an-  
gelicarū uirtutū: **Quis ē iste rex gloriæ?** Et rñdētes illi  
q cum dño gradiebant, dixerūt: **Dñs uirtutū ipse est**  
rex gl̄iæ. Quod Isaias, licet alijs uerbis, tñ eadē signi-

Deut. 19

Matth. 12  
Luce. 13

Psalm. 29

Isaie. 65

ficatione pronunciat, dicēs: **Quis est iste qui uenit de**  
**Edom**, iunctis uestibus de **Bosra**? Et statim subiūxit  
 ex responsione angelorum, qui dñm comitabantur:  
 Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine  
 fortitudinis suæ. **Et intrauit Iesus in templū**  
**dei & rel.** Dedit nobis dñs exēplum, ut quotiescūq;  
 in urbem uel in uillam, pcedamus, primū causa ora-  
 tionis domū dei expetamus, ac deinceps eaquē agen-  
 da nobis sunt cum dei adiutorio exequamur. Et in-  
 gressus in templū, eijciebat omnes uendentes  
 & ementes in templo. Repetendum est à consue-  
 tudine Iudæorū, qui erant uendentes uel ementes.  
 Præcipiebat etem lex, ut omnis populus regni Iudæo-  
 rum appareret in anno ter in cōspectu dñi, atq; cōflu-  
 entibus ad templum dabatur præceptum: Non appa-  
 rebis in cōspectu dei uacuus. In illo ergo templo au-  
 gustissimo, ad quod totum regnū Iudæorū consue-  
 bat, multæ uictimæ offerebātur, boues uidelicet, arie-  
 tes, oues, & capræ, & passeres. Sed quia multi de lon-  
 ginq; regionibus superueniebant, qui secum uicti-  
 mas & sacrificia adducere nō poterant, habebāt præ-  
 paratas sacerdotes uictimas diuersi generis, quæ in  
 usum sacrificiorū erāt apta, ut ueniētes ad templum  
 dñi sacrificiū emerent. Et ita adhærebat duplex com-  
 pendium scribis & pharisæis. Nam & precium rerum  
 suarum accipiebant, & quod emebatur, ite; in suos  
 usus redigebāt. Sed q̄ fraudem eorum excludebat  
 inopia pauperum, q̄ non solum uictimas non habe-  
 bant, sed etiam nec pecunias, quibus emerēt id quod  
 necessarium erat, cogitauerunt fraudē, quō prædam  
 agerent de populo, & in templo posuerūt nummu-  
 larios, ut singulis indigentibus pecuniæ fœnerent.

Deut. 16



Sed quia lex prohibebat usuram, & pecunia illata nihil prodeſſe poterat sine usura, cōmentati sunt aliam fraudem, per quā potuissent populum expoliare. Et pro nūmulariis posuerunt colybyſtas, q̄ colybias. i. tragemara uel uilia munuscula exigebāt à populo cui ſonerabantur, ut q̄d in nummis nō licebat accipere, ſaltem in illis rebus acceperint, quæ nūmis cōmunitur. Verbi gratia, frixum cicer, uuā paſſam, poma diuerſi generis & cætera quæ nūmis cōmēbantur. iſti uſmodi inueniens dñs in templo, eiecit omnes. Sed quid ageret, ſi inueniſſet ibi luxuriantes, ebrietati uacantes, q̄n̄ ea que in templo dñi offerebantur eiecit? Quod aut̄ dicit de tēplo eieciſſe, nō debemus putare quod intra tēplum talia gererent, ſed in porticibus, quæ templis adhærebant. Et cathedras uendentium columbas euerſit. Colūbæ non reſident in cathedris, ſed potius in caueis, ut dñs columbarū cathedras euerteret: ſed ſicut (aliqui uolūt) uenditores earundem columbarū in cathedris reſidebant. Quod tñ minime ꝓcedit, quia cathedra non eſt negotiatorum, ſed potius magiſtrorū & doctorū. Quod autē dominus cathedras uendentium colūbas euertit, & mēſas nūmulariorū deſtruxit, & ementes & uendentes pariter de tēplo Iudæorū eiecit, aliud gerendo, aliud gerendū eſſe inſinuauit. Vendētes & emētes in eccleſia ſunt, q̄ ſacros ordines uel ad precium largiunt, uel ad precium percipiunt. Mēſæ uero nummulariorum appellant̄ altaria dei, ꝓpter auaritiā ſacerdotum, qui ad hoc aſſiſtunt altari, ut lucrum inde terrenū acquirant. Sicut ergo dominus tunc tempotis uendentes & emētes pariter de templo corporali, quod erat in Ieruſalem, eiecit; ita etiam nunc quotidie de tem-

pro spirituali, hoc est, de sancta ecclesia, uendentes & emētes eiicit, i. & eos q̄ per pecunias gradus dignitatis accipiunt, uel qui eoidē gradus ad precii largiuntur, etsi non à præsenti ecclesia, saltem à futura eliminantur. [ Et cathedras uendentium columbas euerit. ]

Per columbas donū spiritus sancti intelligere debemus, propter quod in specie huius animalis sup̄ dñm baptizatū spiritus sanctus apparuit. Quod ergo dñs tunc temporis corporaliter egit, hoc significat, quod dignitatē & ministeriū illorū destructur⁹ esset, q̄ gratiā spiritus sancti, quæ maxime per impositionē manus episcoporū largit̄, nisi accepto præmio non largiūtur. Scriptū est, domus mea domus orationis uocabitur. Idcirco enim quis adire debet templum, ut puram & frequentē orationem ibi exerceat. Sed tunc in speluncā latronum conuertitur, q̄n̄ quilibet ex sacro ministerio lucrū sibi tēporale acquirere desiderat. Spirituāliter autē templū dei mens uniuscuiusq̄ fidelis est. Vnde Paulus Apostolus dicit: Templum dei sanctū est, quod estis uos. Sed hoc tēplum dei in speluncā latronis conuertitur, quando in mentibus nostris lēiones p̄ximis nostris excogitamus. Dum enim solite cogitamus in cordibus nostris, ut nocere ualeamus, latrones in mēte nostra quasi in spelunca resident, qui de prætēritibus p̄dā agunt. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Post eictos illos qui in templo dei, illicita exercebāt, curauit cæcos & claudos, ut aperire designaret, q̄d sicut illi sua cecitate et debilitate corporis sanabant̄, ita etiam & illi, si conuerti uellēt, à sua spirituali cæcitate curandi essent. Uidentes autē principes sacerdotū & scribæ mirabilia eius

2. Cor. in. 3.

quæ fecit, &c. Quærunť multi qđ miraculũ dñi ma-  
 ximũ habeatur inter om̃ia signa eius, & quidã præfe-  
 rit: resuscitationẽ Lazari, quidã illuminationẽ cæci  
 nani, nõnulli mutationẽ aquæ in uinũ, pleriq; transfi-  
 gurationẽ illius in mōte coram discipulis: beato autẽ  
 Hieronymo uideatur hoc præcipuũ & maximum esse  
 oim miraculorũ. Magnũ em̃ & maximũ hoc miracu-  
 li fuit, ut unus homo, & qui adeo tũc tẽporis uilis e-  
 rat, ut crucifigi posset, uniuersum exercitũ de om̃i re-  
 gno Iudæorum ad templum confluentẽ, facto flagel-  
 lo de resticulis, flagellando de templo eijceret, quod  
 immensus exercitus facere nõ poterat. Et in hoc fa-  
 cto splendor quidam fidercus diuinitatis radabat in  
 uultu illius, quo perterriti, nõ habebant audaciã resi-  
 stendi dño. Sed pharisæi manus in dñm mittere non  
 audentes, cõterriti diuinitate illius, opa tñi eius calu-  
 mniabãtur, dicentes: Audis quid isti dicunt? Ac si  
 dicerẽt: Hæc laus non cõuenit homini, sed soli deo.  
 Hoc dicentes, non putabant eum filium dei esse. Sed  
 pensandum est, cum quanto periculo episcopi fauo-  
 res hominum recipiunt, cum hoc pro crimine impin-  
 gebatur, quod dei filius ab hominibus laudabatur.  
 Quibus ira dominus suum temperauit respõsum, u-  
 nec diceret quod illi uolebant audire: Benefaciunt te  
 stimonium de me perhibentes: aut etiam, Errãt, igno-  
 scite arati illorum, sed dicta puerorum ex dictis pro-  
 phetarum corroborat, dicens: Nunquã legistis, quia  
 ex ore infantium & lactentium perfecit laudẽ, quan-  
 do corda & ora turbarum simplicium ad fidem do-  
 mini accendit? Et relictis illis, id est, relictis cõtu-  
 mibus & calūniatoribus suis, abiit foras extra  
civitatem in Berbaniam. Per quod significabat,

quod Iudæos ob perfidiam suã esset relicturus, & ad gentium populos trãsmigraturus: quia Bethania domus obedientiæ interpretatur. Et iam hic paupertas saluatoris notanda est, qui tantæ paupertatis exiit, ut in tam magna ciuitate neminem inueniret, cuius hospitio frueretur. Intantum enim nulli adlatus est, ut nec hospitio alicuius frueretur: sed diebus ueniebat in ciuitatem, & prædicationē ibi peragebat, nocte uero reuertebatur in Bethaniam, & fruebatur ibi hospitio Lazari & sororum eius.

FERIA III.

post Inuocauit. Matthæi XII.

In illo tempore Accesserunt ad Iesum scribæ & pharisæi, dicentes: Magister, uolumus à te signum uidere. Et reliqua.



4 Reg. 1

**S**ic petebat à domino signa de celo uidere, quasi non fuissent signa ea quæ dñs super fecerat. Sed querendum est, quæ alia signa postulabant à domino fieri. Vel postulabant, ut in morem Elie ignem de celo ruere faceret, sicut contigit eo tempore, quado ignis de celo descendit, & percussit quinquagenarios cum quinquaginta suis. Vel etiam postulabant,

ut sicuti tēpore Samuelis æstiuo tēpore, cōtra cōsue-  
tudinē illius terræ, mugirēt tonitrua, coruscarēt ful-  
gura, imbres ruerēt. Sed q̄a ea calūniabātur, q̄ quoti-  
die corā suis oculis dñm facere uidebant, multo mā-  
gis hæc calūniarentur, si contigissent. Dicerēt em̄, nō  
ex potestate dñi hoc euenire, sed ex diuersis qualitati-  
bus aeris accidisse. Vel sicut Iohannes euāgelista di-  
xit, petebant eum ut manna de cælo plueret eis, sicut  
quondam fecerat patribus eorum in deserto, ut sine  
labore & fatigatione uiuere potuissent. **Generatio  
mala & adultera.** Generationem malam populū  
Iudeorum propter contemptum & præuaticatio-  
nem uocat. Præuaticatrix em̄ diuinorum præcepto-  
rum fuit & adultera: quia relicto, pprio uiro, hoc est  
deo, idolis gentium se miscuerat. **signum querit,**  
hoc est signum de cælo: **signum non dabitur ei,**  
**nisi signum Ionæ prophete.** Queritis (inquit)  
signum à me uidere, sed non dabitur uobis signū di-  
uinitatis meæ de cælo, sed potius humanitatis meæ  
de inferno. **Sicut enim fuit Ionas in ventre  
cetibus diebus & tribus noctibus,** sic e-  
rit filius hominis in corde terræ tribus diebus nocti-  
bus. Nota est historia de Iona, quod cum fugeret à fa-  
cie domini in Tarsis, cæto sorbente deuoratus est,  
& fuit ibi tribus diebus & tribus noctibus: hoc facto  
significans mortem domini, qui latuit in corde ter-  
ræ, hoc est in sepulchro, tribus diebus & tribus nocti-  
bus. Sed querit, cur dominus in sepulchro tribus die-  
bus & tribus noctibus iacuisse dicitur, cum cōstat eū  
non tot diebus & noctibus ex integro māsisse: Si-  
quidem sexta feria hora sexta crucifixus est, nona au-  
tem emisit sp̄m: uespere uero post occasum solis de-

positus est de cruce, & collocatus in sepulchrū, & nō  
 ibi iacuit nisi triginta & sex horis. Sed in hoc loco ro-  
 gula scripturæ attendenda est, q̄a frequenter a parte  
 totū demonstratur. Sicut em̄ accipimus sextā feriam  
 cū nocte p̄cedenti, ita noctē dñicam cū sequenti die.  
 Secundum hanc rationem tres dies & noctes inueni-  
 tur mansisse dñs in sepulchro. Nam sæpe talē locutio-  
 nem inuenimus in scripturis, & etiam in nostra cō-  
 muni locutione, sicut diximus mulierē partum por-  
 tare decem mensibus, cum constat nouem mensibus  
 tantummodo partum ferre, & incipiēte decimo par-  
 tum egredi. Uiri autem Niniuitæ sur gēt in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Et reliqua. Cum dicuntur uiri Niniuitæ surge-  
 re in iudicio cum generatione illa, cōstat apte, quod  
 in iudicio tā boni q̄ reprobi, æque resurrecturi sunt.  
 [Et condemnabunt eam,] non potestate, sed cōpa-  
 ratione, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione  
 Iona. Et ecce plusquam Jona hic. Hic, nec no-  
 men uel pronomen, sed potius aduerbium loci. Ecce  
 (inquit) inter uos sum ego, q̄ maior sum Iona, & id-  
 eo iudicium inter uos exercebunt Niniuitæ: quia Iona  
 triduo tātūmodo eis prædicauit, ego uero apud  
 uos multo tempore prædico: Iona prædicauit alicui  
 nō gēti, hoc ē, Aſyrijs, ego uero Iudeis populo quon-  
 dam dei: Iona nullum miraculū fecit, ego uero multa  
 signa in uobis opatus sum. Regina Austri sur-  
 get in iudicio cum generatione ista, & condem-  
 nabit eam. Regina austri, id est, Saba, quæ uenit a  
 finibus terræ audire sapientiam Salomonis, [con-  
 demnabit generationem istam,] non potestate, sed cō-  
 paratione. Merito ergo condemnabit scruitiam Iude

orum, quia uidelicet ipsa uenit per multas difficul-  
tes terras & maris, ad audiendā sapientiā Salomonis:  
Iudei uero presentē Christū inter se habētes, doctri-  
nam illius audire respuerūt. **In fide etem Niniuitarū**  
& Saba reginā, præfertur fides gentiū populo Israeli-  
tico. **Cū aut immūdus spiritus exierit ab ho-**  
**mine, ambulat per loca arida quæres requi-**  
**em, & nō inuenit.** Duobus modis intelligi potest, tñ  
ad Iudeos proprie p̄tinet hæc sententia. Vñ & dñs in  
cōdellione illius ira loquitur: **Sic erit & generati-**  
**oni huic pessimæ.** Immundus etem spūs à Iudeis  
tūc exiuit, qñ ad mōrem Sina legē dei accipientes, di-  
xerunt. **Quæcūq; dixerit nobis dñs, faciemus, & obe-**  
**dientes ei erimus.** Exiens em̄ malignus spūs à Iudeis,  
ambulauit per loca arida, hoc est, per corda gentiliū  
nullorore celesti in se feta. **Sed ibi requiē non inuenit,**  
quia uidelicet per prædicationē apostolorū, & bap-  
tismi gratiā inde ē expulsus. **Tūc dicit: Reuertar**  
**in domum meam, unde exiui.** hoc est, repetam Iu-  
deos quos antea dimisi. **Et ueniens inuenit eam**  
**scopia mundatam,** hoc est, per circuncisionē. **Et**  
**vacantem,** hoc est, à bonis operibus cessantem. **Et**  
**ornatam,** traditionibus scribarum & pharisæorū.  
**Tunc vadit & assumit seprē alios spiritus ne-**  
**quiores se, & intrantes habitant ibi** hoc est, ple-  
nitudinē dæmonum & uitiorum. **Et fiunt nouis-**  
**sima hominis illius peiora prioribus,** quia pe-  
iores sunt modo Iudei in synagogis suis Christo blas-  
phemantes, quā olim gentes erant in Aegypto ido-  
la adorantes. Possumus tamē hanc sententiam refer-  
re ad unumquēq; peccatorem. **Tunc etenim immū-**  
**dus spiritus exit ab homine,** quando regeneratur ex

aqua & spiritu sancto. [ Ambulat per loca arida ]  
 corda uidelicet fidelium, quæ arida sunt. i. ab omni  
 concupiscentiæ fluxu aliena. Quærēs requiem, & nō  
 inuenit. q̄a uidelicet bellum electorum contra se sen-  
 tit. [ Tunc dicit: Reuertar in domum meā unde exi-  
 ui, ] hoc est, reperam illum quem tēpore baptisimi re-  
 liqui. [ Et ueniens, inuenit scopis mundatā, hoc est,  
 baptismo purificatā. [ Et uacantem, ] hoc est, uacūā  
 à bonis operibus. [ Et ornata, ] per hypocrisin, hoc  
 est, per simulationem. [ Tunc uadit & assumit septē  
 alios spiritus nequiores se, & intrātes habitant ibi. ]  
**Sic** septenarius numerus sacratuſ est Christo, pro-  
 pter septem dona spiritus sancti, quæ commemorat  
 Isaias super dñm requieuisse: ita etiam diabolo iste  
 numerus consecratuſ est, propter plenitudinē oīm  
 uitiorum. Siquidē septē sunt principalia uitia, octa-  
 uum est superbia, per quā ipse diabolus cecidit. Pri-  
 mum est γασπιμαργία, quod interpretatur gulæ cōcupi-  
 scentia. Secundum, fornicatio. Tertium φιλαργγία, i.  
 auaritia, uel amor diuitiarū. Quartū, ira. Quintū tristi-  
 tia. Sextū acedia, quæ est anxieras mētis, uel tædiū.  
 Septimū, κενόδοξία, i. uana gloria uel inanitas. Octa-  
 uū, superbia, quod ē ipse diabolus q̄ per superbiam de  
 celo lapsus. **Et sunt nouissima hoīs illius: peio-  
 ra prioribus.** Quia melius esset uiam ueritatis nō  
 cognoscere, q̄ post agnitionē retrorsum ire. Melius  
 fuisset Iudæ pditori Christum nō sequi, quā post  
 agnitionē prodere. Melius fuisset Simoni non bap-  
 tizari, quā post baptismū in laqueū dānationis in-  
 rere. Quia uidelicet cum omnis hō pessimus sit, qui ui-  
 tijs seruit, ille tñ pessimus pessimorū est, qui cū omi-  
 bus uitijs seruit, uirtutes tamen habere se simulat: per



hypocritin. Adbuc eo loquēte ad turbas. ecce mater eius & fratres stabant foris. quærentes loqui ei. Occupatus erat dominus miracula faciendo, & in opere & in doctrina populum exercendo, illo autē prædicante, & Iudæos redarguente, mater eius & fratres steterūt foris. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui. Videtur iste qui hoc dño nunciauit, non simplici animo hoc nunciaſſe, sed potius tentandi calliditate, utrum dñs a mori parētelæ præponeret prædicationē euāgelij, an non. Sed ipse intelligens illius cogitationē & nequitiam, nō prætulit religioni amorem, qui iunctionem carnalem laudauit, sed dixit: Quæ est mater mea & fratres mei. Hæc dicendo, nō negauit beatam Mariam matrem suam esse, sed (sicut diximus) prætulit diuinum uerbū carnali coniunctioni. Nam matrē suam negare non poterat, qui nobis præcipit patres nros diligere, dicēs: Honora patrē tuū & matrē. Et extendēs manū in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Fratres dñi, qui in euangelio appellantur, non debemus intelligere filios Ioseph de altera uxore, ut quidam hærenici opinantur, qm̄ sicut beata Maria in uirginitate permansit, ita & beatus Ioseph uirginitatis perpetuæ custos fuit. Sed fratres dñi filij Mariæ materteræ eius intelliguntur, Iacobus & Iohannes & Iudas. Quatuor siquidem modis dicuntur fratres, germanitate carnali, sicut Iacob & Esau: alio modo, propinquitate carnis, sicut Laban appellabat Iacob fratrem, quia auunculus suus erat. Et sicut Abraam loquitur ad Loth, *Gene. 13* Ne quæso sit iurgium inter me & te, & pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus. Non enim

Loth ff erat Abraā, sed potius nepos eius. Tertio mō dicunt fratres, ppter gentis unitatē, de eadē gēre uidelicet nati, sicut ē illud in **Genesi**: Si elegeris regem sup te, de fratribus tuis elige quēcunq; uolueris, hoc est, de gente tua. Quarto mō, affectu & pietate, sicut oēs q in Ch̄o credimus, dicimur fratres. Vno etem ex his modis dicūtur fratres dñi, propinquitate scilicet carnis illius. Spiritualiter p̄dicāte dño turbis, mater & fratres illius foris stabā, & mō dominus in ecclesia docet gētes: mater uero illius & fratres .i. synagoga foris stant, hoc est, à societate ecclesię alieni existunt. Sed & ipsi cū ad domū domini intrauerint, non negabūtur ab eo, sed implebitur in eis quod dñs dixit: [ Quicunq; fecerit uoluntatē patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est. ] Querendum uero est, quō aliquis mater dñi possit effici. Frater enim & soror illius est, quicunq; uoluntatem patris fecerit. Et propter sexum utriusq; mirum non est, sed ipse mater eius efficitur, qui uerbū dei in corde auditorum suorum gignit. Vnusquisq; em̄ fidelis, quandiu imbuntur, filius est: cū uero alios imbuit, mater est. Paulus nāq; Apostolus maternū affectū circa auditores suos impendebat, qui dicebat: Filioli mei, quos ite: parturio, donec forme: Christus in uobis.

Gala. 4

**SO** **FERIA QUINTA**  
post Inuocauit. Iohan. VIII.

**T** In illo tēpore: Dicebat Iesus ad eos qui crediderunt in eum ex Iudæis: **Si uos manseritis in uerbo meo, Et rel.**



**I** Deo māsēritis, q̄a doctrina spiritali iniciati estis, quia esse ibi cōpistis. Si māsēritis, hoc est, in fide, quā in vobis esse credentibus cōp̄it, quo p̄uenietis uidere, q̄le est in̄itium, & quō p̄ducit. Amāstis fundamētum, culmen attendite, & ex ista humilitate aliam celsitudinē quā r̄ie. **Fides** em̄ humilitatē habet. **Cognitio**, & immor-

talitas, & aeternitas nō habet humilitatē, sed ex celsitudine erectionē: nullā defectionē, sed aeternam stabilitatem: nullā ab inimico expugnationem, nullum deficiēdi timorem. **Magnum** est quod incipit à fide, sed magis quo peruenitur p̄ fidem. **Audi** igitur quo perueniar, & uide quāra sit fides. **Ergo** & ad Iudaeos ait: **Si manseritis in verbo meo, in quo credidistis, vere discipuli mei eritis.** Subiūxit quoque, **et cognoscetis veritatem.** Qui cognoscit ueritatem, cognoscit deum: quia deus ueritas est, dicente ipso domino: **Ego sum uia & ueritas & uita.** **Cre-**

Johan. 14

damus ergo, ut cognoscamus ueritatem: quia sine fide ad cognitionem ueritatis nullus peruenire poterit. **Quid** est q̄d cogniturus sumus? **Illud** quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit. **Quid** enim est fides, nisi credere quod nō uides? **Fides** ergo est, quod nō uides credere: ueritas, quod credidisti uidere. **Quid** est quod uidere nobis promittitur? **Dicit** enim dominus in alio loco, quid es-

**Johan. 14** ser, quod uisuri erimus, ubi ait: **Qui autem diligit me, diligitur a patre meo. Et ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Hac est promissio, hæc est merces si dei, quæ per dilectionem operatur, hæc est fatietas, quam Psalmista oprauit, dicens: Satiabor dum manifestabitur gloria tua. O domine, digne fac nos amare te, & non amare seculum, ut ualeamus ad illam libertatem peruenire, ad quam per cognitionem ueritatis peruenitur, de qua subiunxisti, dicens: **Et ueritas liberabit uos.** Quid est, liberabit uos? Liberos facit. Denique Iudæi carnales, & secundum carnem in dicantes, non hi qui crediderant, sed illa turba, quæ non credebant, iniuriam sibi factam putauerunt, quia dixit eis: [ueritas liberabit uos,] & indignati sunt seruos se esse significatos. **Et uere serui erant. Sed exposuit dominus illis, quæ sit seruitus, & quæ sit futura libertas, quam ipse promittit. Nihil enim aliud est dicere, [et ueritas liberabit uos,] nisi liberos uos faciet: sicut nihil est, saluat, nisi saluos faciet. Audiuius ergo quid libera ueritas dixit, audiamus quid superba falsitas respondeat. Dixerunt ergo Iudæi: **Semen Abrahæ sumus. & nemini seruiuimus unquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis?** Non enim dixerat dominus, liberi eritis, sed ueritas liberabit uos. In quo tamen uerbo illi nihil aliud intellexerunt, nisi libertatem carnalem: & extulerunt se, quod semen essent Abrahæ, & dixerunt: **Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis?** **O uana superbia, o falsa iactantia, quomodo uerum dixisti, nemini seruiuimus unquam? Ioseph nomine est uenundatus. prophetæ sancti nomine sunt ducti in captiuitatem? Denique nonne ille ipse eius populus, qui******

in Aegypto lateres faciebat operibus duris, non saltem in argento & auro, sed in luto seruebat: Si nemi seruitis unquam, o ingrati, quid uobis assidue improperat deus, quomodo uos de domo seruitutis liberauit: an forte patres uestri seruierunt? Vos autem qui loquimini, nulli seruiumus unquam, si nulli seruiuitis unquam, quomodo ergo soluebatis tributū Romanis? Vnde & ipsi ueritati laqueum quasi capti onis posuistis, ut diceretis: Licet reddere tributū Cæsari: ut si dixisset, licet, teneretis eum quasi malam operasset libertatem semini Abrahæ: si autē dixisset, non licet, calumniaremini apud reges terræ, quod phibere regibus tributa perfolui. Deinde prolato nūmo uicti estis, & captioni uestræ uos ipsi estis respondere compulsi. ibi enim uobis dictum est: Reddere Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt, cū uos ipsi respondissetis, quod nummus habet imaginem Cæsaris, quia sicut quærit Cæsar in denario imaginem suam, sic deus quærit in homine suam. Nec alienū quid quærit deus ab homine, sed quod condidit in homine. Ideo deus homo factus est, ut in homine reformaret, quod in homine formauit. Ergo mentientibus, & de uana libertate tumentibus, quid respōdisset dominus Iudæis audiamus. **Amen amē dico uobis, quia omnis qui facit peccatū, seruus est peccati.** Quis non sub istis uerbis contremiscat, si omnis homo peccator, omnis homo seruus peccati? Sed in his attētius audiamus, qualiter liberemur de hac seruitute. Terrorē incurrit, sed medicinā adhibet. Nā ait dñs: [Amen amē dico uobis.] Quid est, amē amen, nisi uerum dico uobis? Quod uerbum nec Græcus in terpres, nec Latinus ausus est in aliam transferre lin-

gnam, ut honorem haberet uelamento secreto, testi-  
 ficatio ueritatis in Christo. **Veritas** dicit: **Verū** uerū  
 dico uobis, ingeminat, replicat uerbū ueritatis, ut ex-  
 citaret dormientes, intentos faceret audientes, nec  
 contēnereſ q̄ ait: [ **Amen amen** dico uobis, q̄a om̄is  
 qui facit p̄t̄m, seruus est peccati. ] **O** miserabilis ser-  
 uitus seruire peccato, seruire diabolo, q̄ peccati ē au-  
 tor. **S**ape hoies malos dñs fugiunt, ne seruiant ma-  
 lis, & non fugiunt p̄t̄m? **Q**uāto facilius esset fugere  
 p̄t̄m, & seruire homini libera cōscientia? **D**einde ser-  
 uus hominis aliquādo sui dñi imperijs fatigatus, fugi-  
 endo requiescit; seruus aut̄ peccati quō fugierit, secu-  
 em̄ retrahit uindex cōscientia, quocunq; fugerit, nō  
 fugit, sed ipsum mala conscientia sequitur, imō non  
 recedit à se. p̄t̄m enim qd̄ fecit, intus est. **F**ecit pecca-  
 tum, ut aliquam corporalem caperet uoluptatē: uo-  
 luptas trāsit, p̄t̄m manet: praterit quod delectabar,  
 remansit quod pugnat mala seruitus. **A**liquando fu-  
 giunt hoies improbos dñs, ut fugiendo quiescāt à  
 seruitute, sed quō illi seruiture carebunt, qui nolunt  
 carere peccatis? **Q**uanto facilius est, si deserat homo  
 peccatum, fugiatq; ad **Christum** ueræ libertatis uin-  
 dicem atq; autorem? **L**iberat enim ab hac seruitute  
 peccati solus dominus, qui illa nō habuit. **Q**ui solus  
 sine peccato uenit in mundum, ille solus liberare po-  
 test de peccato. **Q**ui uenit sine peccato, factus est sa-  
 crificium, p̄ peccato. **C**um ergo om̄is qui facit p̄t̄m,  
 seruus sit peccati, q̄ sit spes nobis libertatis, audire,  
**Seruus autē (inquit) non manet in domo in**  
**æternum.** **E**cclēsia est domus, seruus est peccator.  
**N**on maneat homo in peccato, ne sit seruus peccati,  
 ut possit manere in domo, id ē, in ecclēsia: maneat in

corpore capitis sui, ut sit filius, non seruus. Longe aliud est peccare, aliud manere in peccato. Qui manet in peccato, seruus est peccati: qui fugit à peccato, seruus erit iustitiæ. Terruit itaq; & spem dedit: terruit, ne peccatū amaremus: spem dedit, ne de peccati solutione diffideremus. [Omnis (inquit) qui facit peccatum, seruus est peccato.] Seruus autem non manet in domo in æternum. ] Quæ ergo nobis spes est, qui non sumus sine peccato? **Audi spem tuā. Filius manet in domo in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, tunc vere liberi eritis.** Hæc spes nostra fratres, ut à libero liberemur, & liberādo seruos nos faciat. Serui enim eramus cupiditatis, liberi efficiamur serui charitatis. Prima libertas est, non permanere in peccatō, seruire iustitiæ, dicente **Apostolo: Cū** Roma. 6 **enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ.** Nunc autem habetis fructum uestrū in sanctificationē, finem uero uiram æternam. Perfecta uero libertas est, deo Christo seruire, illum diligere q̄ uere nos liberauit, qui uere est filius dei, & dñs in forma serui, nō seruus, sed in forma serui dñs. Fuit quippe illa carnis forma seruilis, quæ esset similitudo carnis peccati, non erat peccati, libertatem promisit credentibus in se. Iudæi uero rāquam de sua libertate superbientes, dedignati sunt fieri liberi, cum essent serui peccati. Ideo autē se liberos esse dixerunt, quia semen Abrahæ erant. Quid ergo eis ad hæc respōdit dominus, audiamus. **Scio (inquit) quia filij Abrahæ estis, sed queritis me interficere.** Agnosco carnis originē, nō cordis fidē: filij Abrahæ estis, sed secundum carnem, ideo queritis me occidere. **Sermo enim meus (inquit) non capit in uobis,** id est, non habet locum

in uobis. Si sermo meus caperet à uobis, caperet utique nos. Quid est ergo, non capit in uobis? Id est, non capit cor uestrum, quia non recipitur à corde uestro. Audistis certe dñm dicentem: [Scio quia filij Abrahæ estis,] audite quid postea dicat. Ego quod uidi apud patrem meum, loquor: et uos, quod uidistis apud patrem uestrum, facitis. Quid autem faciunt, & quid eis dixit: queritis me occidere, hoc apud **Abraam** nunquam uiderunt. Dixit, quæ uidi apud patrem meum loquor, ueritatem uidi, ueritatem loquor, quia ueritas sum. Si enim dñs ueritatem loquitur, quia ipse est ueritas patris, quam uidit apud patrem, seipm uidisse loquitur: ipse enim uerbū, quod uerbum erat apud deum: isti ergo malum quod faciunt, quod dñs obiurgat & corripit, ubi uiderūt apud patrem suū: Cum audierimus in cōsequentibus apertius dictum, quis sit eorum pater, tunc intelligimus qualia uiderint apud talem patrem. Adhuc em non nominat patrē ipsorū. Paulo superius **Abraam** commemorauit, sed carnis originē, nō uitæ similitudinē. Dicturus nunc alterum patrē illorum, q nec genuit eos, nec creauit ut homines essent, sed tamē filij erāt eius, in quantum mali erant, non in quantum hoies erant: in quantum imitati, non in quantum creati. Respondērunt et dixerūt ei: Pater noster **Abraam** est. Quasi aliquid dicturus esset contra **Abraam** aut quasi in aliquo auderet reprehendere **Abraam**. Non quia dñs non audebat reprehendere **Abraam**, sed talis **Abraam** erat, qui nō reprehēderetur à dño, sed potius laudaretur. Tamen isti uidebant eum uocare, ut aliquid mali diceret de **Abraā**, & esset occasio faciendi quod cogitabāt. [Pater noster **Abraā**



est. **A**udiamus quomodo eis respondit dominus, cum illorum damnatione laudauit **Abraam**. **D**icit ei **Iesus: Sifilij Abraæ estis opera Abraæ facite.** **N**unc autem quæritis me interficere, **hominem qui veritatem locutus sum vobis, quam audiui à deo, hoc Abraam nō fecit.** **E**cce, ille laudatus, isti damnati. **N**am hi quærebant dominū interficere, **Abraam autem non erat homicida, Non** dico, inquit, ego sum dominus **Abraæ**, quod & si dicerem, uerum dicerem. **(N**am dixit in alio loco: **A**nquam **Abraam** fieret, ego sum, cum illum lapidare uellet) sed dico hoc interim, quod uidetis, quod aspicitis, quod me solū putatis, scilicet quod homo sum. **H**ominem ergo dicentem uobis quod audiuit à deo, quare uultis occidere, nisi quia non estis filij **Abraæ**? **E**t n̄ superius ait: **[**Scio quia filij **Abraæ** estis, **]** nō negar nunc eorū originē, sed facta cōdemnat. **C**aro eorum ex illo erat, sed uita nō erat. **E**rgo **Christiani** facti sunt semē **Abraæ** gr̄a dei, nō de carne **Abraæ**. **F**acti illi cohæredes, deus illos exhereditauit, istos adoptauit. **I**sti sunt de quibus in alio loco à **Iohāne Bap**, dictū est: **P**otens est deus de lapidibus istis suscitare filios **Abraæ**. **I**lli ergo erūt filij **Abraæ**, quia opera **Abraæ** imitātur. **I**deo subiūxit dñs, dicēs: **[**Si filij **Abraæ** estis, opera **Abraæ** facite **]** **F**actis, probate nobilitatem, nō uerbis. **[**Sed quæritis me interficere, hominem qui ueritatem locutus sum uobis, quam audiui à deo, hoc **Abraam** nō fecit. **V**os facitis opera patris uestri, **]** **E**t quia ad huc non dicit, quia iste est pater illorum, uideamus mō illi quid responderūt. **C**æperūt enim utcumq; cognoscere, nō de carnis generatione dominum loqui, sed de uiræ institutione. **E**t quia consuetudo scripturarū

est (quam legebant) fornicationē spūaliter appella-  
 re, cū dijs mutis & falsis anima tanquā p̄stituta sub-  
 jectur, ad hoc responderunt, dixeruntq; ei: Nos ex  
 fornicatione non sumus nati, vnum patrem  
 habemus deum. Cum tories gloriātes de Abraā,  
 repulsi sunt, nunc uideamus quōd repelli noluerunt  
 ore ueridico. Quia cum erat talis Abraam, cuius fa-  
 ctum non imitabantur, & de illius tamen genere glo-  
 riabantur, mutauerunt responſionem, credo dicen-  
 tes apud seipſos: Quotiescūq; nominauerimus Abra-  
 am, dicturus est nobis: quare non imitami eum, de  
 cuius genere gloriāmini? Nos sanctum & iustum, in-  
 nocentem tantū uirum imitari non possumus, deum  
 dicamus patrē nostrū, uideamus quid nobis dicturus  
 est. Nūquid falsitas inuenit quod diceret? Audiamus  
 quid dicant, audiamus quid audiant. [ Vnum (inqui-  
 unt) patrem habemus deū. Dixit ergo eis Iesus: Si  
 deus pater uester esset, diligeretis me utiq;  
Ego enim ex deo processi & ueni. Neq; enim a  
 me ipso ueni, sed ille me misit. Dicitis deū patrē,  
 agnoscite uel fratrem uestrum. Hic terigit quod sa-  
 p̄ius solet dicere, non a me ipso ueni, sed ille me misit,  
 ego enim a deo processi & ueni. Christi ergo missio,  
 incarnatio est eius. Quod uero de deo patrē p̄cessit  
 uerbum, æterna processio est, non habens tempus,  
 per quem factum est tempus. Ergo ab illo processit  
 ut deus & æqualis, ut filius unicus, ut uerbum patris.  
 Venit ad nos: quia uerbum caro factum est, ut habi-  
 taret in nobis, Aduentus eius, humanitas eius: man-  
 sio eius, diuinitas eius. Quare (inquit) loquelam  
 meam nō cognoscitis? Quia non potestis co-  
 gnoscere sermonem meum. Ideo non poterant

cognoscere, quia non poterant audire, sed unde audire non poterant, nisi quia corrigi credendo volebant: Et hoc inde. **Vos ex patre diabolo estis.** Quam diu patrem commemoratis, quam diu patrem muratis, modo **Abraam**, modo deum, audite à filio dei cuius filij estis: **A patre diabolo estis. Deus** utiq; creator oim creaturarū creavit hoīem, quō hic dicit, vos à patre diabolo estis. **Quicquid à deo creatū est, bonū est.** & omnis hō inquantū creatura dei est, bonus est. **Quantū vero se subiicit per liberū arbitriū diabolo, à patre diabolo ē.** Bona ē em̄ hominis natura, sed vitia ra erat per malā uoluntatē, & inde erat à patre diabolo. **Quod fecit deus, nō potest esse malū, si ipse homo nō sit sibi ipi malus.** Inde ergo **Iudæi** dicti sunt filij diaboli, nō nascendo, sed imitando. **Consuetudo uero sanctæ scripturæ est, ex imitatione uel consuetudine operum filios sæpe nominare, ut ppheta ad Iudæos ait: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.** Amorrhæi gens erat quædā, unde originē Iudæi nō ducebāt. **Cethæi & ipsi gentem suā habebāt, omnino alienā à genere Iudæorū.** Sed quia erant impij **Amorrhæi & Cethæi, Iudæi autē imitati impietates eorū, in uenerant filij parentes, nō de quibus nascerentur, sed quorum mores sectando pariter damnarētur.** **Quaritas autem forrasse, unde ipse diabolus est. Inde uerique, unde & cæteri angeli. Sed cæteri in sua obedientia perstiterunt, ille inobediendo & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus. Sed modo audite, qd dicat dñs, [ Vos inq; à patre diabolo estis, & desideria pr̄is uestri facere uultis. Queritis me occidere, hoīem qui ueritatē uobis dico, [ et ille inuidit homini, & occidit hoīem. Diabolus autē cum inuide-**

Jezech. 19

ret homini, serpentem indutus, locutus est mulieri, & de muliere uenenauit & uirū. Vñ mortui sunt, diabolus audiendo, quem non audissent, si deum audire uoluissent: qui obtemperare debuerāt creatori, nō deceptorī. **Ergo ille homicida erat ab initio.** Videte genus, homicida dicitur diabolus. Diabolus non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominē uenit, sed uerbum malum seminauit, & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, qñ fratri tuo mala persuades. **Nam si fratri tuo mala persuades, occidis.** Audi Psal̄m. Filij hominum dentes eorū arma & sagittæ, & lingua eorū gladius acutus. Vos ergo desideria patris uestri facere uultis, ideo scitis in carne, quia non potestis in mēte. [ Ille homicida erat ab initio, ] utiq; in primo homine, ex illo ille homicida. **Ex quo potuit fieri homicidiū? Ex quo factus est homo.** Non em̄ posset occidi homo, nisi prius fieret homo. **Et in ueritate non stetit, quia ueritas non est in eo.** Non quomodo in Christo est ueritas, ut deus ipse sit ueritas. Si ergo iste in ueritate stetit, in fugi originis sanctitate permansisset: sed in ueritate non stetit, quia ueritas non est in eo. **Qui cū loquitur mendacium, et proprijs loquitur, quia mendax est. & pater eius.** Diabolus autem à semetipso mendax fuit, & mēdaciū suum ipse genuit, à nemine audiuit mendacium prius. Quomodo genuit pater filium ueritatem, sic diabolus genuit quasi filium mēdaciū. Mendaciū genuit, quia in ueritate nō stetit. Omnis em̄ qui in deo manet, in ueritate manet, gaudeus ueritas est. Si quis uero à deo recesserit, mendax erit, dicente Psalmographo: **Omnis homo mendax.** Inquantū uero homo à deo recedit, intantū mendax

Psalm. 56

Psalm. 115

erit, dum se à ueritate declinauerit, & inde peccator erit. Quia omne peccatū nō est ueritas, sed mendaciū: quia recedēdo à deo nō habet ueritatē. Diabolus uero bonus creatus est, sed p seipsum malus factus est, declinando se à summo bono. Ideo ex proprijs locutus est mendaciū, quia in seipso inuenit unde esset mēdax. Homo uero deceptus à diabolo, factus est à diabolo mēdax. Ideoq; filius diaboli, nō natura, sed imitatione. Recedamus ergo à patre mendacij, curramus ad patrē ueritatis. Amplectamur ueritatem, ut accipiamus ueram libertatē. Iudæi apud patrem suū uiderant, quod loquebantur: quid, nisi mendacium? Dñs autem apud patrem suum uidit, quod loqueret: qd, nisi uerbū patris æternum, & patri coæternū? Ideo subiūxit: Ego ueritatē dico uobis, & nō creditis mihi. Nā mēdax mendaciū loquit, sed ueritas ueritatē pfert. Diabolus mendax, Christus uero ueritas, & ueritatis assertor: quia ex ueritatis orē nil aliud poterit procedere, nisi ueritas.

**FERIA SEXTA**

post Inuocauit. Iohan. V.

In illo tempore Erat dies festus Iudæorum, & ascēdit Iesus Hierosolymam. Est autē Hierosolymis probatica piscina. Et re-

Loquebamur ergo uobis & nunc de euangelicalēctione, in qua duo pariter miracula humane sanitatis leguntur, unum inuisibiliter p angelicam administrationem, alterum per dominicam presentiam uisibiliter exhibitum; sed utriusque no-

bis sunt breuiter exposita mysteria, ne prolixè lectio-  
nis, prolixa quoq; explanatio cuiquam forte grauis  
existat. **Probatica** piscina, quæ quinq; porticibus cin-  
gebatur, **populus** est **Iudæorum**, legis undiq; custo-  
dia, ne peccare debeat, munitus. **Recte** etem lex quæ  
quinq; libris **Moyfi** descripta est, **quinario** numero  
figuratur. **Recte** **populus**, qui in quibusdam mundi-  
tiji uitæ seruire, in quibusdam solebat immundo-  
rum spirituum tentamentis agitari, per aquam signa-  
tur piscinæ, quæ nunc placida uentis stare, nunc eis ir-  
ruentibus turbari cõsueuerat. Et bene piscina eadem  
probatica uocatur. τὰ πρὸς τὰς πύλας quippe græce, oues di-  
cuntur. **Quia** erant nimirum in illo populo, qui dice-  
re domino noscerent: **Nos** autem **populus** iustus, &  
oues gregis tui, cõsitemur tibi in secula. **Vulgo** au-  
tem probatica, id est, pecualis piscina fertur appella-  
ta, quod in ea sacerdotes hostias lauare consueuerat.  
**Multitudo** languidorum quæ in memoratis portici-  
bus iacebat, aquæ motum expectans, significat eorū  
cateruas, qui legis uerba audiētes, suis se hanc uiribus  
implere nō posse dolebāt. **Atq;** ideo dominicæ auxi-  
lium gratiæ toris animæ affectibus implorabāt. **Cæ-**  
**ci** erant, qui necdum perfectum fidei lumen habe-  
bant. **Claudi**, qui bona quæ nouerant, operandi gres-  
sibus implere non quibant. **Aridi**, qui quamlibet ocu-  
lum scientiæ habentes, pinguedine tamen spei & di-  
lectionis egebant. **Tales** in quinque porticibus iace-  
bant, sed nō nisi in piscinā angelo ueniente sanaban-  
tur. **Quia** per legem cognitio peccati, gratia autem  
remissionis non nisi per **Iesum Christum** facta est.  
**Hunc** designat angelus, qui inuisibiliter descēdens in  
piscinam, ad suggerēdam uim sanādi mouebat aquā.

psalm. 78.

Descendit enim carne indurus magni consilij ange-  
 lus, id est, paternę uoluntatis nunciatus in piscinam po-  
 puli Iudęorum, & mouit peccatores factos a doctri-  
 na sua, ut occideretur, qui sua morte corporali, non  
 solum spiritualiter languentes sanaret, sed & mortu-  
 os suscitare sufficeret. **Motus ergo aquę**, passionem  
 (quę mora, turbataq; Iudęorum gente facta est) in-  
 sinuat. **Et quia per eandem redempti sunt credentes**  
 a maledicto legis, quasi descendentes in aquam pisci-  
 nę turbaram sanabantur, qui hactenus iacuerant in  
 porticibus egroti: legis siquidem literam nescientes,  
 quid agendum, quid uitandum esset, edocuit. **Nec ta-**  
**men eductos de sedibus ignorantie prioris in porti-**  
**cibus suis continebar, nec sanabat languidos.** **Gratia**  
**autem euangelij, quę per deũ ac mysteriũ dominicę**  
**passionis sanat omnes languores iniquitatũ nostrarũ.**  
 a quibus in lege **Moyse** nõ potuimus iustificari, quasi  
 eiektos de porticibus legis ægrotos in aquã piscinę  
 turbidã, ut sanari possimus, immittit, quia a peccatis,  
 quę lex ostēderat, per aquã baptismatis abluit, teste  
 Apostolo qui ait: **Quia quicunq; baptizati sumus in**  
**Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.** **Conse-**  
**pulti em̄ sumus cũ illo p̄ bap̄tismũ in mortẽ, ut quõ**  
**surrexit Christus a mortuis p̄ gloriã patris, ita et nos**  
**in nouitate uitę ambulemus.** **Bñ aut̄ dñs, quia q̄ prius**  
**descēdisset post motionẽ aquę, sanus siebat a quocunq;**  
**languore tenebat: ga unus dñs, una fides, unũ bap̄t-**  
**isma.** **Et q̄ in unitate catholica Ch̄i mysterijs imbui-**  
**tur, sanus fit a quocunq; peccatorũ languore detinet̄.**  
**Quisq; aut̄ ab unitate discrepat, salutẽ, q̄ ab uno est,**  
**consequi non ualeat.** **Hęc de primo euangelicę lecti-**  
**onis miraculo, qđ dominus dedit, locuti sumus: nũc**

Roma. 6

de secundo, quod ipse dederit, fraternitati uestræ lo-  
 quamur, in quo etiã ipso, unus cõmendatur sanatus,  
 Non ga omnipotentis pietas saluatoris, omnes quos  
 ibi languentes inuenit, sanare nequieuit, sed ut do-  
 ceret præter unitatẽ catholicæ fidei, nullum cui libet  
 locum patere salutis. Erat autem quidã homo  
(ingr) ibi triginta et octo annos habes in infir-  
mitate sua. Homo iste multorum infirmitate de-  
 tentus annorũ, significat peccatorũ quemlibet enor-  
 mi scelerũ magnitudine, uel numerositate depres-  
 sum, cuius significãdo reatui etiam motus temporis  
 quo iste languebat, congruit. Nam duo minus qua-  
 draginta annos habebat in infirmitate. Quadrage-  
 narius autẽ numerus, qui denario quater ducto cõfi-  
 citur, p perfectione rectæ cõuersationis solet in scri-  
 pturis accipi: ga quisq; perfectæ cõuersationis officium  
 egerit, legis pfecto decalogum p quatuor sancti  
 euangelij libros implet. A qua nimis pfectione duo  
 minus habet, qui in dei & proximi dilectione, quam  
 legis pariter & euãgelij scriptura cõmendat, uacuis  
 incedit. Quod etiã mystice dñs sanãs infirmũ docuit,  
 cum ait: Surge, tolle grabatum tuum et am-  
bulg. Surgere enim dicitur, uitiorum torporem, in  
 quibus diu languebas excutere, & ad exercitium uir-  
 tutum, quibus perpetuo salueris, te erigere. [Tolle  
 grabatum tuum] .i. porta. Diliges proximũ tuũ, pa-  
 tienter eius infirma tolerando, q te adhuc tentatio-  
 num falce depressum diu patienterq; sustinuit. Alter  
 em alterius onera portate, & sic adimplebitis legem  
 Christi. Et sicut alibi dicit: Supportantes inuicem  
 in charitate, solliciti seruare unitatem in uinculo pa-  
 cis. Ambula autẽ, .i. toto corde, tota anima, tota uirtu

Gala. 6  
 Ephe. 2.



te deū dilige: & ut ad eius uisionem ptingere merearis, quotidianis bonorū operum passibus de uirtute in uirtutem p̄gredere: nec fratrem quem sufferēdo du cas, ob amorem eius ad quem pergis, deserēs, nec ob fratris amorem ab illo quærendo, cum quo manere desideras, intentionem recti in cessus auertēs: sed ut p̄fecte possis, saluari [surge, tolle grabatū tuū & ambula]. i. relinque p̄ctā pristina, necessitatibus fratrum succurre. Et in uniuersis quæ agis, uide ne in hoc seculo mentem figas, sed ad uidendā faciem tuī festines redēptoris. Surge bona operādo, porta grabatū diligendo p̄ximū, & ambula expectando beatam spem, & aduentū gloriæ magni dei. Sed mira perfidorū dementia, q̄ ad tam inopinatam diu languētis sanationem credere, ac spiritualiter sanari debuerant, ecōtra scandalizantur, & saluato pariter ac saluato calumnias struunt. Saluato quidem, q̄a sabbato grabatū rulerit: saluato autē, quia sabbato & illum saluari, & grabatū tolli p̄cepit, q̄si melius ipsi de sabbato, q̄ tanta diuinitatis potentia, nossent. Dicebant (inquit) Judæi illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatū tuū. Literā legis stulte defendebant, ignorando dispensationem eius, q̄ legis quondam edicta perserūū discernens, nunc ipse adueniens, eandem legem gratia mutare disposuit, ut q̄d iuxta literā diu carnales carnaliter obseruabant, deinceps spiritualiter obseruandū cognoscerēt. Sabbato q̄ppe carnali, quod iuxta literā custodiebat, populus ab omni opere seruilī die septima uacare p̄ceptus ē. Spirituale sabbatū est, in luce gratiæ sp̄ualis, quæ septiformis accipitur, nō una, sed omni die nos ab iniquitate uicio

rum manere feriatos. Si enim iuxta uocem dominicam, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, patet liquido, quia peccata recte opera seruilia intelliguntur, à quibus quasi in die septima in perceptione gratiæ spiritualis immunes incedere iubemur: nec solum à prauis cōtinere, sed & bonis insistere factis. Quod in hac quoque lectione dominus typice ostendit, cū eum, q̄ duos de quadraginta annos læguebar, in die sabbati nō solum surgere, uerum etiam grabatum tollere & ambulare præcepit: uidelicet insinuans, eos qui longo uitiorum languore tabescunt, & dei & proximi dilectione inanes sunt, quasi à perfecta uirtutum summa duobus minus habēt, iam per donū spiritus sancti à uitijis posse resurgere, eorumq̄ discussio torpore, cū fraternæ dilectionis seruore ad uisionem debere sui properare conditoris. Quod autem is qui sanatus est, lesum nō in turba adhuc positus, sed post in templo cognoscit, mystice nos instituit, ut si uere conditoris nostri gratiam cognoscere, si eius amore cōfirmari, si ad eius uisionem peruenire desideramus, fugiamus sollicitè turbam non solum turbarum nos cogitationum, affectuumq̄ prauorum, uerum etiam hominum nequam, qui nostræ sinceritatis possunt impedire propositum, uel mala nostra uidelicet exemplo suo monstrando, uel bona nostra opera deridendo, uel prohibendo. Confugiamus seduli ad domum oratiōis, ubi secreta libertate dominum inuocantes, & de perceptis ab eo beneficijs gratias agamus, & de percipiendis humili deuotione precemur. Imò etiam ipsi tēplum dei sanctum, in quo uenire & mansionē facere dignetur, existere curemus,

i. Corin. 6

audiētes ab Apostolo: Quia corpora uestra templa

sunt spiritus sancti, qui in uobis est. Inter quæ diligen-  
 tius intuendū fratres mei, quod inueniēs in templo  
 quem sanauerat dominus, ait illi: Ecce sanus fa-  
ctus es. iā noli peccare. ne deterius tibi ali-  
quid contingat. Quibus uerbis aperte mōstratur,  
 quia propter peccata lāguebat, nec nisi dimissis eis-  
 dem poterat sanari. Sed q̄ foris ab infirmitate, ipse  
 etiā intus saluauit à scelere. Vnde & caute pramo-  
 nuuit, ne amplius peccando grauioris sibi sentētiam  
 damnationis contraheret. Quod nō ita sciendū est,  
 quasi omnis qui infirmatur, ob pētā infirmetur. Sa-  
 pe infirmatur hō, ne extollatur in donis dei, sicut de  
 Paulo Apostolo legitur: saepe ut probe tribulatur,  
 sicut beati Iob patientia tribulata & probata est: sa-  
 pe infirmitas pro castigatione datur. Flagellat enim  
 deus oēm filium quē recipit. Quibusdam uero infir-  
 mitas p̄ gloriā dei datur, ut de cæco nato, uel de La-  
 zaro legitur: Nouit dominus, p̄ quo quemlibet iube-  
 at infirmari, uel dimittat. Saepe occulto in homini-  
 bus agit iudicio, sed nūquā iniusto. Sed discamus fla-  
 gellis pijsissimi redemptoris nostri humiliter subster-  
 ni, arbitantes nos minus pati quā meremur, sem-  
 per illius sentētiae memores, q̄a beatus hō qui corri-  
 pitur à domino. Et ipse in Apocalypsi. Ego, inquit, Apoc. 9  
 quos amo, arguo, increpo, & castigo. Longæuo autē  
 languētī interius exteriusq̄ sanato, id est, & à flagel-  
 lis, & à peste castigatiōis, & à peccatis, q̄bus hæc me-  
 rebatur erecto, Iudæi econtra male intus lāguidi, de-  
 terius iam agrotare incipiunt, persequēdo uidelicet  
 Iesum, qui hæc faceret in sabbato. Persequēbantur  
 autē eum, non quasi legis auctoritatem, simul & diui-  
 næ operationis exempla secuti: quia & dominus sex

Heb. 12

Apoc. 9

diebus mundi perfecta creatione, septimo requieuit ab omnibus operibus suis: & populū sex diebus operari, septimo uacare præcepit: nō intelligentes, quæ carnalia legis decreta paulatim erant spiritali interpretatione mutanda, apparente illo, qui nō tantū legislator, sed & finis est legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Neq; enim aduertentes, quia conditor in die septima, non ab opere mundanæ gubernationis & animæ, imō quotidianarum creaturarum substitutione, sed à noua creaturarum institutione cessauit. Quod uero dicitur, requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, ita intelligendum est, cessasse deum à nouarum conditione creaturarum.

**SO SABBATO POST OS**

**Inuocauit. Matthæi. XVII.**

**¶ In illo tempore Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannē fratrē eius. Et reliqua.**

**D**ominus Iesus Christus, per prædicationem hac doctrinam euangelij, non solum fidelibus præsentis uitæ labores indixit, uerumetiam futuram beatitudinem repromisit. Vnde cum superius dixisset, qui amat animā suam, perdet eam. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam, ne dura & aspera persecutio martyri uideretur, suæ passionis & resurrectionis exemplum adhibuit, dicens se Hierosolymis multa passurum, & die tertia resurrecturum. Ne autem resurrectionis inaudita gloria incredibilis uideretur, tribus electis die-

discipulis seorsum eductis, eiusdem resurrectionis formam in sua transfiguratione ostēdit. **Et** pulchre ostēditur discipulis eiusdem resurrectionis formam, seorsum eos eduxit, ut intelligamus, quia si eiusdem resurrectionis participes esse cupimus, à turbis malignorū spiritūū & tumultibus seculi separati esse debemus, semper quidem mente, aliquando & corpore. **Quia** sicut bonorū societas multū iuvat, sic infirmis mentibus malorū concordia frequenter nocet, teste Psalmista qui ait: **Cum** sancto sanctus eris, & cū uiro innocente innocens eris. **Et** cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. **Vnde** nos Salomō admonet, dicēs: **Noli** esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum uiro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. **Pulchre** etiam eos quibus cor suum clarificatū ostendit, in mortem excelsum eduxit, ut nos doceret, quia tunc ad illam gloriam futuræ resurrectionis feliciter peruenire merebimur, si terrena deserentes, sublimia atq; caelestia desideramus, dicentes cū **Apostolo**: **Nostra** autem conuersatio in cælis est. **Vnde** etiam saluatorem expectamus dominum nostrū **Iesum Christū**. **Qua** si cum domino montem ascendimus, cū fugitiua mūdigaudia contemnescentes, caelestem patriam desideramus, sicut faciebat Psalmista cum dicebat: **Sicut** ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. **Nec** illud absq; consideratione prætereundum est, quod post sex dies et post ea quæ superius gesta narrantur, discipulis suam resurrectionem ostendisse memoratur. **Quia** enim sex sunt dies, in quibus licet operari, senarius sæpe numerus præsentis uitæ laborem significat. **Et** quasi post sex dies

Psalm. 17

Proue. 22.

Philip. 3

Psalm. 42

discipulis suā claritatē ostēdit, q̄a post p̄sentis uitæ labores electi ad gloriā futuræ resurrectionis sunt puen-  
 turi. Quia sicut Apostolus ait: **Si cōparimur & con-  
 gnabimus: & si fuerimus socij passionū, erimus & re-  
 surrectiōis.** Quod uero dicitur: **Et resplenduit fa-  
 cies eius, sicut sol: vestimenta autē eius facta  
 sunt alba sicut nix,** eiusdem resurrectionis forma  
 demonstrat. Quia ergo iuxta eius p̄missionem, ful-  
 gebūt iusti sicut sol in regno patris, in semetipso ostē-  
 dit, quod futuræ constat in membris. Nunquid solis  
 claritas dño ualet cōparari, uel sctōrum, de quibus di-  
 cit Apostolus: **Stella ab stella differi in claritate, sic  
 & resurrectio mortuorū.** Sed q̄a in rebus uisibilibus  
 nihil sole splendidius apparet, per claritatē solis, fu-  
 turæ uitæ splendor significatus est, in qua, sicut p̄ Da-  
 nielem dicitur: **Qui docti sunt, fulgebunt sicut splen-  
 dor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiūt multos,  
 q̄si stellę in p̄petuas æternitates.** Et q̄m̄ nihil sole cla-  
 rius (ut diximus) uidere nouimus, non solū domini,  
 sed etiam sanctorū in resurrectione gloria solis aspe-  
 ctui comparatur: quia clarius sole aliquid, unde ex-  
 emplū daretur hominibus, minime potuit inuenire.  
**Hęc autē clarificatā dominici corporis maiestatem,  
 hanc sctōrum corporum claritatē, nullus in iudicio  
 reproborum uidere putāndus est. Tantum uidebūt,  
 in quem transfixerunt, & plangent se super eum oēs  
 tribus terræ. At cum peracto iudicio sublati fuerint  
 impij, ne uideant gloriam dei, tunc iusti ad contem-  
 plandam perpetuo gloriam regni eius, & ipsi pro  
 modulo suo incorruptiōis gloriam transfigurati in-  
 trabūt. Vnde dicit Apostolus: **Qui reformabit cor-  
 pus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritā-****

Roma. 8  
2. Corin. 1

1. Corin. 15

Danie. 12

Philip. 3

tris suæ. Per uestimēta uero dñi, quæ facta sunt alba  
 sicut nix, ecclesia designatur, quam iuxta Aposto-  
 lum elegit, non habentem maculam, neque rugam,  
 ut esset munda & immaculata in conspectu eius, sic-  
 ut per Iohannem in Apocalypsi dicitur: Vidi ciuita-  
 tem sanctam Ierusalem nouā descendentem de cæ-  
 lo, tanquam sponsam ornata[m] uiro suo. Sicut enim  
 uestis multis filis textit, sic ecclesia multis uirtutibus  
 decoratur, iuxta illud Isaia: **Viuo ego, dicit dñs, q̄**  
 his om̄ibus uelut ornāmēto uestieris. **Et Apostolus:**  
 Quotquot em̄ (in gr̄) in Christo baptizati estis, Chri-  
 stum induistis. **Hoc est, q̄ in tpe resurrectionis omni-**  
 labe iniquitatis, simul & ab om̄i mortalitatis obscu-  
 ritate castificantur. **Vestimenta uero dñi facta sunt**  
 alba sicut nix, quia ecclesia in futura uita ad gloriam,  
 quam oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor  
 hominis ascendit, est peruentura, ad quam perueni-  
 re oprabat Dauid, cum dicebat: Lauabis me, & super  
 niuem dealbabor. **Vnde bene de iisdem uestimentis**  
 per alium euāgelistam, scilicet **Marcū dicitur, quia**  
facta sunt candida nimis uelut nix, qualia sul-  
lo non potest facere super terram. Quoniam  
 quanta futura sit gloria sanctorum, nec doctor, nec  
 predicator quilibet spiritualis, in presenti uita suis  
 ualet aperire sermonibus. Sed ne aliqua dubitatio in  
 apostolorum cordibus remanere posset, post transfi-  
 gurationē dominici corporis idonei testes adhiben-  
 tur. Vnde & subdit: **Ecce apparuerunt Moyses**  
**& Elias cum eo loquentes.** Quales autem  
 apparuerint, uel quid cū eo locuti sint, alius (scilicet  
 Lucas) euāgelista manifestius declarat, dicēs: [Et ec-  
 ce uisi sunt loquentes cum eo Moyses & Elias, plen-

Ephesi. 5.

Apoca. 11.

Isaie. 49.

Galat. 3.

didi in maiestate, prædicantes eius excessum in Ierusalem. ] Vbi per Moysen & Eliam, & legis & prophetarum oracula intelligimus, q̄ prædicebant eius excessum in Ierusalē, quia lex & prophetæ dñm passuri & resurrecturū prænunderunt. Siue aliter, p̄ Moysen & Eliā, utrūq̄ testamentū intelligere possumus, **Vetus** scilicet & **Nouum**. Vna ergo uoce Moyses & Elias excessum dñi prædixerunt, quia concordia fide utriusq̄ testamenti fideles de dñi aduentu sentiunt, qñ quod illi prænunderunt futurū, isti prænunderunt iam factum. Aliter etiam per Moysen, q̄ mortis debitum necdū exoluit, duos sc̄torum ordines possumus accipere, & illos scilicet, q̄ domini ultimum aduentum moriendo per Moysen præcesserūt, & illos qui tempore iudicij uiui in carne inueniēdi sunt. Bñ ergo cum eo uisi in maiestate memorant, quia & isti

1. **Thes. 4.** resuscitati, & illi immutati, rapiuntur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum dño erūt, qñ implebitur promissio domini dicentis: **Pater**, da ut sicut ego & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint, non æqualitate, sed participatiōe gloriæ. Sed huic ius uisionis claritate quārum Petrus Apostolus delectatus sit, manifestauit, cum respondens dixit ad lesum: **Dñe, bonum est nos hic esse.** Vbi ostendit summū bonū & principale, in futura uita cum dño esse, non in præsentī seculo, quod totum in maligno positū est, & ubi iuxta Pauli Apostoli uocē, dies mali sunt. Hoc em̄ bonū senserat, & huic inharere deo bonum est. Quod aut̄ ab illa uisīōe discedere nollet, manifestauit cū adiunxit: **Si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum.** Hoc aut̄ dixit (ut alius euangelista re-

1. **Thes. 4.**

**Johan. 17.**

1. **Johan. 5.**  
**Ephe. 5.**



fert) nesciens quid diceret, quia humana natura cum  
 alia modum suæ fragilitatis ducitur, aliquando suã  
 ipsam ignorantiam ignorat. Nesciebat quid diceret,  
 quando in æterna illa gloria tabernacula ne-  
 cessaria æstimabat. Ibi enim materialis tabernacu-  
 li constructio necessaria non est, ubi summum bo-  
 num & perfectum domini uisio est, sicut per Iohan-  
 nem de superna ciuitate Ierusalẽ dicitur: Et templũ **Apo. 22**  
 non uidi in ea, dñs enim deus templum illius est, &  
 agnus. Qualis autem cõstructio in ea futura sit, Psal-  
 mista declarat, cum dicit: Ierusalem quæ ædificatur **Psalm. 122**  
 ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Et domi-  
 nus in euãgelio: In domo patris mei mansiones mul-  
 tæ sunt. Vnum autem idemq; sollicitè consideran-  
 dum est quia iuxta Psalmistæ uocem: Non habitabit **Psalm. 5**  
 cum eo malignus, neq; permanebunt iniusti ante o-  
 culos eius. Vnde sic interrogãtes dominum, cũ Pro-  
 pheta dicimus: Domine, q̄s habitabit in tabernacu- **Psalm. 14**  
 lo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo: Ta-  
 les nos exhibeamus, de qbus subditur: Qui ingredit̃  
 sine macula, & operatur iustitiam, & cætera quæ se-  
 quuntur. Sed de tabernaculo uisibili constructiõe  
 Petro cogitante, **Adhuc & loquẽte, ecce nubes**  
**lucida obumbravit eos**, ut intelligerent electis  
 in æterna tabernacula recepris, nõ esse necessaria cor-  
 poralia tabernacula, ubi in nubis obumbratione, p-  
 recti erũt à cõuentu malignantiũ, à multitudine ope-  
 rantium iniquitatem, quãdo implebitur quod alibi **Psalm. 30.**  
 per Psalmistam dicitur: Abscondes eos in abscondi-  
 to faciei tuæ à conturbatione hoĩm, proteges eos in  
 tabernaculo tuo à contradictione linguarũ. Si enim  
 populum per deserta gradiẽtem quadraginta annos

colūnæ obumbratione protexit & illuminauit, multo magis in suam uitā receptos electos absq; tabernaculoꝝ constructione securos reddet pariter & munitos. Ad instruendas autē mentes apostolorū, de cognitione diuinitatis unigeniti filij dei, post Moyſi & Elie testimonium, uox patris de nube testimonium perhibuit, dicens: **Hic est filius meus dilectus**, id est, quem in forma hominis hominem cernitis, hic est filius meus dilectus. Acti diceret: Hic est filius meus non adoptiuus, sed proprius, non aliunde creatus, sed ex me genitus, cui mecū una est potestas, una substantia, & una æternitas. De quo subditur: **In quo mihi complacuit**. Displicuit enim deo humana natura, quando præcepti illius præuaricatrix peccando effecta est, sicut ipse ait ad Noe: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, eo quod sit caro. Pœnitet me fecisse eos. Sed in solo mediatore dei & hominum, bene sibi complacuisse dicit, quia peccatū quod diuinitatem fuscaret, in humanitate non habuit: quoniam peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Nā quod ait, uox paterna de filio, [in quo mihi complacuit,] id ipsum est quod alibi filius restatur, dicens: Et qui me misit, mecum est, & nō reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei, facio semper. Bene quoq; uoce patris de eo dicit, ipsum audite, ut ipsum esse intelligeremus, de quo per Moyſen fuerat prophetatum: Prophetam suscitabit uobis de fratribus uestris tanquam me, ipsum audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit uobis. Et omnis quonon audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Felices ergo apostoli, qui non solum domini claritatem uidere meruerunt, sed etiam uocem patris into

**Gene. 6.**

**Johan. 8.**

**Deut. 18.**

nantem audire. Nec ab hac felicitate nos ex toto alie-  
ri erimus, si quem illi crediderunt, & nos credimus:  
& quomodo illi uixerunt, imitādo uiuimus: & quē  
dilexerunt totis uisceribus, amamus. Sed quia huma-  
na fragilitas pondus diuinitatis ferre nō ualet, recte  
subditur: Et audientes discipuli ceciderunt in  
faciem suam, & timuerunt valde. Sed quos hu-  
mana fragilitas grauabat, benigne pius magister cō-  
solatur, & erigit uerbo pariter & tactu. Vnde & sub  
infertur: Et accedēs Iesus, tetigit eos, dicēs:  
Surgite, & nolite timere. Tangendo ergo timo-  
rem expellit, & fiduciam tribuit, quia tactus eius sani-  
tas est orbis terrarum. Et quoniam iuxta eius uocē,  
omnis qui se humiliat exaltabitur, post casum surge-  
re iubētur, quoniam post præsēntis uitæ labores ele-  
cti ad gloriam sunt sublimādi, iuxta illud Psalmistę,  
Surgite postquam sederitis. Leuantes autē ocu-  
los suos, neminem uiderunt, nisi solum Je-  
sū, ut intelligerent Moysen & Eliam ad hoc appa-  
ruisse, quatenus domini clarificationi testimonium  
phiberent. Quod uero descēdentibus illis de mōre  
præcepit Iesus, dicens: Remini dixeritis uisionē,  
donec filius hominis a mortuis resurgat, tē-  
pus futuræ prædicationis insinuat. Nouerat enim  
fragiles esse apostolorum mentes ad tantæ uisionis  
testimonium perhibēdum, quoadusque spiritus san-  
cti gratia plenius instruerētur, & perfectius confor-  
tarentur. Nouerat etiam carnalium mentes ad hæc  
incredibiles esse, nisi prius sua uisibili resurrectione  
ad credendum commouerentur. Et ideo hanc uisio-  
nem non esse penitus dicendam prohibuit, sed an-  
te resurrectionem dicere uetuit, tempus ordinatæ p-

Psalm. 126

dicationis ostendens: quando incredibile non uideretur, quod etiam uisibiliter per resurrectionis statum monstrabatur.

**DOMINICA SE-**  
**cunda in Quadragesima,**  
**Matthæi XV.**

**In illo tēpore Egressus inde Iesus (de Genesar) secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, dicens: Miserere mei domine fili Dauid, Et reliqua.**



**S**Vpra refert euangeli-  
 ca lectio, qualiter do-  
 minus confictum cū  
 phariseis & scribis habuit,  
 & illis nō credentibus, sed  
 insuper blasphemantibus,  
 egress⁹ inde, secessit in par-  
 tes Tyri & Sidonis, Tyrus  
 autē & Sidon ciuitates su-  
 ere gentilium, quæ popu-  
 lo Iudæorum sorte datæ  
 sunt, sed ab eis minime  
 possessæ, quia habitatores earū minime crediderāt. In  
 corde em̄ maris sitæ, nō facile ab hostibus capiuntur.  
 In hac fuit Hiram rex potentissimus, qui Salomoni  
 ligna & lapides ad domū dñi ædificandam præbuit,  
 cōtra quam Iezechiel propheta multa locutus est, dī

3. Reg. 5

3. Reg. 27.

eēs eam firam esse in corde maris, diuitijs locupletē,  
 sed uitijs plenā, & ad eius destructionē Nabuchodo-  
 sor regē uenturū, pphetat. Dicitur autem **Tyrus** à situ  
 uel qualitate loci, eo qđ **Tyria**, id est, preciosissima  
 purpura ibi reperiatur. Inueniuntur quoq; ibi pisces,  
 quos conchylia uocāt, qui ferro incisi, guttas sangui-  
 neas mittūt, ex quibus sericum tingitur, de quo preci-  
 osior purpura textitur. Interpretatur autē **Tyrus** in  
 nostra lingua fors dei, significat genus humanū, qđ  
 ante prauaricationē primi hoīs in sorte dei fuit, sed  
 tunc de eius sorte discessit, quādo primus homo pec-  
 cavit. Dñs autem fines **Tyri** appropinquauit, quan-  
 do pro redemptione generis humani in mundū ue-  
 nit, quatenus ipsum genus humanū, de sorte diaboli  
 ad sortem suā reuocaret, impleta propheta quæ ait:  
 Vocabo non plebem meam, plebem meam: & nō mi-  
 sericordiam consecutam, misericordiam consecutā:  
 & in loco ubi dictum est, nō plebs mea uos, ibi enim  
 uocabuntur filij dei. Et iterum: Postula à me, & dabo  
 tibi gentes hæreditatem tuam. Et gentes quæ nō ex-  
 quisierunt te, ad te current. **Sidon** autem & ipsa à situ  
 uel qualitate loci dicitur, eo quod ibi multitudo pi-  
 scium capiatur. Nam Phœnices fidō pisces appellāt.  
 Ibi etiam preciosissimi uitri copia reperiri traditur. In-  
 terpretatur autem in nostra lingua, inutilis uenatio.  
 Significat & ipsa genus humanū, quod ante incarna-  
 tionem dñi à diabolo inutiliter uenabatur. Sicut em̄  
 uenator cum rapacissimis canibus bestiam persequi-  
 tur, eius carnes cupiēs lacerare: sic diabolus ante in-  
 carnationem eius genus humanum persequēbatur.  
 ut animam ipsius ad interitum mortis pertraheret.  
 Sed dominus fines **Sidonis** appropinquauit, ut genus

Osee. 2  
 t. Petri. 2

- Jerem. 13** humanum de inutili uenatione diaboli ad utilem pertraheret, per eos scilicet uenatores, de quibus per Prophetam dicitur: **Mittam piscatores meos, & piscabuntur eos: uenatores, & uenabuntur de omni monte, & de omni colle. Cū autem dominus relictis scribis & pharisæis in fines Tyri & Sidonis secessit, ipso nimis situ corporis demonstrauit Iudæos propter perfidiam relinquendos, & gentes ad fidem uocandas, iuxta illud quod ipsis Iudæis non credentibus alibi ait: Aufferetur à uobis regnū dei, & dabitur genti facienti fructus eius, quod protinus manifestatur, cum subinfertur: **Et ecce mulier Chananæa a sinibus illis egressa. Mulier ergo Chananæa, mulier genilis, de stirpe Cham, qui maledictionē promeruit, orta, quā etiam alius euāgelista Syrophœnissam appellat, post dominū clamat, quia non uenerat ipse uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Allegorice autem hæc mulier Chananæa typum ecclesiæ tenet ex gentibus collectæ. Mulier quoque ecclesiæ comparatur, non propter mollitiem, sed propter coniunctionem uiri & fecunditatem prolis, quæ ante aduentum domini infœcunda & sterilis permansit, sed domino ueniente, coniuncta sibi ecclesia, spirituales filios gignere cœpit, impleta prophetia quæ ait: **Lætare sterilis quæ non paris. Hæc est enim illa mulier, de qua per Salomonem dicitur: Mulierem fortē quis inueniet? procul & de ultimis sinibus precium eius. De qua etiam dominus figurate in euangelio loquitur: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptū mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum. Et iterū: Mulier cum parit tristitiam habet, quæ uenit hora eius. Hęc autē mulier tot quotidie spiritu-******

alter filios parit, quot fideles per undam baptisma-  
 vis & gratiā spiritus sancti regenerat. **N**orandū autē,  
 quod mulier primū à finibus suis egressa, post domi-  
 nū clamasse dicitur, quia nisi ecclesia prius pristinos  
 errores anathematizasset, ad notitiā dei puenire non  
 posset. Ordo namq; necessarius exposcit, ut prius ui-  
 tijs & criminibus abrenunciet, q̄ uirtutes accipere de-

Psalm. 33.

gredere & uidere dies bonos, q̄ prohibeat linguā suam à  
 malo, & labia eius ne loquātur dolum. Declinet autē  
 à malo, et faciat bonum: inquirat pacem, et sequatur  
 eam. Sed qd clamat audiamus: **Miserere mei do-  
 mine fili David.** In quibus uerbis, breuiter quidē,  
 sed pleniter catholicam fidem comprehendit. Nam  
 sic deum credidit, ut hominem non negaret: sic ho-  
 minē confiteretur, ut eundem uerum deum credat. **V**e-  
 rum enim deum credidit, cū dixit, [Miserere mei.]  
 Veram hominem, cū adiunxit: [fili David.] **F**ilium  
 David uocat, q̄ de stripe David saluator noster car-  
 nem assumpsit, dicente **A**postolo: **Q**ui factus est ei ex  
 semine David secundum carnem. **E**t propheta, **E**cce **R**oma. 1.  
 dies ueniunt, dicit dñs, & suscitabo David germē iu- **J**erem. 23.  
 stem, & regnabit rex, & sapiens erit. **C**um enim ma-  
 ter pro filia dominum supplicauit, dicēs: **F**ilia mea  
**q̄ dæmonio ueratur**, manifestauit quia illi qui pri-  
 us ex gentibus crediderunt, pro liberatione eorum,  
 qui adhuc in errore detinebantur, preces ad dominū  
 fuderunt. **S**icut enim superius diximus, mater ecclesi-  
 am significauit, filia quoq; eius unamquamq; pecca-  
 tricem præfigurauit animā. **Q**uæ male à dæmonio  
 ueratur, quando in integro corpore uitijs & crimi-  
 nibus subiacer, qualia sunt adulterium, furtum, homi-

cidium, rapina, sacrilegiū, & his similia. Rogauit ergo mater pro filia, quia ecclesia pro correctione eorum, qui peccatis & uitijs subiacēt, solícite inuigilat, aliquñ suadendo, aliquando exhortando, aliquando etiam acriter increpando, aliquñ orationis opem impendendo.

Nec solū magistri sibi subiectis correctionem impendere debēt, sed etiam orationē, ut quos non possunt sermonibus corrigere, saltē orationibus possint iuuare, uelut faciebat **Apostolus**, qui quorundam discipulorum lapsū, suū repurans, dicebat: **Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et iterum: Filii, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis.**

2. Corin. 11.  
Sala. 4.

**Qui non respondit ei uerbum.** Non est hoc ex supercilio scribarum & pharisæorū, quod dñs mulieri clamanti non respōdit, sed uarias ob causas ei primum respondere distulit, cui post modū non solū responsū dedit, sed etiam hoc quod petebat benigne tribuit. **Primo**, ut cōstantia mulieris probaretur, utrū in prece pseueraret, an nō. **Secūdo**, ut occasione non credendi Iudæis auferret, ne forte dicerēt: Christus nobis promissus est, & iste gētes docet, gentes curat, & ideo nolū<sup>9</sup> credere in ipsum. **Tertio**, ut animos discipulorum ad misericordiam puocaret. Sed absit, ut absq; misericordia eos fuisse credamus, qui cū autore misericordiæ gradiebant. Quorū animos ad misericordiam cōmotos euāgelista manifestat, cum subiūxit: **Et accedentes discipuli rogabant eum.** Rogauerunt eum tunc discipuli pro muliere Chana nitide, postea uero pro ecclesia ex gentibus uocata, qui non solū usq; ad mortem se tradiderunt, sed etiam orationibus eam dño cōmendauerunt (sicut **Paulus Apostolus** quosdam discipulos relinquens, dicebat:



Cōmendo uos deo & uerbo ipsius) dicentes: **Dimitte eam.** Quod est dicere, **Dimitte pctā & dona uirtutes.** Quia clamat post nos. **Mulier** post apostolos clamaui, quia ecclesia non solū eorum doctrinā diligit, sed etiam actiones imitatur. **Post apostolos autē clamare, est illorum uestigia sequi.** **Ipse autē respōdens ait: Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.** Quæritur autē quare dicat, non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel, cum alibi dixisse legatur: **Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unū ouile & unus pastor.** Ad qd dicendū, qd de presentia sua corporali dixit: qm̄ neminem gentium per semetipsum docuisse legitur, exceptis duobus diebus in Samaria, ut occasione nō credendi (sicut supra dictum est) Iudæis auferret. **Tamen cum inter Iudæos ambularet, doceret, signa faceret, salutem gentiū futurā prædicabat, dicens: Et alias oves habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili. Et alibi: Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs agricolis. Et ideo qui prius dicebat, in uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, postea dixit: Euntes in mundū uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. Quod impletū est post eius ascensionē, ad apostolorū prædicationē. Quod ergo nō fecit corporaliter, post resurrectionē per discipulos adimpleuit spiritualiter. Sed illud prætermittendū non est, qre dixerit, non sum missus nisi ad oves quæ perierunt, cum hi qui perierunt, potius in hædorum, q̄ in ouilū numero computentur. Ad quod dicēdum, qd quos perditos suo merito dñs inuenit, eos oves gratiæ sug**

**Matth. 28**  
**Matth. 10**  
**Marc. 16**

1. Petri 2

esse fecit, de quibus per apostolum Petrum dicitur: Eratis sicut oves errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. In quo errore se nouerat, qui dicebat: Erui sicut ouis quae perijt.

Psalm. 115

At illa mulier, quae antea condiciata fuerat, nec audita, postquam discipulos per se rogantes audiuit, tandem resumpta fiducia ad deum uenit, & adorauit eum, dicens: **Domine, adiuua me.** Quae enim salutem requirebat, de potestate non dubitabat. Qui respondens ait: **Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.** Filij quondam Iudaei fuerunt, de quibus a domino per Moysen Pharaoni dictum est: Dimitte filium meum Israel primogenitum. Canes uero gentiles, propter spurcitiam idololatriae. Canis quoque in scripturis uarias significationes habet. Aliquando pro malo, aliquando ponitur pro bono. Bonos doctores significat, sicut per Psalmistam dicitur: **Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.** Malos, de quibus per Isaiam dicitur: **Caues muti, non ualentes latrare.** Aliquando haereticos, sicut Apostolus ait: **Uidete canes, uidete malos operarios, uidete concisionem.** Aliquando peccatorem falsumque catholicum, mala sua iterantem, sicut Salomon ait: **Sicut canis reuertitur ad uomitum suum, sic stultus ad stultitiam suam.** Aliquando Iudaeos, sicut per Psalmistam dicitur: **Circum dederunt me canes multi.** Aliquando gentiles, sicut in hoc loco, ut supra dictum est. [Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.] Ac si diceret: **Non est bonum, ut doctrinae panis a filiis, .i. a Iudaeis, qui ab initio deum coluerunt & adorauerunt, subtrahatur, & uobis gentibus, qui multis spurcitijs & idolis deseruistis, detur.** Quod prudenter mulier intelligens, taliter se habuit.

Exodi. 4

Psalm. 67

1. Petri 2

Philip. 2

Proph. 26

Psalm. 21

milians, dixit: Etiā domine. Ac si diceret: Scio dñe  
 & credo, quia ita est, non enim sumus digni post ido-  
 lorum culturam, panem filiorum accipere: sed quia  
 in mundum dignatus es venire, extende finū mise-  
 ricordiar tuar usq; ad colligēdas gentes, ut in quibus  
 abundavit peccatum, superabundet gratia tua, fiatq;  
 per misericordiam tuam possibile, quod per nostrū  
 meritū est impossibile. Ham ⁊ catelli edunt de  
micis, quæ cadūt de mensa dominorum suo-  
rum. ut qui magna capere non possumus, saltem de  
 minimis & superfluis pascamur, scilicet q̄ non sumus  
 digni mensæ filiorū participari, saltem de micis, quæ  
 cadunt de mēsa dominorū suorum, nutriamur, Men-  
sa autem in hoc loco scripturam sacrā significat, quæ  
 pro capacitate auditorū uarios habet cibos & appa-  
 ratus uerborum, panem uiræ nobis ministrans, de  
 qua per prophetam dicit: Parasti in conspectu meo  
mensam, aduersus eos qui tribulant me. Mica uero,  
 quæ interior pars panis est, spiritualem intelligentiā  
 in scripturis designat. Catelli ergo edūt de micis, quæ  
 cadunt de mensa dominorum suorum, quando gen-  
 tiles conuersi, apud semetipsos spirituale intelligē-  
 tiam requirunt, quam iudæi accipere noluerūt. Quod  
dñs intelligere prudentem mulierē conspiciens, res-  
pondit illi: O mulier magna est fides tua, fiat  
tibi sicut vis. Et sanata est filia illius ex illa  
hora. Vbi considerādum, quia ad petitionē matris  
 filia illius à demōnio liberata est, ut intelligamus, q̄  
 paruuli in baptismo q̄ loqui nō possunt, fide parētū  
 ab originali peccō per baptismū soluunt. Huius h̄q; fi-  
 dē, sicut cēturionis, dñs admiratus ē, cui dixit: Amē  
dico uobis, nō inueni tantam fidē in Israel.

Roma. 2

Psalm. 22

Et ideo quia fidem habuit hæc mulier, statim effectum sanctitatis filia consecuta est. Tres namque uirtutes principales in uerbis siue operibus huius mulieris cognoscimus, fidem, constantiam, atque humilitatem. Fidem habuit, quia cum esset gentilis, salutem filiae suae à domino se impetrare posse non dubitauit. Constantiam, quia cum esset repudiata, tandem in prece perseverauit, quousque quod petebat acciperet. Humilitatem, quia cum à domino canibus esset comparata, ipsa de se humiliter sentiens, catellis se coequauit. Imitemur ergo & nos hanc mulierem, quae prima de gentibus credendo, mater nostra in fide effecta est, qui ex gentilitate uenimus. Habeamus fidem, ut unum deum credentes, quicquid iuste ab eo petimus, nos impetrare posse credamus, iuxta promissionem illius dicentis: Amen dico uobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis. Et iterum: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, diceretis huic mōri, trāsi hinc, & trāsiret. Iustus enim (ut ait scriptura) ex fide uiuit, & sine fide impossibile est placere deo. Habeamus constantiam, ut si diuina dispensatio preces nostras tardius ex audierit, tam diu preces precibus iungamus, quousque hoc quod petimus impetremus, dicentes ei cum Psalmista: Dirige me in ueritate tua & doce me, quia tu es deus saluator meus, & te sustinui tota die. Sicut enim paterfamilias dormit, & tamen si nostris precibus excitatus responderit, nolite mihi molesti esse, iam ostium meum clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare uobis: si ita me instantissime nos uiderit petentes, & si non dederit surgens eo quod amicus noster sit, propter importunitatem tamen surget, & dabit nobis quotquot ha-

Marci. ii.

Matth. 17

Habac. 2

Job. 11

Psalm. 24


hemus necessarios. Iubetur enim in prece persistere,  
 qui uult accipere, usq; ad cornu altaris, id est, usq; ad fi- Psal. 117  
 dem, dicente Psalmista: **Constituite diem solennē in**  
 condensis usq; ad cornu altaris. Et si ad impetrādum  
 quod petimus, nos idoneos esse non sentimus, spiri-  
 tualium fratrum orationes ad adiutorium quara-  
 mus, ut sicut ista mulier, apostolis pro se interueni-  
 entibus, quod precebat promeruit, ita nos cōmuni-  
 bus precibus magis quā proprijs & singularibus ad-  
 iuari credamus. **Habeamus humilitatem**, ut alijs  
 de nobis maiora existimātib; nos minimos iudice-  
 mus, in exemplo huius mulieris **Chananitidis**, quæ a  
 domino canibus comparata, ipsa se catellis cōpara-  
 uit. Hanc humilitatem habebat in corde, qui despe-  
 ctus ab alijs dicebat: **Ludā & uilior fiam plus quā** 2. Reg. 6  
Ecci. 3  
 factus sum, & ero humilis in oculis meis. **Hinc etem**  
 sapiens dixit: **Quāto magnus es, humilia te in omni-**  
 bus, & coram deo inuenies gratiam. **Iam superius p-**  
 filiam huius mulieris, unamquāq; animam peccatri-  
 cem significari diximus. **Quamuis nec anima sine car-**  
 ne, nec caro sine anima peccare possit, tamē sunt que-  
 dam uitia quæ specialiter ad carnem, quædam uero  
 ad animā pertinere uidētur. **Furtum quippe, adulte-**  
 rium, homicidium, fornicatio, ebrietates, sacrilegiū,  
 & his similia ad carnem pertinent: at uero, inuidia,  
 ira, superbia, odium, rancor, dolus, uana gloria, simu-  
 latio, & his similia ad animam. **Siue ergo animam, si-**  
 ue carnem contrigerit in his uitijs commaculati, a fini-  
 bus suis egrediatur, id est, præterita peccata damnan-  
 do postponat, carnis desideria mortificet, uolūtates  
 pprias frangat, ieiunijs, uigilijs, eleemosynis & orati-  
 onibus insistat, & tandiu in prece perseueret, quoad-

usq; à domino cū muliere Chananaea audire mercatur: Dagna ē fides tua. fiat tibi sicut vis. Sed illud non est præmittendum, quod mulier hæc p̄ filia rogans, quintodecimo miraculo intrōducitur. Numerus em̄ iste sacramentis ecclesiæ arridet, propter mysterium hebdomadis & ogdoadis: cōstat uero ex septem & octo. Nam quartodecimo die post egressionē de Aegypto, populus Israeliticus pascha iussus est celebrare. Quindecim cantica graduum in psalterio legimus, quæ sunt ab, Ad dominum cū tribularer, usq; Ecce nunc benedicite dominum. Quindecim anni Iezechiæ ad uiram sunt adiuncti. Quindecim diebus Paulus cum Petro se māsisse testatur, conferens euangelium quod prædicaturus erat gentibus, ne forte in uacuum curreret aut cucurrisset. Septem ergo ad dona septem spiritus sancti pertinent, octo ad resurrectionem. Et quia ecclesia per sepriformem gratiam spiritus sancti illuminata, didicit resurrectionē credere, sperare & amare, recte quinto decimo loco pro filia rogatura intrōducit. Et quia ecclesia zelo diuini amoris accensa, præsentem uitā didicit contemnere & æternam diligere, recte Chananaea dicitur. Chana quippe, zelus interpretatur.

psalm. 119  
psalm. 133

**FERIA SECVNDA**  
da post Reminiscere. Iohannis VIII.

In illo tēpore: Dixit Iesus turbis Iudeorum: Ego uado, & quæretis me, Et rel,



**E**Go uado, inquit, & quere-  
tis me, non de  
fiderio, sed odio. **N**am  
illum posteaquā abscellit  
abo culis hominum, inquit  
fierunt, & qui oderāt, & q  
amabant: illi persequēdo,  
isti habere cupiendo. **B**o-  
num est animā Christi q̄-  
rere, sed quomodo eā disci-  
puli quaesierunt: & malum  
quaerere animam Christi,  
sed quomodo eam Iudaei  
quaesierunt: illi, eum ut haberent isti, ut perderent.  
Denique isti, quia sic querebāt mori malo corde & per-  
uerso, quod securis adiunxit: **Quaeritis me. Et ne  
puretis, quia bene me quaeritis. In peccato vestro  
moriemini. Hoc est, Christū male quaerere, in peccō  
suo mori. In peccō suo moritur, q̄ in peccato p̄manet  
usq; ad mortem. Ille Christū non quaerit, qui salutē  
animae suae per poenitentia non quaerit, ad quem p̄-  
pheta clamat: Quaerite dominum dum inueniri po-  
test. Modo q̄ misericordem, dum tempus habet non  
quaerit, inueniet eum iratum. Iudaeis dixit, In pecca-  
to uestro moriemini, quia praesciebat eos in pecca-  
to suo p̄manere. Singulari dixit numero, in peccato,  
& plurali, uestro: quia omnibus illis, ad quos loqueba-  
tur, unam esse uoluntatem sciebat, aequalem malicia  
perdendi eum, qui saluare eos uenerat. Alio uero lo-  
co discipulis dixit: Quō ego uado, uos nō potestis ue-  
nire: non abstulit eis spem, sed praedixit dilationem.  
Quando enim hoc discipulis dominus loquebatur,**

Mat. 27.

Johan. 11.

tunc nō poterāt uenire quō ille ibat, sed postea uenturi erant: isti autem nunquam, quibus præcius dixit, [In peccato uestro moriemini.] His autē auditis uerbis, quō solent, carnalia cogitantes, & secundam carnem iudicantes, & totum carnaliter audientes & sapientes, dixerunt: Nunquid interficiet semetipsum quia dicit, quo ego vado, vos non potestis venire? Stulta uerba & oīno insipientiæ plena, qd enim nō poterāt illo uenire, quō ille perrexit, si interficeret semetipsum? Nunquid ipsi non erāt morituri? Quid est ergo, [nunquid interficiet semetipsum,] quia dixit, [quo ego uado uos nō potestis uenire,] si de morte hominis diceret, quis hominum non moritur? Ergo quo ego uado, dixit, nō quo itur ad mortem, sed quo ibat ipse post mortem. Illis itaq; nō intelligentibus ista, respondit eis dñs qui terram sapiebant. Vos de deorsum estis, ideo terram sapitis: quia sicut serpens terram manducatis, terrenis pascimini, terrenis dilectamini, terrenis inhiatis, sursum cor non habetis. Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mūdo. Quomodo ergo non erat de hoc mūdo, per quē factus est mundus, & semp ubiq; est? Sed omnes de mundo, sed prius mundus, postea homo, Sed Christus ante mundū, ante Christum nihil, qui in principio erat uerbū, & oīa per ipsum facta sunt, sic enim erat ille de supernis. De quibus supernis? Ab ipso patre, nihil illo superius, quia uerbum genuit æquale sibi, coæternū sibi, unigenitum sibi, sine tempore, p quem conderet tempora, Ideo Christus ante oēs creaturas, & ante oīa tempora, quia de patre coæternus patri genitus est.



Vos de hoc mundo estis. ego non sum de hoc mundo. Dicit ergo vobis. quia moriemini in peccatis vestris. Exposuit nobis qd intelli-  
 gi uoluit, uos de hoc mundo estis. ideo quippe dixit,  
 nos de hoc mundo estis, qd pctōres erant, qd iniqui  
 erant, qd infideles erant, quia terrena sapiebāt. Nun-  
 quid apostoli & sancti dei de hoc mūdo non erant?  
 Erāt siquidē, qd de Adam nati sunt, sed ipsa ueritas  
 de eis ait: Ego elegi uos de mundo. i. de carnali con-  
 uersatione, quæ mūdi noīe in hoc loco significari ui-  
 deur. Quia ergo erant de mundo, facti sunt non de  
 mūdo, sed ptinere cōperūt ad eum, per quem factus  
 est mundus. Isti autē remanserunt esse in mundo, qui-  
 bus dictū est: [ Moriemini in peccatis uestris. ] Ne-  
 mo dicat, de hoc mundo non sum. Quisquis es o hō,  
 de hoc mundo es, sed uenit ad te qui fecit mundum,  
 & liberabit te de hoc mundo. Si delectat te mūdus,  
 semper uis esse immundus: si autē non delectat te hic  
 mundus, iam tu eris mūdus, & non audies qd Iudæi  
 audierunt, [ moriemini in pctō uestro. ] Et qui plus  
 peccat, plus est in mundo, & plus est immundus. Et  
 quanto se qd mundat à pctō, tanto se eleuat de mun-  
 do non esse. Merito audierunt Iudæi, moriemini in  
 peccatis uestris. ] quia non habere peccatum nullo  
 modo potuistis, qui cum pctō nati estis. Sed tamen  
 si in me (inquit) credideritis, quamuis cum pctō qui-  
 dem nati estis, sed in pctō uestro morituri non estis,  
 Adiūxit enim dicens: Si non credideritis quia  
ego sum. moriemini in peccatis uestris. Ergo  
 si credideritis, qd ego sum, non moriemini in pecca-  
 tis uestris. Reddita spes est desperantibus, excitatio  
 facta est dormiētibus. Cordibus euigilauerūt, inde

Johan. 15

plurimi crediderunt, sicut euangelij ipsius cōsequen-  
 tia testatur, ubi ait: **Hæc illo loquente, multi cre-**  
**diderūt.** In hoc ergo populo cui dñs loquebat, erant  
 qui in peccato suo fuerant morituri, erant etiam qui  
 in ipsum qui loquebatur, fuerat credituri, & ab omni  
 peccato liberandi. Tamen hoc attendite quod ait  
 dñs **Christus:** [ Si nō credideritis quia ego sum, mori-  
 eri mini in peccato uestro. ] Quid est, si non credide-  
 ritis quia ego sum? quia nihil addidit, multum est qd  
 commendauit. Dixit ego sum, & non addidit quid,  
 siue **Christus,** siue filius dei, siue ille quem prophete  
 prædixerunt, siue saluator mūdi, siue aliud aliquid qd  
 de eo in scripturis legitur. Multū est qd ait, ego sum,  
 quia dixerat deus **Moyse,** ego sum qui sum. Eodē mo-  
 do uerbo essentia sempiternæ usus est ad populum  
 Iudæorum, quo tunc ad **Moysem** per angelū in rubo  
 flammæ ignis, quē missurus erat ad liberandū popu-  
 lum suum. Quid est quod hic dixit, ego sum, nisi ille  
 ipse qui tunc in angelo mittere **Moysem** seruū meum  
 ad liberandū populū meū destinaui, ego ipse modo  
 per meipsum ueni incarnatus, homo factus, liberare  
 homines, quos creauī, qui perditū fuerant? Quicquid  
 eī aliquando mutari potest uel in melius, uel in deterius,  
 quodammodo ex eo quod fuit ante, incipit aliud  
 esse, uel aliter esse quā fuit. Solus uero deus sempiternus  
 idem est, immutabilis ueritas, immutabilis, sempiternus,  
 immutabilis natura, immutabilis substantia, &  
 quicquid de eo dici potest, semper idē est quod fuit  
 & erit. Prorsus nihil aliud melius uideret in loco, in  
 hoc uerbo quod ait dñs, ego sum, nisi ego sum deus,  
 moriemini in peccato uestro, Sed illi sempiterna

Exodi. 3

pientes, & semper secundū carnē audientes & respōdentes, quid ei dixerūt audiamus. **Tu quis es? Nō em cū dixisti, nisi credideritis quia ego sum, addidisti quis es. Quis es, ut credamus? Et ille: Principiū.** Ecce quod est principiū, mutari nō potest, principiū in se manet & innouat om̄ia. Principiū cui dictū est: Tu aut̄ idem ipse es, & anni tui non deficient. Principiū (ait) qui & loquor uobis. Respondit, principiū me esse credite, & addidit, qui & loquor uobis. i. quia humilis p̄pter uos factus, ad ista uerba descendi. Nā si principiū, sicuti est, ita maneret apud patrem, & nō acciperet formam serui, et homo loqueretur hoibus, quomodo ei crederent, cum infirma corda intelligibile uerbū sine uoce, sed sensibilia uidere nō possent? Ergo (inquit) credite me esse principiū, quia ut credaris non solum sum, sed & loquor uobis. **Verba dñi nostri Iesu Christi, quæ habuit cū Iudæis, ita moderatē loquelā suam, ut cæci non uiderēt, & fideles oculos aperirēt. [Dicebant ergo Iudæi: Tu quis es? Et ait: principiū q̄ & loqr̄ uobis.] Quare se dicit dñs Iesus principiū: Quia omnia per ipsum facta sunt. Ipse em̄ est dei sapientia, sicut Palmista dicit: Om̄ia in sa-**

*Psalm. 103*

piencia fecisti. Si igitur om̄ia in sapiētia fecit deus, id est, in filio suo coæterno sibi & consubstantiali, filius utique omnium principium est. Nūquid & pater potest dici principium? **Vtque recte dicitur & pater principium, non tamen duo principia, sicut pater deus, & filius deus, non tamen duo principia, sed unum principium faciendum est. Ergo & spiritus sanctus principium est, non tamen tria principia, pater & filius & spūs sanctus, sed unum principium: sicut pater deus, filius deus, spūs sanctus deus, non tamen tres dii,**

sed unus deus: sicut pater omnipotens, filius omnipotens, spiritus sanctus omnipotens, non tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens, Id enim quod pater ad se est, deus est: quod ad filium est, pater est. Quod filius ad se ipsum est, deus est: & quod ad patrem est, filius est: & spiritus sanctus quod ad se est, deus est: quod patrem & filium, spiritus sanctus est, quia patris & filij spiritus est, ex patre & filio procedens, unius substantiæ, potestatis & maiestatis cū patre & filio. **Multa (inquit) habeo de vobis loqui & iudicare.** In alio loco uero dixit: Ego non iudico quenquam, præsentem ei ostendens aduērum, quo uenit saluare, nō iudicare, quia uenerat ut saluaret mundum, nō ut iudicaret mundum. Quod autem nūc dicit, [multa habeo de uobis loqui & iudicare,] iudicium futurū dicit. Ideo em̄ ascēdit, ut ueniat iudicare uiuos & mortuos. Nemo iustus iudicabit, quān̄ qui iniuste iudicatus est. **Multa habeo (inquit) loq̄ & iudicare de uobis,** sed qui me misit, uerax est. Videte quem admodū patri det gloriam, æqualis filius patri. Exemplū em̄ præbens nobis gloriam dare deo, gloriam dei querere, non nostrā. Quasi diceret, o homo fidelis, si ego filius patris, æqualis patri, consubstantialis patri, cōternus patri, do' gloriā ei à quo sum, quomodo tu superbus es apud eū cuius es seruus? **Multa, inquit, habeo de uobis loq̄ & iudicare,** sed q̄ me misit, uerax ē. Tanquam diceret, ideo uerum dico, quia filius ueracis ueritas sum. Pater uerax est, filius ueritas. At em̄ apertissime ipse domin⁹, Ego sum uia & ueritas & uita. Ergo si filius ueritas, pater quid, nisi quod ait ueritas, **Qui me misit, uerax ē? Filius ueritas, pater uerax, Sicut à patre filius, ita à ueraci ueritas. Pater uerax ē,**

Joh 8. 8

**POST REMINISCERE** 381

sed non à ueritate: filius ueritas, sed à patre: quia filius à patre, non à seipso, & ideo ait alio loco: **A meipso non ueni, id est, à meipso non sum.** Pater utique uerax est, non à participando ueritati, sed generando ueritatem. Quia pater genuit filium, qui de ipso ait: **Ego sum uia & ueritas & uita.** Cum autè dixisset do- **Johanna**  
minus Iesus, [uerax est qui me misit,] non intellexèrunt illi quòd de patre eis dicebat. **Necdum enim habuerunt oculos cordis apertos, ut intelligere possent æqualitatè ueracis & ueritatis.** **Dicebat ergo eis: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor.** **Quid est hoc?** Nihil enim aliud uideretur dixisse, nisi eos post passionem suã cognituros quid esset. **Proculdubio ergo uidebar ibi aliquos, quos ipse cum cæteris sanctis suis ante mundi constitutionem præsciẽdo elegerat, post passionem suam esse credituros.** **Ipsi sunt illi, quos assidue commendamus, & ad imitationem cū magna exhortatione proponimus.** **Misso autem spiritu sancto post dñi passionem & resurrectionem & ascensionem, cū miracula fierent in eius nomine, quæ tanq̃ mortuum persequentes Iudæi contempserunt, compuncti sunt corde.** **Et quem sequentes occiderunt, & cuius sanguinem satiuendo fuderunt, credendo biberunt illa tria millia, & illa quinque millia Iudæorum, quos ibi uidebat, quando dicebat: [Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.]** **Tãquam diceret, differo cognitionem uestrà, ut impleam passionem meã, ordine uestro cognoscetis qui sim.** **Nõ quia omnes tunc erant credituri, ex his qui audiebant, id est, post dñi passionẽ.** **Nam paulo ante dicit: Hæc eõ**

loquente, multi crediderunt in eū, & nondum tamē exaltatus erat filius hominis. Exaltationem quippe dicit passionis, non glorificationis: crucis, non cæli. **N**ā ibi exaltatus est, quādo pependit in ligno, sed illa exaltatio, humiliatio fuit. **T**unc em̄ factus est obediens patri usq̄ ad mortem, mortē autem crucis. **Q**ua propter exaltauit illum deus &c. Altera exaltatio fuit, quando eleuatus est in cruce: altera, dum ascendit in cælum. **I**lla humiliationis, ista glorificationis. **E**xaltatio uero crucis oportebat impleri per eorum manus, qui postea fuerant credituri, quibus dicit: [Cum exaltaueritis filium hominis,] addidit, [tunc cognoscetis quia ego sum.] **Q**uid ē ego sum, nisi unius substantiæ cum patre: sicut ad **M**oysem superius diximus dictum esse: Ego sum qui sum. **V**erbo substantiali uirtur de seipso dominus, ut intelligatur, æternam esse substantiam, & unam esse substantiam patris & filij. **T**amē ne ipse intelligeretur pater, cōtinuo adiunxit. [Et à meipso facio nihil,] id est, à meipso non sum. **Q**uod autem addidit, [sicut docuit me pater,] hec loquor,] sensus altissimus est. **C**or enim mundandum est, ut intelligatur quod ait, [sicut docuit me pater, sic loquor.] **N**on enim ita intelligēdum est, quasi homo pater homini filio loqueretur, sed excellētius & sacratius. **A**lter uero intelligendū est, quod ait **E**uāgelista, **I**n principio erat uerbum, & aliter intelligendū, **V**erbum caro factum est. **A**lter de diuinitate **C**hristi, in qua æqualis est deo patri, aliter de humanitate eius, in qua consimilis est nobis, cogitandū est, **N**on uno modo intelligendum est, quod ait dominus, **E**go & pater unum sumus: & illud q̄d dixit, **P**ater maior me est, **E**rgo non corporaliter cogitare p̄

ter locutus est filio, quia incorporaliter pater genuit filium. Nec enim sic docuit, quasi indoctum genuerit, sed hoc est eum docuisse, quod est scientem genuisse. Et hoc est, docuit me pater, quod scientem me genuit pater. Si enim, quod pauci intelligunt, simplex est natura ueritatis, hoc est filio esse quod nosse. Ab illo ergo habet quod nouerit, à quo habet, ut sit, non ut prius ab illo esset, postea ab illo nosset, sed quemadmodum illi gignendo dedit, ut nosset. Quia simplicis (ut dictum est) naturæ ueritatis est esse, & nosse non est aliud atque aliud, sed hoc ipsum. Dixit ergo ista Iudeis, & addidit: Et qui me misit, mecum est. Hoc & ante dixerat, sed rem magnam assidue commemorat, misit me. & mecum est. Si ego tecum est o domine, non unus ab alio missus est, sed ambo uenistis. Et tamē cum ambo similes sint, unus missus est, alter misit: quoniam missio est incarnatio, ipsa incarnatio filij tantum est, non & patris. Misit itaque pater filium, sed non recessit à filio. Ergo, inquit, qui me misit, non reliquit me solum. Cuius autoritate tanquam pater incarnatus sum, mecum est, non me dereliquit. Quare me non dereliquit? Quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Ipsa est æqualitas semper, non quodam initio & deinceps, sed sine initio, sine fine. Dei enim generatio & deinceps, sine initio, sine fine. Dei enim generatio non habet initium temporis, quia per genitum facta sunt tempora.

**FERIA TERTIA**

post Reminiscere Matthæi, XXI.

**In illo tempore: Dixit Iesus turbis Iudæorum parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios. Et reliqua.**



**H**omo iste paterfamilias & duos filios legit habuisse, omnipotens deus est, pater familias & conditor duorum populorum. Prior filius, gentilis est populus, qui in Noe & filiis eius exordium sumpsit, qui prior dicit, quantum ad antiquitatem pertinet. cui dedit dominus per legem naturalem præceptum.

ut operaretur vineam suam, dicens: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Et, Omnia quæ vultis ut faciatur vobis homines, & vos facite illis. Ille quidem primus in vinea domini laborare contempsit, sed postmodum in adventu domini penitentia commotus, ad opera iudicij conversus est. Alter vero filius Iudaicus populus fuit, cui dominus dans legem per Moysen, operari præcepit in vineam suam. **Et respondit: Eo domine. Ait enim: Quia quæcumque præcepit nobis dominus, faciemus, & obediētes ei erimus. Et non iuit. Quia cuncta quæ stabilia esse promisit, mētitus est. Quia ex duobus fecit voluntatē patris: Dicit: Primus. Sua sententia cōdemnant Iudæi. Primus etiam filius .i. gentilis populus, voluntatē patris fecit, qui primus quidem erravit, postmodum per penitentiam semetipsum correxit. Quidam autem interpretantur hanc parabolam**

Matth. 5



**POST REMINISCERE 385**

non super duos populos, sed super iustos & peccatores, Publicani enim & peccatores, qui primum mandata dei respuerunt, postea predicare Iohanne eum acceperunt, & baptismo illius sunt mundati. At contra scribae & pharisaei, qui de falsa iustitia sibi applaudebant, dum baptismum Iohannis percipere despexerunt, inobedientes diuinorum preceptorum extiterunt. Unde & dominus in conclusione istius parabole subiunxit: **Quia publicani & meretrices precedunt vos in regno dei.** Regnum dei possumus intelligere sacram scripturam, iuxta quod alibi dicit: Auferetur a nobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Ad hoc regnum dei publicani & meretrices, id est, gentiles praecesserunt Iudeos.

Matth. 23.

**FERIA QVARTA**

**Post Reminiscere, Matthaei XX.**

**In illo tempore: Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam. Et reliqua.**

**C**rebros dominus iam superius passionem suam praedixerat, & tempus & locum & modum etiam suae passionis. Quid ergo est quod iterum repetit? Sed quia multa interlocutus fuerat, & poterat memoria suae passionis a mentibus discipulorum suorum elabi, ideo repetit saepius de contumelia passionis suae, ut & pararet animas illorum ad tentationem, ut uenientes Hierosolymam, tanto minus terrerent, quanto saepius id a domino praedictum esse meminissent. **Et accessit ad**

eum mater filiorum Zebedæi cū filijs suis,  
 adorans ⁊ petens aliquid ab eo. Mater filiorū  
 Zebedæi, matertera fuit saluatoris, mater uidelicet  
 Iacobi & Iohānis. Quid aut̄ pertinuit ad hęc mulierē  
 ut cum audierat à dño contumeliā & p̄nam passio  
 nis, ab illo gloriā & dignitatē peteret filijs suis: Nihil  
 em̄ prædixerat de gloria regni, sed solūmodo de sup  
 plicio passionis. Sed forsitan incitata est ad petendā  
 dignitatē filijs suis, q̄ intellexerat sermonem dñi,  
 quē dixit, qđ post tertia die resurrecturus esset. Puta  
 bat em̄ iuxta Iudæorū fabulam, quod dñs post resur  
 rectionē suam p̄ mille annos esset regnaturus in ter  
 ra corporaliter, & dignitatē terrenā suis electis esset  
 distributurus. Hęc ergo feruore muliebri incitata ad  
 dñm accessit, ut post resurrectionē suā daret filijs suis  
 præterem sedēdi, unū à dextris, & alterū à sinistris. Re  
spondens autē Iesus, dixit: Nescitis quid  
petatis. Mater qđem petierat, sed dñs discipulos in  
 crepauit, q̄ intellexit p̄ potentiā suę diuinitatis peti  
 tiōem, quā mater ei attulerat, ex suafione filios de  
 scendisse. Et nihil mirū est, si dñs his duobus discipu  
 lis dicat, [nescitis qđ petatis,] cū de Petro apostolo  
 euāgelista dicat, q̄a nesciebat qđ diceret. Potestis  
bibere calicem quem ego bibiturus sum: Ca  
 licis noīe & baptisimi, sicut alius euāgelista ponit,  
 passionē designat. Vnde p̄ Psalmistā dicit: Quid retri  
 buam dño pro omnibus q̄ retribuit mihi? Calicē salu  
 taris accipis. Et mox subiunxit qđ esset calix saluta  
 ris, dicens: Preciosa in conspectu dñi mors sanctorū  
 eius. Baptismo etiā plerunq; passio designatur, sicut  
 dñs dicit: Baptismate habeo baptizari. i. passionē ha  
 beo sustinere. Interrogat ergo dñs, si possent calicem

Psalm. 115

bibere, quē ipse bibiturus erat. i. si eandē passionem possent ferre, quā ipse passurus erat pro illis. In quibus uerbis aperte ostendit, quia prius sustinet supplium, ac deinde peruenitur ad regnum. **Calicem qui dem meum bibetis**. i. passionem meam sustinebitis. Quod quærendum est, quomodo intelligatur.

De Iacobo uero quod ipse dñi calicem biberit, nulla dubitatio est, quia ab Herode capite truncatus est. De Iohanne uero dubiū est, cum ipse per martyrii pœnā ut tam hanc non finierit. Sed ipse licet per effusionē sanguinis de hoc seculo non transierit, tamen calicē ipse saluatoris bibit. Quia ipse à Domitiano impiissimo imperatore in feruentis olei dolium missus, & uenum ante principem bibit, & illæsus permansit, nec non etiam cū reliquis apostolis flagellatus legit. Et licet per pœnā & effusionē sanguinis uitam nō trāsierit, tamen calicē passionis bibit, quia animus & uolūtas illius ad passionē perferendā semp paratus fuit.

**Sedere autē ad dexterā meā siue ad sinistrā, nō est meum dare uobis.** Cōsiderādum quod dicit, [nō est meū dare uobis] Vobis uidelicet superbis & cupidis uanæ gloriæ. Et est sensus: Regnū dei nō est dātis, sed accipiētis. Non em̄ possunt accipere regnū dei tales, quales uos estis, sed quales uos eē debetis. [Non est meū dare uobis]. i. superbis & elatis. Estote ergo uos primū humiles, & sic ad dignitatē regni uenietis. Præparate uos tales, ut sitis apti regno cælorū. Volunt autē quidā doctores, concessum esse his discipulis quod petierant, ut unus sederet ad dextrā dñi, & alter etiā ad sinistrā. Cum em̄ Iacobus per deollationem martyrii cælestia regna penetrauit, quōsi ad dexterā domini sedit. Quia Iohānes euangelista

per multum tempus ultra ceteros apostolos ad annos plurimos perduravit, quasi ad sinistram illius sedet. Per sinistram enim presens uita designatur, p dexteram aut celestis beatitudo significatur, sicut in Canticis canticorum dicit: **Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sed quibus paratum est a patre meo.** Humilibus uidelicet & mitibus, audiētibus me dicentē: **Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.** Et illi carnaliter petierūt, & isti carnaliter indignati sunt. Et tamē apostoli non contra matrē indignantur, quæ filiorū petitionē attulit, sed contra filios: quia intellexerūt istā petitionē ex uoluntate filiorū processisse. Dñs autem mitis & humilis, nec matrē arguit cupiditatis, nec apostolos arguit inuidiæ & liuoris, sed utriusq; proponit exemplū humilitatis, dicens illū potius maiorē esse in regno cælorū, quicumq; se inferiorem p̄buerit obsequio. **Scitis quia principes gentium dominantur eorū, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter illos.** Proponit dñs exemplū de gentibus, quas principes exercēt potestatem inter eos. Et illo proposito, subiunxit: **Non ita erit inter uos, id ē, nō similiter contēderis de principatu & gloria, sicut gētes. Sicut non uenit filius hominis ministrari, sed ministrare.** Hoc est, nō uenit filius hominis ut in hoc mundo honores & dignitates quæreret, sed ut ipse potius alijs ministraret. Proponit dñs semetipsum in exēplū humilitatis. Quid ministrat dñs apostolis suis? **Victum & uestimentum, & cetera necessaria corporis, et prædicationē uerbi diuini, et ad ultimum intantum se humiliat, ut crucē & passū**

Can. 21

Matth. 110

onem pro eis subiret, hoc etiam & nobis ministravit.  
Vnde & dñs dicit: **Et dare animam suam redē-  
ptionem pro multis.** Non dixit pro omnibus, sed  
pro multis, quia uidelicet dominus pro omni genere  
humano licet crucem subiret, his dūtaxat eius passio  
profuit, qui eodem spiritu renati sunt ad uitam, quo  
ille conceptus est in utero matris.

**FERIA QUINTA**  
post Reminiscere. Iohannis V.

In illo tēpore Dixit Iesus turbis Iu-  
dæorū: Non possum ego à meipso facere  
quicquam, sed sicut audio iudico. Et rel.



**F**ortasse ideo dixit,  
nō possum à meipso  
facere quicquam, qua  
si dixisset, à meipso nō sum,  
sed à patre. Pater em̄ à nul-  
lo alio est, filius autē à pa-  
tre ē. Ideo dixit, [sicut au-  
dio, iudico. ] Quia unū opus  
est patris & filij & spiritus  
sancti. Sicut audit iudicat.  
**A**udiet uidelicet per uni-  
tatem substantiæ & pprie-  
tatem scientiæ. Non iudicat à semetipso, quia nō est  
à semetipso. Pater quippe solus de alio non est,  
filius à patre genitus est, ut diximus. Ab ipso enim au-  
dient filius, à quo genitus est, quia non est à seipso, sed  
ab alio à quo genitus est. A quo illi est intelligentia, ab  
illo utiq; & scientia. Ab illo igitur audientia, quæ ni-

hil est aliud q̄ scientia. Potest quoq; hoc ipsum quod dixit, [sicut audio iudico] de humanitatis natura intelligi, quam dei filius ex uirgine sumpsit. Cū ageret de resurrectione animarū, non dicebat audio, sed uideo. Sicut audio iudico, et iudiciū meum iustum est. Vnde est iudiciū hoīs? Quia sequit. Non quæro uoluntatem meā, sed uoluntatē eius qui misit me. Ista missio in carnatio est Christi, q̄ ad hoc facta est, ut paterna uolūtas in salute humani generis p̄ eum efficeret. Videtur em̄ in hoc loco, ex his uerbis saluatoris nostri, uelle eū insinuare nobis duas naturas in se esse, & uerā habere animam, in qua sola uoluntas est. Quæ em̄ tanta cōiunctione cōmixta est diuinitati, ut tota uolūtas in ea spūalis fuit, sed tñ nō animalis. i. carnalis. Nam consequenter subiunxit: Si ego testimoniū perhibeo de me ipso, testimonium meū nō est uerum. Nam sicut in consequentibus dixit, Si glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: sed q̄ misit me p̄r, ipse me glorificat: sed hic dictum est, [si ego testimoniū perhibeo de me ipso, testimonium meū nō est uerū.] Et paulo post, Qui me misit pater, ipse testimoniū perhibet de me. Nunc in se naturam hoīs demonstrans, nunc in dei maiestate æqualē se significat patri, nūc unitatē sibi diuinitatis cū deo patre uendicās, nunc fragilitatē humanæ carnis ostēdens, nūc doctrinā suam se nō dicere suā, nūc uoluntatē suam se nō quærere, nunc testimoniū suū uerum nō esse, nunc uerum esse significans. Nam hic ait: [Si ego testimoniū perhibeo de me ipso, testimonium meū non est uerū.] Et paulo post: Etsi ego testimoniū perhibeo de me, uerū est testimonium meū. Quō ergo non est uerum testimonium eius, nisi scdm̄ fra-

Johan. 8

gilitatem carnis: Nam & illud quod dixit, Non ueni  
facere uoluntate meam. & Filius a se nihil potest fa-  
cere, & alia multa homini, quae omnia non infirmant si-  
lum neque decipiunt, nec a patre disjungunt. Siquidem  
& haec ideo sunt posita, ut uera eius reluceat humani-  
tas, sicut ex his, Ego in patre & pater in me. Et iterum,  
Ego & pater unum sumus. &, Qui me uider, uidet & Johā. 14.  
Johan. 54  
patrem. & sicut pater suscitatur mortuos & uiuificat, ita  
& filius quos uult uiuificat, uera eius diuinitas appro-  
batur. Quia uoluntas patris & filij, una operatio, una  
denique gratia, eademque gubernatio est. Sed magister  
gentium docet ista, scribens: Gratia uobis & pax a deo  
patre nostro & domino Iesu Christo. Alius est qui testi-  
monium perhibet de me. In sequentibus ostendit,  
quis sit ille alius, qui testimonium perhibet de se, ubi ait:  
Qui misit me pater, ipse testimonium perhibet de me.  
Testimonium patris est de filio in baptismo, ubi uox fa-  
cta est de caelo: Hic est filius meus dilectus, in quem mihi  
bene complaceui. Simile quoque testimonium in morte san-  
cto perhibuit pater, audientibus tribus discipulis de fi-  
lio suo. Et scio quia testimonium eius uerum  
est. Omne uerum, a ueritate uerum est. Deus enim ueritas  
est. Et quicquid uerum est, a deo uerum est. atque hic testi-  
monium dixit quod sit. Opera inquit, quae ego facio,  
testimonium perhibet de me. Deinde adiunxit:  
Et testimonium perhibet de me, qui misit me  
pater. Ipsa quoque opera fecit, a patre se accepisse dicit. Te-  
stimonium ergo perhibent opera, testimonium per-  
hibet pater, qui misit eum. Perhibuit Iohannes testi-  
monium de Christo, tanquam lucerna, non ad sanan-  
dos amicos, sed ad confundendos inimicos. Iam enim  
antea praedictum erat a persona patris: Parauit lucer Psal. 137.

nam Christo meo. Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem effloreat sanctificatio mea. **E**sto tamquam in nocte positus, attendisti in lucernam & miratus es lucernam, & exultasti ad lucem lucernae. **S**ed illam lucernam dicit esse solem, in quo exultare debeas. **E**t quavis ardeat in nocte, diem te iubet expectare. **N**on ergo quia illius hominis testimonium non erat opus. **N**am ut quid mitteretur, si non erat opus? **S**ed ne in lucerna maneat homo, & lumen lucernae sibi sufficere arbitretur, ideo nec dominus lucernam illam superfluum dicit fuisse, nec tamen dicit in lucerna debere remanere. **S**crutamini (inquit) scripturam, in qua uos putatis uitam aeternam habere. **I**psa testimonium perhibet de me, & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. **Q**uid uos putatis habere in scriptura uitam aeternam? **I**psam interrogate, cui perhibet testimonium, & intelligite quod sit uita aeterna. **E**t quia propter Moysen uidebantur repudiare Christum, tanquam de alia lucerna. **O**mnes enim homines lucernae, quia & incendi possumus & extingui. **E**t lucernae quidem cum sapiunt lucet, & spiritu feruent. **N**am & si ardebant, extinctae sunt & iam putent. **P**ermanserunt enim serui dei lucernae bonae ex oleo misericordiae illius, non ex uiribus suis: gratia quippe dei, gratuita illa, oleum lucernarum est. **P**lus enim illis omnibus laboraui, ait quaedam lucerna. **E**t ne uiribus suis ardere uideretur, adiunxit: **N**on ego autem, sed gratia dei mecum. **O**mnis propheta ante aduentum lucerna est, de quo dicit Petrus apostolus: **H**abemus certiorum prophetarum sermonem, cui bene facitis, intendentes quemadmodum lucernae lucet in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. **L**ucerna itaque propheta

2. petri. 2



est, & om̄is prophetia est una magna lucerna. Quid apostoli nōne lucernæ? Etiā ipsi lucernæ plane. Solus enim ille non lucerna, Non em̄ accenditur & extinguitur, sed est lux uera, quæ illuminat om̄em hominem uenientem in hunc mundū. De Iohanne dicitur. Non erat ille lumen, sed ut testimoniū perhiberet de lumine. De Christo autē, Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominē uenientē in hunc mundum. Quid ē quod de apostolis ipsa ueritas ait, Vos estis lux mundi, & de Iohanne Euangelista, Non erat ille lumen? Nec Iohannes per se erat lucerna, nec apostoli per se lumen, sed à lumine Christo ille lucerna, & illi illuminati, qui est sol uerus, oriens in cordibus credentium. Ego autē habeo testimonium maius Iohanne. Opera em̄ quæ dedit mihi pater, ut perficiā, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. ] Superius dixit, testimonium non accipio ab homine, hic causam dixit, quare ab homine testimonium non accipisset, quia habet testimonium patris, & operum testimonium, sed habet maius quā sunt hominū. Ergo hæc missio, incarnatio est Christi: incarnatio uero Christi, redemptio est nostra: redemptio uero nostra, est in ipsa ueritate, quæ ait: Ego ueni ut uitā habeant, & abundātius habeant. Subiūxit uero huic testimonio patris, de ipso patre quod Iudæi, uel magis oēs infideles excæcatis mētibus ueritatē diuinitatis non possunt accipere, dicens: Neque em̄ uocem eius audistis in quā, neque speciem eius uidistis, et uerbum eius nō habetis in uobis manens. Dicit Apostolus, Non em̄ auditores legis iustificati sunt, sed fa

Johan. 10:3

Roma. 2

ctiores uerbi dei, id est, filius dei nō manet in illorum  
 cordibus, q̄a non seruant q̄ audiunt. **Quod uero ait**  
 [neq̄ uocem eius audistis, neq̄ speciem uidistis,] in  
 hoc ostēdit substantiā diuinitatis incomprehensibile  
 & inuisibile: & uocē eius non carnalibus audire poru  
 isse auribus, sed spūali intelligētia p̄ gratiā sancti spi  
 ritus intelligere uel amare, secū dū quod unicuiq̄ da  
 rā erit. **Scrutamini scripturas**, q̄a uos putatis in ip̄is ui  
 tā æternā habere. **Et illę sunt** quę testimoniū perhibent  
 de me, & nō uultis uenire ad me, ut uitā habeatis.  
**Non uultis uenire**, id est, non uultis credere, q̄a si  
 ne fide impossibile est deo placere. **Venire nostrū ad**  
**Christū**, i. credere uerū illū filiū dei, & uerā nos per il  
 lum habere salutē. **Om̄is enim scriptura sancta testi**  
**moniū** phibuit Christo, siue p̄ figuras, siue per p̄phetas,  
 siue per angelos ministeria. **Ergo & Moyſes testi**  
**monium** perhibuit Christo, Iohannes testimoniū  
 Christo, & cæteri propheta & apostoli perhibuerūt  
 testimoniū Christo. **His omnibus testimonijs pro**  
**ponit testimoniū operum suorum**, quia p̄ illos nō  
 nisi deus perhibuit testimoniū filio suo. **Clarita**  
**tem ab hominibus non recipio**, id est, laudem  
 humanam non quero, quia non ueni ministrari, sed  
 ministrare. **Id est**, non ueni ut honorem ab homini  
 bus acciperem carnalem, sed ut honorem hominibꝫ  
 darem spiritualem. **Sed cognoui uos, quia di**  
**lectionem dei non habetis in uobis**. Ideo dilec  
 tionem dei non habuerunt, quia non crediderunt  
 in eum, quia non uenit facere uoluntatem suam, sed  
 uoluntatem eius qui misit illum. Ideo subiūxit, **Ego**  
**ueni in nomine patris mei, & nō accepistis me**,  
 id est, non credidistis in me, q̄ ideo ueniebam in mi-

dum, ut glorificaretur nomen patris. Si alius ve-  
nerit in nomine suo, illum accipietis. Quis est  
 qui uenit in nomine suo, nisi ille, qui gloriam propri-  
 am quaerit, & non alius qui misit illum? Quis est quē  
 accepturi erant Iudaei, nisi Antichristum qui uentur-  
 us est gloriam quaerere propriam? Et hoc erit illis  
 poena peccati, quia noluerunt ueritati credere, & cre-  
 dent mendacio. Quomodo potestis vos crede-  
re, qui gloriam ab inuicem accipitis, & glori-  
am quae est a solo deo, non quaeritis? Conside-  
 randum intentius, quanta sit iactantiae & humanae  
 laudis ambitio malum, pro quo ipsa ueritas ait, cre-  
 dere non posse quosdam, quod secularis gloriae cupi-  
 di erant. Quid est humanae laudis cupiditas, nisi super-  
 biae elatio? Vult de se aestimari, quod in se ha-  
 bere non studet. Alter inerior, alter foras uideri desi-  
 derat. Humilitas uero gloriam quaerit a solo deo, su-  
 perbia ab hominibus. Inde Iohannes Baptista ab ipsa  
 ueritate tam excellenter laudatus est, ut non esset arun-  
 do uento agitata, quia non humanae laudis, nec odiosae  
 uituperationis aura flante flexibilis fuit, ideo glori-  
 am non quaesuit humanam. Nolite putare, quia  
ego accusaturus sum uos apud patrem. Est  
qui accusat uos Moyses, in quo uos maxi-  
me speratis. Ideo non accuso, quia non ueni dāna-  
 re, sed saluare. Moyses uero accusat, quia increduli  
 estis uoci illius. De me ille scripsit, dū ait: Propheta Deut. s  
 tam uobis suscitabit dominus deus de fratribus uestris, tan-  
 quam me, ipsum audietis. Quid uero sequatur attri-  
 dere. Erit omnis anima, quae non obedierit prophetae  
 illi, exterminabitur de populo dei. Si autem illius li-  
 teris non creditis, quomodo meis uerbis credetis? Quic-

quid enim lex & propheta scripserunt, per omnia Christum uenturum esse designabāt. Si enim Iudaei legi uel prophetis credidissent, utiq; & Christo.

## FERIA SEXTA

post Reminiscere. Matthaei XXI.

**In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudaeorum parabolam hanc: Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam. Et reliqua.**

**S**cribae & pharisei, qui superius domino dixerat, In qua potestate haec facis? audiunt per occultas parabolas, quod per apertum sermonem non merentur audire. Omnipotens etiam deus pater, conditor & gubernator familiarum suarum est. Uinea illius, domus Israelitica est. Hoc enim nomine solet appellari eadem gens in sacro eloquio, sicut Isaias dicit: Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei uineae suae. Uinea facta est mihi in loco huberi, &c. usquequo dixit, Uinea domini fabaoth, domus Israel est. Et Psalmista ait: Uineam de Aegypto transtulisti. Omnipotes ergo deus uineam plantauit, quia eiecit de terra promissionis habitatoribus suis Chanaanais, in eandem gentem Israeliticam collocauit. **Et septem circum dedit ei, id est, muros urbium & custodiam angelorum. Et fodit in ea torcular.** Torcular, significat altare. Quoniam sicut in torculari uinae exprimitur, ita & in altari sanguis hostiarum & uictimas effundebatur. Vel per torcular, passionem sanctorum prophetarum debemus intelligere, quo nomine solet passio

Isaie. 4

Psalm. 79

sanctorum designari. Vnde quosdam Psalmos pro torcularibus inuenimus prætitulatos, in quibus sancto- rum passio commemoratur. **Et edificauit turrim**, Turrim .i. templum illud augustissimum, qd domi- nus in medio Ierusalem edificauit, primum p Salo- monem, deinde reparauit per Ezram & Nehemiã, & ad ultimum per Iudam & fratres eius. **Et loca- uit eam agricolis**, id est, cõmendauit eã scribis & phariseis, ut fructum bonorũ operũ ex lege reporta- rent. **Et peregre profectus est**. Nõ mutatione lo- corum, quia deus ubiq; est, & nusquã abest, quia sic- ut per Ieremiã dicit: **Deus appropinquans est**, & non de lōge: sed abijisse dicitur, q̃a cultoribus in eã operandi arbitrium suã uoluntatis reliquit. **Cũ autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius**. Tempus fructuũ, tempus est bonorũ operũ reddendorũ. Misit seruos suos ad agricolas, Aa- ron uidelicet & Moysen. **Et agricolæ apprehen- sis seruis eius, aliũ ceciderunt**. Ceciderũt etenĩ Moysen & Aaron, licet nõ uerberibus, sed tñ morib⁹ & uerbis, Nã etiã eos lapidare uoluerunt. **Et in Psal-** mo legimus: **Et uexatus est Moyses propter eos**, q̃a exacerbauerunt spũm eius. **Ceciderũt etenim Dauid** qñ dixerunt: **Non est nobis pars in Dauid**, neq; hæ- reditas in filio Isai. **Alios etiam pphetas quosdã oc- ciderunt**, quosdam uero lapidauerunt. **Ierum mi- sit alios seruos plures prioribus**. Serui q̃ secũ- do mittuntur, chorum prophetarum significant. **Et fecerunt illis similiter**, id est, quosdã lapidauerũt, sicut Naboth: quosdam ceciderunt, sicut Isaiam, secũ- tes eum serralignea: quosdã uerberauerũt, sicut Iere-

Ieremi. 23

Psalm. 115

2. Reg. 19.

miam. Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Crebuntur forsitan filium meum. Dubitative loquitur dominus, non ut ipse aliquid dubitet, in quo summa scientia est, sed dominus dubitative loquitur, cum nostra infidelitas increpatur: Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres. Venite, occidamus eum.

Johan. 12.

Ex hoc loco datur intelligi, quod Iudæi non per ignorantiam, sed per invidiam Christum occiderunt. Quando enim dixerunt: Totus mundus post eum abiit, intelligebant eum illum esse, de quo per prophetam dicitur: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Putabant ergo quod illo interfecto, hæreditatem eius ad se transferre possent, hoc est, doctrinam eius de cordibus gentium auferre, & iustitiam suam, quæ ex lege erat, cordibus eorum inserere. Et apprehensum eum, eiecerunt extra vineam, & occiderunt. quia dominus extra portam passus est. Vel extra vineam eiecerunt illum, & occiderunt, hoc est, primum à cordibus suis eiecerunt per infidelitatem, & postmodum illum occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Interrogat dominus scribas & pharisæos, quod facturus sit paterfamilias adveniens illis agricolis, non ut ignoret quod facturus sit, sed ut ipse ex sua responsione eos convincat. Sua enim sententia convicti sunt, quod scilicet propter suam negligentiam notitia scripturarum ad gentiles esset transferenda. Respondunt illi: Malo male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, id est, notitiam scripturarum gentibus, qui reddant ei fructum temporibus suis, id est, quod fructum bonorum operum in suis temporibus reddat. Dicit illis Iesus:

Nonquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificâtes, hic factus est in caput anguli. Quos supius appellauit agricolas & uinitores, hos modo appellat ædificâtes, scribas uidelicet & pharisæos. Non qd ædificâtes essent, sed qd populum exemplis & doctrina ædificare debuissent. Lapidem tunc reprobauerunt, id est, Christu, quâdo dixerunt, Nolumus hûc regnare sup nos: & hûc nescimus unde sit. Sed lapis factus est in caput anguli, Angulus duos parietes nectit, & Christus factus est in caput anguli, q duos populos ex diuerso ueniêtes cõiunxit in semetipso, faciens pacem his qui ppe erant, & his qui lóge. Ad domino factu est istud. Hoc autem a dño totum factum est. Ut em ille lapis unita res sua duos parietes cõiungeret, hoc est, ut duos populos in una ecclesia coniungeret, non id humanarum uirum fuit, sed diuinæ uirtutis. Et est sensus: Quomodo implebit Psalmitæ pphetia, nisi me respuatis & crucifigatis: Et est mirabile in oculis nostris. Hoc em mirabile est, ut de duobus populis efficeret una ecclesia. Ideo dico uobis, qd hæc parabola ad uos pñet: Dico uobis, quia auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Regnum dei, scientiam diuinarum scripturarum appellat. Auferetur a uobis regnum dei, id est, scientia scripturarum, & remanebit uobis sola ariditas literæ. Et dabitur genti, id est, gentili populo, facienti fructus eius, uidelicet opera illius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur. Aliud est super lapidem cadere & aliud sub lapide. Super lapidem cadit, id est, super Christum, qui peccando illu offendit, spem tamen uenitæ per pœnitentiam habendo. Qui-

Luce. 19

cungẽ em̃ Christum negauerit, super illum cadit hoc est, animaduersio diuina super eum irruit, & penitus conteret eũ, ut non remaneat ex eo testa, unde aqua hauriri possit. Potest & aliter intelligi. In p̃senti peccatores super lapidem cadunt, qui confringũtur per poenitentia. Lapis aut̃ super eos in die iudiciũ cadet, quia dñs Iesus cum omnibus uirtutibus superius ad iudiciũ ueniet. **Et cum audissent principes sacerdotũ & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret.** Licet duri corde essent scribæ & pharisæi, & licet in Christum credere noluisent, aperte tñ intelligebant parabolas eius ad se ptinere. **Et ideo quærebant eum tenere, sed timuerũt turbas,** quia sicut propheta eum habebant. Intuẽda est mobilitas uulgi. **Quem em̃ nunc sicut prophetam habent,** postmodũ in eius passione sunt clamaturi, dicẽtes: **Reus est mortis, et, Crucifige crucifige ralem, suadentibus uidelicet scribis & pharisæis.**

## SABBATO POST

**Reminiscere. Luca XV,**

**In illo tempore Dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et reliqua.**

**M**Urmurantibus de peccatorum susceptione scribis & pharisæis, tres ex ordine parabolas saluator posuit: duabus primis, de qui-



bus disputandum est, quantum ipse cum angelis de peccatorum salute gaudeat, insinuans: tertia uero, quae sequitur, non suum tantummodo suorumque gaudium demonstrans, sed & inuidentium murmur reprehendens. Homo itaque qui duos filios habuisse dicitur, deus pater intelligitur, duorum uidelicet, genitor populorum, & quasi duarum generis humani stirpium autor atque creator. **Maiores enim filius eos, qui in unius dei permansere cultura: minor eos, qui usque ad colenda idola, deum deseruere, significat.** Pars substantiae, quae minori filio contigit, ipse sensus in homine rationalis est. **Viuerem enim, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, diuini substantia muneris est, quam minor filius expetit a patre, cum homo sua potestate delectatus, per liberum sese arbitrium regere, atque a domino quaesuit exire conditore.** **Diuisitque illis substantiam, fidelibus scilicet suae gratiae protectionem, quam desiderabant, impetiendo: infidelibus uero naturalis solum ingenij, quo contenti erant, beneficium concedendo.** **Et non post multos dies congregatis omnibus, adolecentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. Et ibi dissipauit substantiam suam, uiuendo luxuriose.** Longe profectus est, non locum mirando, sed animum. **Quanto enim nunc quisque plus in prauo opere delinquit, tanto a dei gratia longius recedit.** Quod non post multos dies dixit factum, ut congregatis omnibus proficisceretur peregre in regionem longinquam, quia non multo post institutionem humani generis, placuit animi per liberum arbitrium ferre secum quamdam uelut potentiam naturae suae, & deserere eum a quo condita est, prauidens uiribus suis, quas uires tanto consumit et

tius, quanto eum deseruit à quo datae sunt. Itaq; hanc vitam p̄digam uocat, amantē profundere substantiam atq; sp̄ariare p̄p̄is exterioribus, inuis inanescentem, cū ea quisq; sequitur quæ ab illa p̄cedunt, relinquunt eū qui sibi est interior. **Et postquā omnia cōsummasset, facta est fames valida in regione illa.** Omnia q̄ dissipauit, ornāmēta naturæ q̄ consumpsit significāt, Fames in regione longinqua, indigentia uerbi ueritatis est in obliuiscē creatoris, de qua dicitur in p̄phetis: **Quia mittet dñs famē in terra, non famē panis, necq; sitim aquæ, sed audiendi uerbū dei.** **Et ipse coepit egere, et abiit, et adhasit vni cuius regionis illius.** Merito egere coepit, qui thesauros sapientiæ dei, diuitiarumq; cælestium altē tudinē dereliquit. **Vnus autē cuius regionis illius, cui ille egens adhasit, utiq; ille qui concupiscentiis terrenis merito suæ pueritatis prepositus, princeps huius mundi à dño uocatur.** **Et de quo Apostolus: Deus, inquit, huius seculi excæcauit mētes infidelium.** **Et misit illum in uillā suam, ut pasceret porcos.** In uillam mitti, est substantiæ mundi & cupiditati seculari subiugari. De qua in alia parabola quidam sp̄iales epulas, ad quas inuitabat, fastidians, dixit: **Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illā.** Porcos uero pascere, est ea quibus immundi spiritus gaudeant operari. **Et cupiebat implere uentrē suum de siliquis, quas porci manducabant.** Siliquæ quibus porcos pascebat, sunt doctrinæ seculares sterili suauitate resonantes, de quibus laudes idolorum fabularumq; ad deos gērium uario sermone atq; carminibus perstrepunt, quibus dæmonia delectantur. **Vnde cum iste saturari cupiebat, aliquid fo**

2mos.3

3. Corin. 4

Luc. 14

Idem & restū, quod ad beatā uitam pertineret, in-  
 venire uolebat in talibus, & non poterat. Hoc est em̄  
 quod ait: Et nemo illi dabit. In se autē reuersus, iā  
 scilicet ab eis, quæ forinsecus frustra illiciti & sedu-  
 cunt, in conscientia interiora reducem faciens inten-  
 tionē suam, dixit: Quanti mercenarij in domo  
patris mei abundat panibus, ego autē hic fa-  
me pereō. Vnde hoc scire poterat, in quo tāta erat  
 obliuio dei, sicut in omnibus idololatriis fuit, nisi quæ  
 ista recogitatio iā respicientis est, cū euangeliū præ-  
 dicaretur: Mercenarij ergo patris abundat panibus,  
 quia qui futuræ mercedis intuitu digna operari sata-  
 gūt, quotidianis supernæ gratiæ reficiunt alimonijs.  
 At uero fame pereūt, quæ extra patris aedes positi, uen-  
 trem cupiūt implere de siliquis. Id est, qui sine fide ui-  
 uentes, uitam beatā inanis philosophiæ studijs inqui-  
 runt. Sicut em̄ panis, qui cor hominis cōfirmat, uer-  
 bo dei, quo mentem reficiat, assimilatur: ita siliqua  
 (quæ & ipsa intus inanis, foris mollis, & corpus non  
 reficit, sed implet, ut sit magis oneri, quàm usui) secu-  
 lari sapientiæ nō immerito comparat, cuius sermo fa-  
 cilius plausu sonorus, sed uirtute utilitatis est uacua-  
 us. Surgam & ibo ad patrē meum, & dicam il-  
li: Pater, peccauit in cælū & coram te. Quā mise-  
 ricordē piūq; nouerat patrē, qui offensus à filio, pa-  
 tris non dedignatur audire uocabulum: Surgā ergo,  
 inquit, quia me iacere cognoui: & ibo, quia longe re-  
 cessi: ad patrē meum, quia sub principe porcorū mise-  
 rabili egestate tabesco. Peccauit autē in cælū corā spi-  
 ritibus angelicis sanctisq; animabus, in quibus signi-  
 ficat sedem esse dei. Coram uero, in ipso conscientia  
 interioris cōclauis, qua dei solus oculi penetrare ua-

lebant. Etia non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Ad filij quidem affectu, qui oia qua patris sunt, sua esse non ambigit, se aspirare nequaquam presumat, sed mercenarij statum, iam pro mercede seruiturus, desiderat. **V**erum ne huc quidem, nisi paterna dignatione, se mereri posse testatur. **V**bi sunt ergo Pelagianista, qui sua seruiture saluari posse confidunt, contra apertissimam sententiam qua ait, sine me nihil potestis facere? Et surgens, venit ad patrem suum. Venire ad patrem, est in ecclesia constitui per fidem, ubi iam possit esse peccatorum legitima & fructuosa confessio. **C**um adhuc autem longe esset, & antequam intelligeret deum, sed tamen cum iam pie quereret, vidit illum pater ipsius. Impios enim & superbos conuenienter non uideri dicitur, tanquam ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi, non, nisi qui diliguntur, dici solent. Et misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius. Non enim pater unigenitum filium suum deseruit, in quo usque ad nostram longinquam etiam peregrinationem cucurrit atque descendit, quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. **E**t ipse dominus ait: Pater in me manens, ipse facit opera. **Q**uid est autem cadere super collum eius, nisi inclinare & humiliare in amplexum eius brachium suum? & brachium domini cui reuelatum est, quod est utique dominus noster Iesus Christus. Et osculatus est eum. Consolari uerbo gratiae dei ad spem indulgentiae peccatorum, hoc est post longa itinera remeantem a patre mereri osculum charitatis. **D**ixitque ei filius: Pater, peccavi in caelum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Incipit iam peccata esse

Joan. 14

**POST REMINISCERE 409**

Meritis in ecclesia cōfiteri, nec dicit omnia q̄ dictum se esse p̄miserat, sed usq̄ ad illud: **Nō** sum dignus uocari filius tuus, **Hoc** em̄ uult fieri per gratiam, quod se indignū esse per merita fatetur. **Nō** addidit, quod nulla meditatione dixerat: [Fac me sicut unum de mercenarijs tuis.] **Cum** em̄ panem non haberet, uel mercenarijs esse cupiebat, q̄d post osculū p̄ris generosissimū iam dedignatur. Intellexit nāq̄ inter filiū, & mercenarium, & seruū, non minimam esse distātiā: seruum uidelicet esse eum, qui adhuc metu gehennæ siue presentiu legum, se à uitijs temperat: mercenariū, qui spe atq̄ desiderio regni cælorū: filium, qui affectu boni ipsius atq̄ amore uirtutum. **In** quarum uirtutū boni cōsumatione, beatus **Apostolus** omnem salutis summam concludens: **Nunc** (inquit) manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior autē horum est charitas, fides nanq̄ est, quæ futuri iudicij ac suppliciorum metu, uirtutum facit contagia declinare. **Spes**, q̄ mentem nostram de presentibus euocās, uniuersas corporis uoluptates cælestium præmiorum expectatione contemnit. **Charitas**, quæ nos ad amorē Christi, & spiritualium uirtutum fructum mentis ardorē succendens, quicquid illis contrarium est, toto facit odio detestari. **Vnde** prodigus iste, postquam in semetipsum reuersus, diræ famis supplicia formidabat, uelut iam seruus effectus, etiam mercenarij statum, de mercede iam cogitans, concupiscit: sed cum pater accurrens, non contentus minora concedere, utriusque gradus sine dilatione trāscursu, pristinæ filiorum restituit dignitati: nec iam de mercede cōductoris, sed de hæreditate fecit cogitare parentis. **Dicit autem pater ad seruos suos: Cito profer-**

1. Corin. 13

restolam primā. ⁊ induite illum. Stola prima est uestis innocentia, quam homo conditus accepit, sed male periuasus amisit, qñ post culpam prauaricationis cognouit se esse nudū. gloriaq; immortalitatis perditā, pelliceam, hoc est, mortale sumpsit indumentū. Serui qui eam proferunt, recōciliationis prædicatores sunt. Proferūt em̄ stola m primā, qñ mortales terrenosq; hoies ita sublimandos asseuerant, ut non solū ciues angelorū, sed hæredes dei & cohæredes sint Christi futuri. Et date anulum in manu eius. et calceamenta in pedes. Anulus est uel syncera fidei signaculū, qua cuncta promissa in credentiū cordibus certa impressione signantur, uel nuptiarum piæ illarum, quibus ecclesia sponsatur. Et bene anulus in manu datur, ut per opera fides clarescat, & p fidem opera firmentur. Calceamenta autē in pedes, officium euangelizandi denunciant, ut cursus mētis ad cælestia tēdens, à terrenarū contagione rerū inuoluta seruetur & munda, priorū m̄q; munitus exēplis, super serpētes & scorpiones securus incedat. Manus igitur & pedes. i. opus ornantur: manus, ut recte uiuamus: pedes, ut ad æterna gaudia properemus. Nō em̄ habemus hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus. Et adducite vitulum saginatum. ⁊ occidite. Vitulus saginatus, ipse idem dñs est, sed secundum carnē. Et bene saginatus, q̄a caro eius adeo spiritali est opima uirtute diffusa, ut p totius mūdi salute sufficiat, in odorem suauitatis, nidore uidelicet immolationis ad deū mittere, & p omnibus exorare. Adducere autē uitulū, & occidere, est p̄dicare Christum, & mortē eius insinuare. Tunc et em̄ cuiq; nostrū quasi recens occiditur, cū credit occisum. Tunc caro

Heb. 13

eius comedit, cū eius passionis sacramentū & ore ad  
 emundationē percipit, & corde ad imitationē cogi-  
 tur. Et māducemus ⁊ epulemur, quia hic fi-  
lius meus mortuus fuerat, et reuixit: perie-  
rat, ⁊ inuentus est. Non solus filius, q̄ reuixit & in-  
 uentus est, uerū pater & serui illius sacrosancti uituli,  
 q̄ propter filiū occisus erat, carne resecti epulant: qui  
 patris cibus, salus est nostra: & patris gaudiū, nostro-  
 rum ē remissio peccatorum: nec tñ patris, sed filij & spi-  
 ritus sancti. Quia sicut una in diuinitate uoluntas &  
 operatio, ira & una ē delectatio sanctę & indiuiduę  
 trinitatis. Vnde beatus **Abraam** tres angelos hospiti-  
 o recipiēs, uitulū tenerimū & optimum occidisse,  
 eiusq; cū lacte, pane, & butyro epulando legit obtru-  
 litū, q̄a qui beatam trinitatē rectę deuotionis offi-  
 cijs relicere (i. latificare) desiderat, mortē quoq; de-  
 bet unigenici filij dei in carne, q̄ est una, in eademq;  
 trinitatis persona pię confessionis synceritate cele-  
 brare. Et notādū, q̄ ante stola prima, ante anulus, an-  
 te calceamēta præstant, & sic deinde uitulus immola-  
 tur. Quia nisi quisq; spem immortalitatis induerit,  
 nisi anulo fidei opa præmunierit, nisi ipsam fidē pie  
 cōfitendo p̄dicauerit, nō potest sacramētis interesse  
 celestibus. Et ceperunt epulari. Itę epulę atq;  
 festiuitates nunc celebrant, per orbem terrarū eccle-  
 sia dilata atq; diffusa. Vitulus em̄ ille in corpore &  
 sanguine dominico & offertur patri, & pascit totam  
 domū. Erat autem filius senior in agro. Filius  
 senior, populus Israel est, q̄ quāuis in longinquā re-  
 gionē non abierit, non tñ domi, sed in agro dicitur  
 esse immoratus. Quia populus idē neq; usq; ad colē-  
 da idola creatorē deseruit, neq; legis, quā acceperat,

Gene. 18

Isaie. 1.

interiora penetrauit: sed litera solum custodia cõren-  
 rus, exteriora magis & terrena operari simul & spera-  
 re solebat, audiens p̄ prophetam: Si uolueritis & au-  
dieritis me, bona terræ comedetis. Et cū ueniret,  
z appropinquaret domui, audiuit symphoni-  
am z chorum. Appropinquat filius domui, cū po-  
 pulus ille, in quibuscunq; Israeliticis considerationi-  
 bus (nãm multi tales inueniuntur in eis, & sæpe inueni-  
 untur) labore seruili operis improbatõ, ex iisdem scri-  
 pturis ecclesie libertate considerat. Audit symphoni-  
 am & chorum, scilicet sp̄u plenos uocibus cõsonis eu-  
 angelium prædicare. Quibus dictũ est: Obscuro uos  
fratres, ut id ipsum dicatis oēs, & concorditer cõuer-  
santium sit anima & cor unum in laudes dei. Et uo-  
cauit vnũ de seruis, z interrogauit quæ hæc  
essent. Vocat unum de seruis, cū iurit ad legẽdum  
 aliquẽ prophetarũ, & in eo quærens quodammodo  
 interrogat, unde ista festa in ecclesia celebrantur, in  
 quibus se esse non uidet. Respondit ei seruus patris  
 propheta: Frater tuus uenit, z occidit pater  
tuus uirulum saginatum, quia saluum illum  
recepit. In extremis enim terræ fuit frater tuus, sed  
 inde maior exultatio, cantatio, dño canticum nouũ,  
 quia laus eius ab extremis terræ. Et propter eũ qui  
 absens erat, occisus est ille cui dictum est: Et holocau-  
stum tuũ pingue fiat. Indignatus est autem, et  
nolebat introire. Pater ergo illius egressus  
ccepit rogare illum. Indignatur etiam nũc, & ad-  
 huc nõ uult introire. Cum ergo plenitudo gentium  
 intrauerit, egredietur opportuno tẽpore pater eius,  
 ut etiam omnis Israel saluus fiat. Ex cuius parte cæ-  
 citas facta est, uelut absentia in agro, donec plenitudo

Psalm. 19.



do filij minoris, longe in idololatria gentium constituit, & iam ad patrem reducti, ad manducandum uinum intraret. **Erit enim** quandoq; aperta uocatio Iudæorum in salutem euangelij, quam manifestā uocationem tanquam egressum patris appellat, ad rogandum maiorem filium. **At ille respondens dicit patri suo: Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum præterui.** **Quæritur,** quomodo ille populus nunquā mandatum dei præterisse dicatur. **Sed facile illud occurrit,** neq; de omni mandato dictum esse, sed de uno maxime necessario, quia nullum alium deum colere iustus est. **Neq; iste filius in omnibus Israeliticis, sed in his intelligitur habere personam, qui nunquam ab uno deo ad simulaera conuersi sunt.** **Quamuis enim** tanquam in agro positus iste filius terrena desideraret, ab uno tñ deo ista desiderabat bona. **Quod etiā patris ipsius testimonio cōprobatur, cū dicit: Tu mecū es semper.** **Non enim** quasi mentientem redarguit, sed perseuerantiam eius approbās, ad perfectionē potioris atq; iucundioris exultationis inuitat. **Et nunquā dediisti mihi hæc dū, ut cū amicis meis epularer.** **Peccator profecto hæc dnoie significari solet, sed absit ut Antichristum intelligam.** **Absurdū enim est,** eū cui dicit, Tu mecū es semp, hoc à patre oprasse, ut Antichristū crederet, neq; omnino in eis Iudæos, qui Antichristo credituri sunt, istū filiū fas est intelligi. **Quomodo autē epularet ex illo hædo, si ipse est Antichristus, qui non ei crederet? Aut si hoc est epulari hædi occasione, quod est de Antichristi perditione letari, quō dicit filius, quē recipit pater, hoc sibi non fuisse concessum, cum omnes filij dei de illius aduer-**

farū damnatione lætaturi sunt. Nimirum ergo ipm  
 dominum sibi negatum ad epulandum cōqueritur,  
 dum eum peccatorem putat. Cum enim hœdus illi  
 genti dominus uidebatur .i. cum eum sabbati uiola-  
 torem & profanatorem legis existimat, iucundari e-  
 pulis eius non meruit. Vt quod ait, [nunquā dedisti  
 mihi hœdū, ut cū amicis meis epularer,] tale sit ac si  
 diceret, eum qui mihi hœdus uidebatur, nunquā mi-  
 hi ad epulandum dedisti: eo ipso mihi illum ipsum  
 non cōcedens, quod mihi hœdus uidebatur. Qd̄ em̄  
 dicit, [cum amicis meis,] aut ex persona principū cū  
 plebe intelligitur, aut ex persona populi Hierosoly-  
 mitani cum cæteris populis Iudæorum. **Sed post-  
 quam filius tuus hic,** qui deuorauit substantiam  
 suam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uiculum  
 saginatum. ] Meretrices, sunt gentilium superstitio-  
 nes, cum quibus substantiam dissipare, est relicto uno  
 connubio ueri dei, cum turba dæmonum cupiditate  
 turpissima fornicari. **At ipse dixit illi: Fili tu sem-  
 per es mecū, & omnia mea tua sunt.** Epulari autē  
 & gaudere te oportebat, quia frater tuus hic mortu-  
 us erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. ] Quod di-  
 cit, [ & omnia mea tua sunt, ] non putandum est ita  
 dictum, quasi non sint & fratres, ut tanquam in ter-  
 rena hereditate patiantur angustias. Quomodo pos-  
 sint esse omnia maioris, si habet etiam iunior partem  
 suā? Sic em̄ à perfectis & purgatis ac iam immortalibus  
 filiis habentur omnia, ut sint & omnium singula,  
 & omnia singulorum. Vt enim cupiditas nihil sine  
 angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Cū  
 ergo beatitudinem illam obtinuerimus, nostra erūt  
 ad uideūdum superiora, nostra erunt ad cōiueniendum

**POST REMINISCERE** 411

æqualia, nostra erunt & ad dominandum inferiora.  
Si quem autem mouet, quomodo patri supplicans  
ueritas dicat: Et omnia mea tua sunt, & tua mea: cui  
similimum uideatur sonare quod hic filio dicitur:  
Et omnia mea tua sunt, sciat unigeniti filij esse omnia  
quæ patris sunt. Per hæc etiam ipse deus est, & de pa-  
tre natus, patri est æqualis. Nam & illud quod de spi-  
ritu sancto loquens ait, Omnia quæ habet pater, mea  
sunt. Neg enim spiritus sanctus de creatura, quæ pa-  
tri est subiecta, et filius erat accepturus, q̄ ait, de meo  
accipiet: sed utiq; de quo patre procedit spiritus, de q̄  
natus est & filius. Sive utiq; duos filios hos ad utrun-  
que populum, siue (ut quibusdã placet) ut duos q̄lli-  
bet homines, pœnitentem uidelicet & iustum, uel q̄  
sibi iustus uidebatur, referre uolueris, cõgaudeat ma-  
ior: quia frater iunior mortuus erat, & reuixit: perie-  
rar, & inuentus est.

**DOMINICA TER-**  
tia in Quadragesima. Lucae XI.

In illo tẽpore: Erat Iesus eijciens dæ-  
monium, & illud erat mutum. Et cum eie-  
cisset dæmonium, locutus est mutus, & ad-  
miratæ sunt turbæ. Et reliqua.

Dicitur euāgelista dominum ab hoīe dæmo-  
niū eiecisse, recte in exordio hui' lectionis ta-  
le uerbum posuit, per quod essentiam diuinitatis ex-  
primeret, dicēs: Erat Iesus eijciens dæmoniuū.  
Non enim dixit, fuit, quia esse soli deo est, æternū &  
inmōturabile p̄manere, cui nec p̄terita trāseunt, nec

futura succedunt, sed semper æternaliter permanet,  
 sicut ipse ait Moysi: Ego sum qui sum. Et Dices fili-  
 is Israel: Qui est, misit me ad uos. Et iterum, Ego sum  
 deus Abraam, deus Isaac, & deus Iacob. Et in Apoca-  
 lypsi: Ego sum alpha & O. Et in euangelio, Amen a-  
 men dico uobis, antequã Abraã fieret, ego sum. Ve-  
 ro ergo ostēderet filium dei semper esse cum patre, erat  
 dixit, & non fuit. Dæmoniacus iste apud Marthæum  
 non solum mutus, sed etiam cæcus fuisse perhibetur,  
 curatusq; à deo mirabiliter dicitur, ita ut loqueret &  
 uideret. Vbi notandum, quia in uno eodemq; homi-  
 ne dñs tria mirabilia parit est operatus. Cæcus uider,  
 mutus loquitur, obsessus à dæmone eruitur. Allego-  
 rice autem, genus humanum significat, quod tunc pos-  
 sessori suo diabolo se subdidit, qñ deũ creatorem su-  
 um diabolo suadente contempsit. Tunc uidendi deũ  
 dignitatem perdidit, quando ad concupiscendum ue-  
 ritũ lignũ oculos aperuit, sicut scriptũ est: Vidit mu-  
 lier lignum quod esset pulchrum uisu, aspectuq; de-  
 lectabile, tulit & comedit, deditq; uiro suo. Qui cõe-  
 dit, & aperti sunt oculi amborum. Loquelam parit  
 amisit, q̃a postquam peccato se subdidit, à laude dei  
 cessauit. Non enim est (ut ait scriptura) speciosa laus  
 in ore peccatoris. Sed dñõ in mundũ ueniẽre, dæmo-  
 niacus iste curatus est: quia postq̃ deus humanã natu-  
 ram sibi cõiunxit, immundorũ spiritũũ potestates ab  
 humanis cordibus expulit, ipso dicẽte: Nũc hora est,  
 ut princeps huius mundi eijciatur foras. Tunc em̃ ui-  
 dendi deum officium recepit, quando per fidem illũ  
 in tenebris cõcepit, à cuius uisione peccando se elonga-  
 rat, impleta propheta quæ ait: Populus qui sedebat  
 in tenebris, uidet lucem magnam. habitantibus in

Erodi. 3

Johan. 8

Eccl. 19

Johan. 12

Iste. 9

regiōe umbræ mortis, lux orta est eis. **Vnde** Apōstolus Paulus credentibus ait: **Fuistis aliquādo tenebræ,** **Eph. 7**  
**nunc autem lux in domino.** Loquelam pariter recepit, quando genus humanum ora prius tacentia ad confessionem dei aperuit, dicens cum Psalmista: **Domine, labia mea aperies.** **Et cum** **Isaia: Dominus de-** **Isaie. 40.**  
**us dedit mihi linguam eruditam.** **Nec solum deū laudare, sed etiam idolorum cultores cœpit detestari, cœnans cum** **Psalmista: Confundantur omnes qui ad-** **Psalm. 96.**  
**rant: scilicet, qui gloriantur in simulacris suis.** **Quoniam omnes dii gentium demonia, dñs autē cælos fecit.** **Et cum** **Jeremia, Di, qui nō fecerūt cælum & terrā, per-** **Jeremi. 10.**  
**erant de cælo, & de his quæ sub cælo sunt.** **Vnde bene subditur: Et cū eiecisset dæmonia, locutus est**  
**mutus, & admirata sunt turbæ.** **Hinc intelligere possumus, quia ab exteriorē uenerāt demonia, quæ eam possidebant interiorius.** **Exterius uidēdi loquēdiq; officium amiserat, quia statim ut recessit, uisum & loquelā recepit, intātū ut turbæ mirarent.** **Iuxta autē analogen, id est, superiorē sensum, turbæ quæ mirabantur, immūdi spūs sunt intelligendi, quæ uidentes genus humanum de sua potestate liberari & illuminari, timore simul & admiratione perterriti sunt, unde & p̄ oblectum hominē dicebāt: Quid tibi & nobis fili dei: uenisti ante tempus torquere nos? Sed quia unde bonus proficit, inde malus deterior fit, recte subiungit: Quidam autē ex eis dixerunt. Non hoc aliqui de turba dixisse putandi sunt, sed scribæ & pharisæi, quæ ideo deū sequebātur, ut ipsum reprehenderēt, & hæc calūniabantur, ut aliq; euangelistæ restantur. Turbis enim domini signa ubiq; mirantibus, illi ē contrariō inuidia pleni, quæ negare non poterant, sinistra in te**

preratione puertere moliebant, ut simpliciores tur-  
 bas ab eius credulitate subtraherēt. Er ideo dæmoni-  
 acū mutū & cæcū uidētes curatū, mirāribus turbis, di-  
 xerunt: In Beelzebub principe dæmoniorū  
eūicit dæmonia. Vt quidā dicit, à noīe Beel factū  
 est Baal, & inde cōpositum Beelzebub. Nam Beelze-  
 bub idolū erat Baal, q̄ dictus est deus Accaron, ad q̄d  
 Ozias rex nūcios suos misit, ad consulendū utrum de  
 infirmitate sua euaderet, an nō, quibus Elias p̄pheta  
 occurrens, ait: Nunquid nō est deus in Israel, quia p̄-  
 gitis ad cōsulendū Beelzebub deū Accaron? Idcirco  
 dicite uiro, qui misit uos: De lectulo in quem descen-  
 dit, nō ascendet, sed morte morietur. Ab antiquis em̄  
 temporibus huius idoli præuāricatio innēta est. Fu-  
 it enim (ut quidam referūt) homo noīe Bel, pater Ni-  
 ni regis, q̄ ciuitatē Niniuē aedificauit. Quo Bel mor-  
 tuo, filius eius statuam ipsius erexit, & sibi subiectos  
 adorare præcepit, asserēs patrē suum inter deos esse  
 translatum. Ex quo tempore pessima consuetudo ex-  
 creuit, ut honorem deo debitum stulti homines ido-  
 lis tribuerent. Postea dictum est Beelphegor, eo q̄d  
 in monte Phegor, qui in finibus erat Madian, consti-  
 tutū à multis adoraretur, in quo præuāricati sunt fi-  
 lij Israel egressi ex Aegypto, ad suggestionem Balaā,  
 quando sicut ait Psalmista, Iniciati sunt Beelphegor,  
 & comederūt sacrificia mortuorū. Temporibus autē  
 iudicium, dictus est Baalberith, id est, deus pacti, eo  
 quod filij Israel cum eo pactum inierint, relicto deo  
 patrum suorum. Consuetudo enim erat illius, maxi-  
 me in montibus quā in conuallibus responsum da-  
 re. Vnde & deus montium dictus est, sicut Syri ab Is-  
 rael superati, existimantes illum ab eis coli, dixerunt:

4. Reg. 1

psalm. 105

**IN QUADRAGESIMA** ¶ 15

Dij montiū sunt dij eorum, & ideo non possumus su-  
 perare eos. **Huius simulacri effigiem colentes, prope** 3. Reg. 10  
**Ieru salē statuerunt, in ualle Topheth, in loco amcenif**  
**fimo, ubi non solum thura & sacrificia ei offerebār,**  
**sed etiam filios suos & filias suas per ignem sibi sacri**  
**ficando transferebant, sicut Manasses crudelissimus**  
**particida fecisse legiur. Propter hunc locum domi-**  
**nus sapiss, ne per prophetas, maxime autē per Iere-**  
**miam terribiliter comminatus est, dicens: Posuerunt** Jeremi. 7.  
**offendicula sua in domo, in qua inuocatum est no-**  
**men meum, ut polluerent eam, Et edificauerunt ex-**  
**cellā Topheth, qui est in ualle filij Ennon, ut incen-**  
**derent filios suos & filias suas igni, quæ non præcepi,**  
**nec cogitavi in corde meo. Ideo ecce dies ueniunt, di-**  
**cit dominus, & nō dicetur amplius, Topheth, nec ual-**  
**lis filij Ennon, sed uallis interfectionis, & sepeliēt in**  
**Topheth, eo quod non sit locus ad sepeliendum præ-**  
**multitudine cadauerum. Et erit morticinum popu-**  
**lihuius in escam uolucris cæli, & bestijs terræ, &**  
**non erit qui abigar, id est, defendat. Propter effusio-**  
**nē aut sanguinis, qui ibi frequenter effundebat, mul-**  
**tæ muscæ in eodem loco congregabantur. Vnde cō-**  
**gruum nomen ei impositū est Beelzebub, id est, prin-**  
**ceps muscarum, siue uir habens muscas. Zebub enim**  
**musca dicitur. Nonnulli enim sine m huius nominis**  
**per. d. uel. l. scribendum esse putauerunt, legētes Be-**  
**elzebul, & asserentes autorem huius idoli primum in**  
**Israēl Zebul seruū Achimelech fuisse, qui occidit se-**  
**ptuaginta fratres suos super unum lapidem. Sed ipā**  
**interpretatio nominis ostendit, nō per aliam literā**  
**quam per b. scribendū, quia (ut supra diximus) Beel-**  
**zebub princeps muscarum dicitur: Ergo quia scribe-**

& pharisæi miraculum à dño factum negare nõ uolebant, in huius demonis potestate factum dicentes, obfuscare illud conabatur, & ideo blasphemantes dixerunt: [In Beelzebub principe demoniorũ eijcit dæmonia.] Et alij tentantes signum de cælo quærebant ab eo. Superflue, qui ea quæ oculis uident, credere nolunt, de inuisibilibus signa quærunt. Qui enim cæcum uidentem, mutũ loquentem à deo curatũ credere nolebãt, ad callida argumenta se conuerterunt, quærentes signum de cælo, scilicet, ut in morem Samuelis tonitrua de cælo coruscare faceret, uel ad similitudinem Eliæ ignẽ de cælo deponeret. Quod si hoc fecisset, & hæc utiq; calumniarentur, & dicerent non ea à deo esse facta, sed ex oculis aeris cõmotionibus accidisse, affirmãtes & magos Pharaoni in Aegypto multa signa de cælo fecisse. Non em̃ impossibile erat deo signum de cælo ostendere, sed illi indigni erant signum de cælo uidere, qui teriam diligentes, regem cæli tentare audebant. Ad quos magis illa sententia dirigitur, in qua dñs ait: Generatio hæc mala & adultera signum quærit, & signũ non dabitur ei, nisi signũ Ionæ pphetæ. Horum etiã similitudinem uidetur illi tenere, q̃ hypocritæ nominantur: q̃a qui sicte deum quærunt, minime inueniunt, quia longe est à peccatoribus salus, & prope est omnibus inuocantibus eum, non in simulatione, sed in ueritate. **Ipsè autem ut uidit cogitationes eorũ, dixit.** Quia exteriora signa eos nõ uelle credere cognouit, prius cogitationibus eorũ respõdit, ut saltẽ sic in eo diuinitatem credere cogerentur, q̃ cordis uidebat arcana. Ac si diceret: Eadem maiestate qua cogitationes cordis intueor, possum & signa de cælo ostẽ

Psalm. 118  
Psal. 144



dere. Solius enim domini est cogitationes cordis in-  
 uerit, dicente scriptura: **Tu deus solus nosti corda fi-**  
 liorum hominum. **Et iterum: Homo uidet in facie,**  
 deus autem in corde. **Omne regnum in seipsum**  
**diuisum desolabitur, & domus supra domum**  
**cadet.** Iuxta literam ita est, Si enim regnum in sei-  
 plum diuisum fuerit, ut aliud rex, aliud principes, ali-  
 ud duces, aliud milites sentiant, desolationē patit, Si  
 militer dom<sup>o</sup> si diuisa fuerit, ut aliud uir, aliud uxor,  
 aliud filij, aliud parētes, aliud serui, & aliud dñi sapi-  
 ant, unig & ipsa ruinas patiet. Dicit em̄ domus supra  
 domū cadere, qñ animus patris cōmouetur contra  
 filium, & filij contra patrem, sic de reliquis. in qua si-  
 militudine tentatores suos dñs à regno diaboli mo-  
 net recedere, quod diuisum in se cognoscunt diu sta-  
 re nō posse. Ac si diceret: Si om̄e regnū in se diuisum  
 stare non potest, quod negare nullo mō potestis, ue-  
 locissime à regno diaboli recedite, quod cito casurū  
 non dubiteris. Regnū enim diaboli in illis est, in qui-  
 bus per pct̄m regnat. Quod quāuis sit unitum in ma-  
 la uolūrate, tñ diuisum est in operatione. Alius qui-  
 dem adulterium, alius homicidium, alius furtum, ali-  
 us sacrilegium perpetrat, sed tñ ex una radice malae  
 uoluntatis, pcedunt. **Si autē & sathanas in sci-**  
**plum diuisus est, quō stabit regnum ipsius,**  
**quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmo-**  
**nia:** In qbus uerbis dñs suos tētatores prudētissimo  
 syllogismo hincinde concludit, ne aptā responsonē  
 inuenire possent. Quod nō solū hic, sed etiā in pluri-  
 mis locis frequenter fecisse legitur, sicut fecit, qñ ue-  
 nerunt ad eum dicentes. Dic nobis, in qua prāte hāc  
 facis: Et ait illis: Dicite mihi & uos unum uerbū, & **Matth. 22**

ego dicā vobis in qua prāte hęc facio. Quod si non feceritis, nec ego dicā vobis in qua prāte hęc facio.

Baptismū Iohānis unde erat, de cælo an ex hoibus?

At illi cogitauerunt intra se dicētes: Si dixerimus de cælo, dicet nobis: Quare ergo non recepistis illud? Si ex hoibus, turba quæ a Iohāne est baptizata, lapidabit nos. Et nō inuenientes qd dicerent, siluerunt. Sic & in hoc loco, q̄a confiteri volebant, quod Christus in uirtute dei dæmones eiiceret, nec affirmare poterant, qd satanas satanā eiiceret, nec liberā responsonem inuenientes, obstructū est os loquentiū iniqua.

Psalm. 62.

Propter quod tradent̄ in manus gladij, & partes uulpiū erūt. Ad quorum malitiā conuincendā adhuc subiunxit, dicens: Si ego in Beelzebub eicio dæmonia, filij uestri in quo eiciunt? Filios eorū discipulos suos dicit, qui sine dubio ex eorū progenie nati erant, quibus iam potestātē effugandi dæmones dederat, atq; calcandi super om̄em potestātē inimici, dicens: In nomine meo infirmos curate, leprosos mundate, cæcos illuminate, dæmones eiciate. Gratis accepistis, gratis dare. Ac si dixisset: Si discipuli mei, filij utiq; uestri, in noīe meo dæmonia eiciunt, quare uos idē opus in me, principi dæmoniorū Beelzebub, & nō deo signatis?

Matth. 10.

Ideo ipsi iudices uestri erūt. Id est, infirma & cōtempribilia mūdi, quæ ego elegi ut cōfundant fortia, discipuli mei, q̄ curationes dæmonū deo & nō Beelzebub assignāt, iudices ur̄i erūt. Tunc scilicet, qm̄ uenerit filius hoīs, & sederit in sede maiestatis suæ, sedebūt & ipsi super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israhel. Vel certe filios eorū exorcistas appellat, qui ex more antiquo in eodem populo habebantur: ad quorū inuocationes uel

coniurationes, dæmones ab hominibus pellebatur. Cuius rei testis est Iosephus historiographus Hebræorum, qui in libris antiquis, tantum inter cetera, quæ de Salomonis sapientia commemorauit, adiecit & hoc, dicens: Præstitit autem dominus Salomoni, ut etiam dæmones eijceret, & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari, quæ cura hactenus apud nos multum ualere dinoscitur. Vidi enim ego quendam Eleazarum, de gente nostra, præsentem Vespasiano & Tito, alioque simul exercitu, curantem eos quod a dæmonibus uexabantur. Genus curatiõis fuit huiusmodi: Intulit naribus eius qui a dæmonio uexabatur, anulum subter radicem habentem signaculum a Salomone monstratum, & repente cecidit homo. At ille coniurauit eum iuramento Salomonis, obijciens eidem carmina, quæ Salomon composuit super eum, dicens: Deinde per nares odorantis dæmonium extraxit, & ne ultra ad eum redire audeat, adiurans cõtestatus est. Et ut ostenderet Eleazarus hanc se habere uirtutem, ponebat in medio peluim plenam aquam, siue quodlibet uas, præcipiens, ut egressus ab homine hanc euerteret, dans omnibus indicium quod hominem reliquisset. Quod cum fieret, admirabant sapientiam Salomonis. Ad horum ergo exorcistarum comparationem, dominus scribas & pharisæos constringit, dicens: [Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt?] Ac si diceret: Si exorcistarum expulsio deo tribuitur & non dæmonibus, quare idem opus in me non eandem habet reuerentiam? Ideo ipsi iudices uestri erunt, non in potestate, sed cõparatione. Sicut enim regina Saba, ueniens a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, iudicatura est eos, qui maiorem Christum Salomone audire contempserunt: & sic

ur Niniuitæ agentes penitentiam ad predicationem Iona, iudicaturi sunt eos, qui maiorem Iona saluatorem audire noluerunt, sic & isti exorciste, qui curatorem demonum deo tribuebant, iudicare dicunt eos, qui curationem demonū Beelzebub, & non deo assignabāt. **Dorso sui in digito dei efficio demonia, profecto peruenit in vos regnum dei.** Digitus dei, spiritus sanctus intelligitur, quod **Matthæus** euāgelista manifestius declarat, cum dixit: **Si autē ego in spū dei efficio dæmones. Et pulchre per digitū dei spiritus sanctus figuratur: quia sicut digitis aliquid operamur uel stringimus, sic pater & filius per spiritū sanctum omnia operantur, dicēte Psalmista: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Hoc digito tabulæ testamenti scriptæ sunt. De hoc etiam digito magi in Aegypto superati dixerunt: Digitus dei est iste. Cuius pulcherrimam operationem Propheta admirabatur, cum dicebat: Qm̄ uidebo cælos tuos, opera digitorū tuorū. Vel certe per digitū dei recte spiritus sanctus intelligitur: quia sicut in nullis alijs membris tantam partitionem habemus, quantam in digitis, sic & spiritus sancti dona diuersa sunt, iuxta accipiētium qualitatem, teste Apostolo qui ait: Alij quidem per spiritū datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatū in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonum. Hæc autē omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Quod autem regnum dei in eos peruenisse dicit, uel de se ipso dicit, sicut alibi ait: Regnum dei intra uos est, uel**

**Matth. 12.**

**Psalm. 33.**

**Psalm. 8.**

**1. Corin. 12.**

**Luce. 17.**

Illud iudiciū discretionis intelligi uult, quo discernuntur p̄i ab impijs, iusti ab iniustis. **Compressis uero calumniatoribus insidijs, qui dicebant deum in Beelzebub eijcere dæmonia, de sua uictoria, pariterq; dæmonū expulsiōe libere loquitur, subiungēs: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Fortē armatū, diabolū dicit, cui atrium erat mundus, per quē prauaricationē primi hoīs sibi subiugauerat. Quod dum fortis custodirer, in pace erant omnia quæ possidebat, quia nullus tā iustus fuit ante aduērum domini, qui ita perfecte ei resistere posset, ut genus humanū ab eius potestate tolleretur. Ad hoc opus expectabatur illius aduentus, qui sine peccato uenturus erat in mundum, de quo subdicitur: Si autem fortior illo superueniens, uicerit eum. Fortior illo dominus Iesus Christus est, **Psalm. 23.3** de q̄ Psalmista cecinit, dicēs: Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Ille autem diabolū solus uicit, in quo uestigium peccati antiquus hostis nullam inuenire potuit, dicente ipso in euāgelio: **Ve Johān. 14.4** nunc ad me princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Quia ergo contra illum arma persecutio nis exacuit, qui sine peccato erat, merito in peccatoribus potestatem amisit, domino dicente: **Nunc horra est, ut princeps mundi eijciatur foras. Et iterum in euāgelio: Videbam sathanam sicut fulgur de cælo cadentem. Non uenerat dominus ut unum hominē solum modo à dæmonio liberaret, sed etiā ut ab uniuerso genere humano eius potestatem expelleret, unde subiūgitur: Uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat. Arma diaboli, uicia & peccata sunt, qualia **Apostolus dicit: Manifesta autē sunt Sal. 1.1******

opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia: Qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Sed dominus ipsa arma diaboli abstulit, quoniam in conuersis hominibus uirtus in uirtutes commutauit, ut pro superbia humilitatem, pro luxuria castitatem, pro auaritia largitatem diligerent. Vel aliter, Arma diaboli erant reges & principes, in quibus uelut in armis confidebat, quoniam quando praelatos in sua potestate tenebat, non facile subiectos perdere timebat. Quæ arma dominus ei abstulit, quoniam non solum subiectos, sed etiam imperatores & reges atque principes ad suam fidem conuertit. Quam perfecte quoque dominus de antiquo hoste triumphauerat, manifestat cum subiugitur. **Et spolia eius distribuit.** Victoris est autem spolia distribuere. Spolia uero istem homines erant, quos diabolus uelut uiolentissimus prædo de paradiso rapuerat. Quæ dominus distribuit, quando propter lucrandos homines discipulos suos in uniuersas partes mundi misit. Sicut enim rex post triumphum uictoriæ latus militibus suis spolia diuidit, sic dominus discipulis suis partes mundi ad prædicandum distribuit: Petro & Paulo Romam, Andrea Achaiam, Iacobo Iudæam, Iohanni Asiam, Philippo Aethiopiam, Bartholomæo Indiam, sic & de reliquis sentiendum. **Quinon est mecum aduersum me est. Et qui non colligit mecum dispergit.** Quamquam hæc sententia de Iudæis & hæreticis possit intelligi, tamen specialiter ad diabolum pertinet, quæ ab initio fur fuit & mendax, & in ueritate non stetit. Et ideo, quia à deo discessit, contra illum fuit. id contrarius eius uoluntati, teste Apostolo: Quæ enim

1. Cor. 6.

est cōuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cū infidelit? aut q̄ societas luci ad tenebras? **Nulla.** Contraria enim intra se sunt & diuersa quæ dñs iubet, & diabolus suggerit: dñs præcipit humilitatē, diabolus suggerit superbiam. dominus castitatē, diabolus luxuriam: dominus concordiam, diabolus discordiam. **Et ideo q̄a cum illo nō colligit, dispergit, sicut de eo alibi sub figura lupi dicitur: Et lupus rapit, & dispergit oues.** Cum immūdus spūs erierit ab homine, ambulat per loca arida & inaquosa. Quod hæc similitudo specialiter ad Iudæos: populum p̄ineat, Matthæus euangelista manifeste declarat, cum post finitam parabolam dñm dixisse cōmemorat: Sic erit & generationi huic pessimæ. Nulli dubiū est, quando Iudæi dñm coluerunt, & legis præcepta obseruauerunt, immundum spm̄ ab eis exiisse. Qui ambulat p̄ loca arida & inaquosa. i. per solitudines & corda infidelium: q̄ aridi erant à pinguedine spūs sancti, & inaquosi ab unda baptismatis alieni. Sed cum dño in mundū ueniente, gentiles p̄ undam baptismatis, & gratiam spiritus sancti à se immūdum spiritum eiecissent, quæres requiem et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Quod ē dicere, reuertar ad Iudæos quos reliqui. Et cum venerit, inuenit scopis mundatam & ornata. Matthæus namq; dicit: [Inuenit eam uacantem, scopis mundatam & ornata.] Vacabat enim domus Iudæorum, quia Christum hospite in se nō habebat, sicut dominus ait: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta. [Scopis mundatam,] circūcisione & ceremonijs carnalibus. [Ornata,] scribarum & pharisæorum superstitionibus. Et tunc vadit et as-

sumit septem alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant ibi. Domū quā uacantem inuenit, non solum ipse qui reliquerat inuadit, sed etiam alios septem nequiores secum assumit. i. septē uitia principalia, quæ sunt superbia, gula, fornicario, auaritia, ira, tristitia, uana gloria. Sicut em̄ septenarius numerus cum in bono ponitur, om̄es uirtutes, quæ per gratiam spiritus sancti fidelibus dantur, significat, sic cū pro malo, om̄ia uitia quæ uirtutibus sunt contraria. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Multo enim nunc peiores sunt Iudæi, quā antequam legē accepissent, relictī à deo, & sine lege & sacerdotio facti, & dispersi de gente in gentē, & de regno in regnum ad populum alterū. Sed ualde cauendum est, ne forte uitia Iudæorū ad nos transferant. Ait enim: [Cum immundus spūs exierit ab homine.] Omnis em̄ catholica ecclesia credit, quod per undam baptisimatis & gratiam spūs sancti, omnibus peccatis dimissis, dæmonis potestas excluditur. Tūc ambulat per loca arida & inaquosa. i. corda aliorū Christianorum tērando, quæ arida sunt per abstinentiā: & inaquosa, à fluxu libidinis alieni. In talibus quoque quærens requiē, & non inuenit: quia castas & puras mētes effugiens, tenebrosas & libidinosas quærit. De quo ad beatū Iob dñs ait: Sub umbra dormire, in secreto calami in locis humentibus. Sed cū zelo diuini amoris fuerit expulsus, dicit: [Reuertar in domū meam unde exiui.] Tunc uarijs modis mentē hoīs tentare incipit, quæ per baptismū reliquerat. Sed quia multi sunt tepidi Christiani, recte de eadem domo subdit: [Et cū uenerit, inuenit eam uacantē, scopis mundatam & ornata.] Vacantē. i. à bono opere torpentē.

Iob. 40



Scopis mūdatam .i. p baptismū à præteritis peccatis  
ablutam. Ornaram, sub Christianitatis habitu simu-  
latis uirtutibus. [Et tunc uadit & assumit septē alios  
spūs nequiores se, & ingressi habitant ibi.] Solet con-  
tingere, ut quem ante baptismum per solum origi-  
nale peccatū tenebat, postea per multa uitia possideat.  
[Et fuit nouissima hominis illi, peiora prioribus.]  
Quia sicut de talibus Petrus apostolus ait: **Melius** <sup>2. Petri. 2</sup>  
eis fuerat nō agnoscere uia ueritatis, quā post agni-  
tionem retro conuerti. De talibus autē dñs in euange-  
lio dicit: **Nemo mittens manum suā in aratrum, &** <sup>Luce. 9</sup>  
**respicies retro, aptus est regno dei.** Non enim pōna  
par debetur ei, qui multum: & illi, qui parū peccat,  
domino in euangelio dicente: Seruus sciēs uolunta-  
tem domini sui, & non faciens, digne plagis uapula-  
bit multis. **Factum est autē cum hæc diceret,** <sup>Luce. 12</sup>  
**ertollens uocem quædam mulier de turba,**  
**dixit.** Magnæ deuotionis hæc mulier ostēditur, quæ  
fidem dñicæ incarnationis, quā corde cōcepit, inter  
urbas malignantium, reprehendentium, & calumni-  
antium, ore credulo confessa est, dicēs: **Beatus uen-**  
**ter quite portauit & hubera quæ suristi.** In qui-  
bus uerbis non solum præsentēs calūniatores, q̄ dice-  
bant eum in Beelzebub eijcere dæmonia, cōfundit,  
sed etiam futurum eorū errorem destruit, qui dictu-  
rierant, dñm non ueram carnem ex Maria uirgine  
assumpsisse. Si enim uētre portatus, huberibusq̄ est  
lactatus, patet profecto, quod cōsubstantialē carnē  
matris suscepit, maxime cū secundū phisicos in uen-  
tre pregnantis, liquor sanguinis & lactis ex uno fon-  
te manat: sanguinis, unde formatur hō: lactis, unde  
pascitur. Si ergo dominus Iesus Christus sicut cate-

ri hoies lac fuxit, & nutritus est, nimirum uerā carnem, non simulatā assumpsit, sicut Paulus Apostolus ait: **Roma. 1.** Qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē. De quo Matthæus in initio sui euangelij ait: Liber gñarionis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraā. Spūaliter autē mulier ista sanctam significat ecclesiā, quæ inter turbas Iudæorū, paganorū & hereticorū credula uoce dominū Christū cōfiteatur. Cuius reuera uoce ueter Maria uirginis beatus prædicat, quæ totius mundi redēptorem meruit portare, sicut ipsa de se ait: Ex hoc beata me dicēt omēs gñationes. Et Elizabeth, Beata es quæ credidisti. Confirmat autē uerba mulieris, cū subiūgit: **Quinimo beati qui audiunt uerbū dei, & custodiunt illud.** Ac si dixisset: Iuxta tuam sententiā principaliter beatus ille uenter est, qui me portauit: sed & omēs beati, qui audiunt uerbum dei et custodiūt illud. Cui autē beatitudo Mariæ delectat, studeat libenter audire uerbū dei & custodire, beatus erit. Quisquis ergo uerbum dei libeter audit, Christū concipit: si autē in opere perpetrauerit, Christum parit. **Matth. 12.** Vnde dñs cuidam dicenti sibi: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, respōdit: Si quis fecerit uolūratem patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est. Omnis quippe q̄ uerbū dei audiēs impleuerit, quotidie Christum concipit & parit. Et quem uenter Maria portauit corporaliter, ipse portat spiritualiter. Bene autē postquā dixit, [beati qui audiūt uerbum dei,] subiunxit, [ & custodiunt illud: ] quia ad beatitudinem æternam promerendam non proficit uerbum dei audire, nisi quisq; illud studeat custodire, dño dicēte discipulis: **Apocal. 1.** Scitis hæc, beati eritis, si feceritis ea. Vnde Iohannes in Apocalypsi cū dixisset

Beatus qui audit uerba prophetiæ libri huius, adiunxit, & seruat quæ in ea scripta sunt. **Nō** em̄ (ut ait **Apo** **Roma. 2.** stolus) auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. **Audire** & **nō** **facere**, magis pertinet ad contumaciam, quàm ad beatitudinē. **Vnde** **Iacobus** dicit: **Scienti bonum & nō faciēti, peccatum est illi.** **Et Iacobus:** **Estote factores uerbi, & nō auditores tantum, fallētes uosmetipsos, Quia si quis** **Iacobi. 1.** **auditor est uerbi & non factor, hic comparabitur uiro consideranti uultū natiuitatis suæ in speculo. Cōsiderauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor oporis, hic beatus in facto suo erit.**

**FERIA SECUNDA**  
 d'apost Oculi. **Lucæ III.**

**In illo tēpore Dixerūt pharisæi ad Iesum: Quanta audiuimus facta. Et reliqua.**



**Q**uorum insana perfidia, sanā (licet nesciens) ridē consistetur, q̄ **Christū** dominum fabrum cognominat, & medicū uocat. **Faber** enim est uerus, quia omnia per ipsum facta sunt: medicus, quia oīa p̄ ipsum restaurata sunt in cælis & in terra, & sicut de se ipso testat, **Nō** h̄nt op<sup>o</sup> **sa** n̄ medico, sed male h̄ntes.

Luce. 7

Et quia diximus, quo instrumento fabricandi, dicamus & quo utatur genere medicandi. Præteriens uidit cæcum à natiuitate, expuit in terram, & fecit lutum de spuro, liniuitq; super oculos eius, & dixit ei: Vade & laua in natatoria Silog, quod interpretatur missus.

Johan. 9

Abijt ergo & lauit, & uenit uidēs. Agnosce igitur magnæ modum medicinæ, & gaude, quia per hanc illuminari meruisti. Lutum de terra, caro Christi ē. Sputum de capite, diuinitas eius est, quia caput Christi deus. Sputum lato immixtum nos illuminat in natatoria Siloæ baptizatos, quia uerbum caro factū ē, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, quam prius tenebris arcantibus comprehendere non poteramus. Per fabrū ergo Christum creatus es, ut esses. Per medicum Christum recreatus es, ut post uulnera sanus esses, qui ab irridentibus ciuibus quidem se ipsum curare, hoc est, in sua patria uirtutes facere mouetur. Sed non ociose ab euangelista alio excusatur, quia non poterat ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum, ne fortasse quis ulli orem nobis fieri debere patriæ putaret affectū. Amabat itaq; ciues, sed ipsi se charitate patriæq; libere priuabant. Ait autem: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Prophetā dici in scripturis dñm Ch̄sm, & Moyses testis est, q̄ ait: Prophetam uobis suscitabit dñs deus uester de fratribus uestris, tanquam me, ipsum audite. Non solum autem ipse qui caput & dñs est prophetarum, sed & Elias, Ieremias, cæteriꝝ prophetæ minores in patria quàm in exteris regionibus habiti sunt: quia p̄ pemodū naturale est, ciues semper ciuibus inuidere.

Deut. 18.

Nō em̄ considerant præsētia uiri opera, sed fragile  
 recordantur infantia, quasi nō & ipsi per eosdē æta-  
 tis gradus ad maturam ætatē uenerunt. In uerita-  
 te dico uobis, multæ uiduæ erant in diebus  
 Eliæ in Israel, quando clausum est cælū annis tri-  
 bus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in  
 terra, & ad nullam illarum missus est Elias nisi in Sa-  
 repta Sidoniæ ad mulierem uiduam. ] Non, inquit,  
 hoc quod diuina fastidiosus ciuibus beneficia subtra-  
 ho, pphetæ gestis aduersatur: quia sicut fame quon-  
 dam omnem terrā premente, nemo est in Iudæa re-  
 perterus Eliæ dignus hospitio, sed exteræ gentis uidua  
 est quæ sita, quæ ob fidei gratiā à tanto ppheta uisita  
 rideberet. Et sicut multis ibidem existentibus lepro-  
 sis, Naaman tm̄ Syrus, quia deuote quæsierat ab Eli-  
 seo propheta curari, pmeruit: sic & uos nō alia q̄ in-  
 uidiæ pfdiæq; causa superno munere priuabit. Quo-  
 rum si facta pphetæ etiam allegorice discussis, in-  
 uenies profecto dñm in patria sua, à qua receptus nō  
 est perfidia, superbiā notasse Iudæorū. Nomine uero  
 Capharnaum, quæ ager cōsolationis interpretat̄, gē-  
 tium prædicasse salutē, ubi maiora quotidie signa per  
 apostolos apostolorūq; successores, nō tam in corpo-  
 rā, q̄ in animarū sanatione patrātur. Igitur uidua, ad  
 quam Elias missus est, gentiū designat ecclesiā, quæ  
 à suo diutius est conditore deserta, populum recte fi-  
 dei nesciuit, quasi pauperem filium egenā stipe nutri-  
 ebat, id est, uerbo fructus experte docebat, donec ad-  
 ueniens sermo propheticus, qui exiccato uellere Isrā-  
 elis, utpote clausa cæli ianna, fame periclitabat in Iu-  
 dæa, psceretur ibi simul & psceret, & receptus uide-  
 licet à credentibus, & reficiens ipse credentes. Vnde

bene hæc uidua in Sareptha Sidonia dicitur esse mo-  
 rata. Sidonia quippe, uenatio inutilis: Sareptha uero  
 incēdium, uel angustia panis interpretatur: quia ubi  
 abundauit peccatum, superabundauit gratia. Vbi re-  
 bus superuacuis acquirēdis, quasi aucupandi curam  
 pendebatur: ubi dirē satis incendium famis, panisq̄  
 spiritualis antea fiebat angustia, ibi farina oleumq̄  
 ore prophetico benedicitur, id est, fructus & hilari-  
 tas charitatis, siue gratia corporis dominici, & chris-  
 smatis unctio indefectiuo uerbi cælestis munere for-  
 cundatur: cuius hætenus in uasis oleum gaudij spiri-  
 tualis, & benedictionis farina non defecit, cæterisq̄  
 non credunt gentibus, inopia panis diuini miseris, &  
 uenatui deditis inutili. Nam & ipsa pulcherrime my-  
 sticum sibi, priusquam moreretur, panē factura, duo  
 se ligna colligere uelle testatur: non solum ligni no-  
 mine, sed etiam numero lignorum, signum crucis ex-  
 primens, quo nobis est panis uitæ præparatus æter-  
 næ. Et multi leprosi erāt in Israel sub Eliseo  
propheta. 7 nemo eorū mundatus est, nisi Na-  
aman Syrus. Quia nota est historia, de myste-  
 rio necesse est paucis intinemus. Et Naaman ergo  
 iste Syrus, qui interpretatur decor, populum demon-  
 strat nationū quondā perfidiæ scelerumq̄ lepra ma-  
 culosum, sed per sacramentum baptismatis ab omni  
 mentis & corporis fœditate purgatū. Qui captæ con-  
 filio puellæ, hoc est, inspirationis supernę gratia, quā  
 Iudæis cōseruare non ualentibus, gentes rapuere sa-  
 lutem, cōmonitus septies lauari iubetur: quia nimis  
 solum baptismi genus, quod ex spiritu sancto regene-  
 rat, saluat. Vnde iure caro eius post lauacrū, uelut ca-  
 ro pueri parui apparuisse memoratur, siue quia cum

Etos in Christo baptizatos in unam parit gratia mater infantia. Seu ille magis sit intelligendus puer, de quo dicitur est: Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis, cuius corpori per baptismum tota credentium soboles adunatur. Et ut cuncta hic baptismi sacra-  
 menta praemōstrata, in quo abrenūciare sathanæ, fidem cōfiteri præcipimur, negat se Naaman ultra dijs alienis litaturum, soli per omnia domino seruiturus. Partem quoq; terræ sanctę secum tollere gaudet, q̄a baptizatos oportet dominici quoq; corporis partici-  
 patione cōfirmari. Merito igitur Naaman, cuius dū aqua corpus abluitur fide pectus purgatur, id est, populus gentium, Iudæis lepra contumacię squalentibus antefert. Merito uidua Sarephana, id est, ecclesia, ligno crucis refici desiderās, Iudæis fame uerbi p-  
 euntibus, pane sacro corporis, & uiuifici spiritus un-  
 ctione recreatur: probaturq; dominus, non ob suam impotentiam ciuibus, sed ob eorum inuidentiam, uir-  
 tutum dogma negasse. Atq; hoc exemplo totam po-  
 streto gentem, non quia non amaretur, sed quia ipsa se amari uellet, nō amare, ab eo derelictam, doctori-  
 bus scilicet inde ob saluationem gentium toto orbe dispersis. Sed quod dominus uerbo de Iudis, hoc ipsi de se Iudæi factō testantur. Nam sequitur: Et repleti sunt omnes in synagoga ira hæc audientes.  
Et furere erunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem. Sacilegia quippe Iudæorū, quæ ante prænun-  
 ciauerat per Prophetam dicens dominus: Retribue-  
 bant mihi mala pro bonis, in euangelio docet esse cō-  
 pleta. Nam cū ipse per populos beneficia diffunde-  
 ret, illi iniurias irrogabant. Nec mirum si perdiderūt  
 salutem, qui eiecerunt de suis sinibus saluatorem.

Isaie. 9.

Psalm. 14

Moraliter enim dñs, & qui docuerit exēplo sui apostolos suos omnibus omnia fieri, nec uolentes repudiari, nec inuitos alligari, nec eijcientibus reluctatur, nec rogantibus deest. Sic Gerasenos alibi, cum uirtutes eius sustinere nō possent, quasi infirmos & ingratos reliquit. Simul intellige non ex necessitate fuisse, sed uoluntariam corporis passionem, nec captum à Iudæis, sed à se oblatū. **E**tenim qñ uult capitur, qñ uult labitur, qñ uult suspenditur, qñ uult non tenet. **Et dixerunt, inquit, illum vsq; ad supercilium montis supra quem ciuitas illorum erat edificata, ut præcipitarent eum.** Ipse autē transiens, per mediū illorum ibat. ] **O**peior magistro discipulorum hæreditas. **D**iabolus uerbo deū tentat, Iudæi facto. Ille dicit, mitte te isti adoriuntur, ut mittant. **E**t quidem dñs supercilium montis præcipitandus ascenderat, sed per medium illorum, mutata subito uel obstupefacta furentium mente, descendit, quod adhuc sanare, q̄ perdere malebat: ut cū cassata uidentes suæ cœpta nequitie, à poscēda deinceps eius morte desisterēt. **N**ecdū em̄ uenerat hora passionis, q̄ nō quolibet sabbato, sed in parasceue pasche futura extiterat. **N**ecdum locū passionis, q̄ non in Nazareth, sed in Hierosolymis hostiarum sanguine figurabat, aderat: sed nec hoc genus mortis, qui crucifigendus à seculo præconcionabat, elegerat. **N**on igitur à Nazarethis præcipitari, non ab Hierosolymitis lapidari, nō inter pueros Bethleemitas ab Herode perimi, nō alia uel alia uoluit consummari morte. **Q**uod enim tali morte regie potestatis indicium, quo fidelium frōs armaretur, emineret? **S**ed solum crucis expectatum est uexillum, cuius figura & celerrimo dextera:



motu, contra maligni hostis tentamenta depingi, & ipsa nihilo minus figura monarchiæ singularis posset typus haberi, ut quod triumphum crucis exponēs Apostolus ait: In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & inferorum. Hoc est enim quod eiusdē crucis cacumina ad caelos tendunt, ima perunt, inferius cornua terra teguntur.

Philip. 2.

**FERIA TERTIA**  
post Oculi. Matthæi XVIII.

In illo tēpore: Respiciens Iesus discipulos suos, dixit Simoni Petro: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Et reliqua.

**P**ertinet hæc sentētia ad id quod superius dixit  
Vt mundo ab scandalis. & Qui scandalizaue-  
rit unū ex his pusillis, expedit ei, ut suspendatur  
in collo eius mola asinaria, & demergatur in  
profundū maris. Quia ergo superius dñs admonerat scan-  
dala fore uitanda, docet nunc qualiter eadem scan-  
dala uitari possint, scilicet per pacem, & per concor-  
diam, & per remissionem peccatorum. Si frater noster  
in nos peccauerit, possumus ei dimittere, imò neces-  
se habemus ut ei dimittamus. Si autē peccauerit in  
deū, non est nostræ potestatis, sed in dei arbitrio con-  
sistit. Quia scriptū est: Si peccauerit uir in uirum, pla-  
cari ei potest. si deus autē in deū peccauerit, quis ora-  
bit pro eo? Frater enim uester est, qui nobiscum pa-  
trem habet in caelis, & nobiscum potest dicere, Pater  
noster qui es in celis. Uade & corripe eum inter

Matth. 18.

1. Reg. 2.

Iaco. 5

te 7 ipsum solum. Quare solum? Ne uidelicet, si il-  
lum in publicū redargueris, cōfusionem postponat,  
& ab emēdatione discedat. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuū. Non solum tibi mercedem  
acquires, sed etiā sicut Iacobus apostolus dicit: Qui  
cōuerti fecerit uisq; ab iniquitate sua, saluabit animā  
eius à morte, & operiet multitudinē peccatorum, & suo-  
rum uidelicet, & illius quē cōuerti fecerit ab iniquita-  
te sua. Omnis em̄ quicumq; p̄pria admonitione fratrem  
suum corripit, lucratus est eum. Si autem non te  
audierit, adhibe tecū adhuc unū uel duos,  
ut in ore duorum uel trium testium stet omne uer-  
bum. Unum uel duos præcipit esse adhibēdos, uel  
causa testimonij, ut in ore duorum testium uel trium stet  
omne uerbum: uel etiam, q̄a ab uno correptus nō eru-  
buit, saltē à duobus correptus erubescat. Si autē  
illos nō audierit, dic ecclesie. i. cōgregationi fi-  
deliū, ut q̄ ab uno uel duobus correptus se nō emen-  
dauit, saltē à ḡnali conuentu fidelium in ruborē uertat.  
Si autē ecclesiam nō audierit, sicut ethnicus  
sit tibi 7 publicanus. Ethnos gr̄ce, d̄r latine gēs  
inde ethnicus. i. gentilis. Et gētilis dicit, qui in eodem  
ritu permanet usq; ad mortē, quo nascit. Et publica-  
ni ḡnaler dicuntur, q̄ per fas & nefas diuitias sibi ac-  
cumulant. Cum autē dicit, [sit tibi sicut ethnicus &  
publicanus,] manifeste ostendit, quod peiores sunt,  
qui sub noie fidelium opera infidelium latenter exer-  
cent, quā q̄ manifeste infideles sunt. Amendico  
uobis, quæcunq; alligaueritis super terrā,  
erunt ligata 7 in cælo. Dixerat dñs superius, si ec-  
clesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publica-  
nus. [Et poterat dicere aliquis, qui ira corripitur, &

non emendatur: si me despicias, & ego te despiciam: si me cōdemnas, & meo etiā ore cōdemnaberis, confirmat iudicium ecclesie sua sentētia, dicēdo: [Quæcumq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo.] Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis cōsenserint super terrā de omni re quācumq; petierint, fiet illis a patre meo qui in cælis ē. Omnis sermo dñi ad concordia nos puocat, [si duo (ingr) ex vobis cōsenserint super terrā de omni re.] Ubi em sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quod multis exēplis approbare possumus. Loquentibus em apostolis de resurrectiōe sua, affuit. Duob<sup>o</sup> uero discipulis ambulātib; in Emaus, tertius illis se iunxit, & notitiam suā eis in fractiōe panis reuelauit. Nobis etiā quotidie adest in nomine Iesu cōgregatis. Nomē etenim illius est Iesus. Iesus uero interpretatur saluator. Tunc etenim in nomine Iesu cōgregamur, quoties aut de nostra salute, aut de fratrum salute tractaturi in unum cōuenimus. Allegorice, [ubi sunt duo uel tres cōgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.] hoc est, si corpus & anima, & spiritus in unū cōsenserint, ut neq; caro repugnet aduersus spiritū, neq; spūs repugnet carni, q̄cquid a patre petierimus impetrabimus. Bona etenim petitio est, in qua spūs nō dissentit a carne, nec caro resistit spiritui. Tunc accedēs Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittā ei: usq; septies. Motus Petrus ex uerbis dñi, quibus superius dixerat, [si peccauerit in te frater tuus, corripere illū inter te & ipsum solū,] percontatur, quoties debeat fratri in se peccanti dimittere: & cum interro

Luce: 12

gatione dixit, [usq; septies?] nunquid usq; septies de  
 beo ei dimittere qui in me peccauit? **Dicit illi Je-  
 sus: Nō dico tibi usq; septies, sed usq; septu-  
 agies septies.** Hoc est, quadringentis nonaginta  
 uicibus, secundum beatum Hieronymum, ut uideat  
 cet tot uicibus in die dimittamus fratri in nos peccan-  
 ti, quot in nos peccare non potest. Sed melius est, ut  
 simpliciter accipiamus, quod dicit, [septuagies septi-  
 es,] .i. septuaginta septem uicibus, q̄ quadringentis  
 nonaginta. Omnis enim numerus quādo per nume-  
 rū transit aduerbialiter, tūc crescit summa illius. **Ver-  
 bi gr̄a, septies septuagies septuaginta,** transit nomen  
 per aduerbiū, & fiunt quadringenti nonaginta. Et q̄n-  
 numeri aduerbialiter proferūtur, summa numeri nō  
 crescit, sed intra suos terminos numerus continetur,  
 sicut est in hoc loco, quo dicit, [septuagies septies.]  
**Præcipit ergo dñs septuagies septies fratri in nos pec-  
 canti dimittere, ut tot uicibus & ei dimittamus, quot  
 uicibus in nos peccare non sufficit.**

### **FERIA QVARTA**

post Oculi **Matthæi** XV.

**In illo tempore Accesserūt ad Iesum  
 ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicen-  
 tes: Et reliqua.**

**M**ira dementia scribarum & pharisæorum ar-  
 guentium dominum, cur traditiones homi-  
 num nō sequatur, cū ipse sit dei filius, dicentes. **Qua-  
 re discipuli tui transgrediuntur traditiones  
 senioꝝ: Non em lauāt manus suas, cum pa-**

nem manducant. Hoc p̄cesserat ex traditiōe scri-  
barum & pharis̄eorū. Nā erat consuetudo apud illos,  
ut si cōgiss̄et eis, ut uel cum gentili loquerentur, aut  
aliquid morticinū tangerent, aut immundum aliqd  
uiderent, aut totū corpus, aut etiam partem corpo-  
ris abluerēt. **Ips̄e ḡt̄ respōdens ait illis: Qua-  
re ⁊ uos transgredimini mandatū dei pro-  
pter traditionē uestrā?** Falsam calūniā ueraci  
responsione dñs cōfutat, dicēdo, [Quare & uos trās-  
gredimini mandatū dei propter traditionē uestrā?] **A**  
cti diceret: **Cur apostolos meos arguitis, q̄ præce-  
pta hoīm transgrediūtur, ut possint præcepta dei ad-  
implere, cū uos propter traditiones hoīm transgredi-  
mini præcepta omnipotentis dei? Nam deus di-  
xit: Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam. ⁊  
qui maledixerit patri uel matri, morte moria-  
tur.** Honor etē in scripturis dupliciter accipitur,  
& pro reuerētia uidelicet honoris, & pro datiōe mu-  
neris. **V**nde & Paulus Apostolus dixit: Presbyteri du-  
plici honore habeantur. **E**t, **Honora uiduas,** quæ ue-  
re uiduæ sunt. In quo loco non tantum honor, p̄sa-  
lutatione & reuerentia accipitur, quantum etiā pro  
datiōe. [Honora patrem tuum & matrē tuā,] & in  
reuerētia uidelicet obsequij, & in dādis muneribus.  
Econtrario quod dixit, [q̄ maledixerit patri uel ma-  
tri,] maledictio non tantū pro uerbo aspero, sed eti-  
am pro subtractione beneficij ponit̄. **P**rauidēs om̄i-  
potens deus imbecillitates & ætates senectutis parē-  
tum, præcepit filijs eorū, ut postq̄ ad senectutē pare-  
tes illorū puenirent, ut honorē eis impenderent, nō  
solū in obsequio, sed etiā in datione muneris. **V**idētes  
hoc scribæ & pharis̄ai, q̄d ea quæ dabant̄ parentibus, a

1. Timot. 5

lucris eorū deperirent, cōposuerunt hanc stropham,  
 ut dicerent falsō intelligi hoc praeceptū à iudæis, qđ  
 dicitur, [Honora patrē tuū & matrē:] sed potius pa-  
 trem uel matrē, tēplum & synagogam debere intel-  
 ligi. Vt nō praecepisset om̄ipotens deus honorare pa-  
 rentes carnales, sed potius q̄cquid haberent tēplo &  
 synagogā distribuere. Quod audiētes simplices,  
 errore seducti, q̄cquid habere poterant, in tēplo offe-  
 rebāt. Cum uero cōtigisset, ut pater uel mater qua-  
 rerent ab eis aliquod supplementū, dicebant: Du-  
 nus quodcunq; est ex me tibi proderit. .i. num-  
 quid illud munus qđ semel deo obtuli, si in tuos usus  
 expendero, tibi pderit? Hoc audientes illi, malebāt  
 prae inopia uitā amittere, q̄ de cōsecratis aliquid tan-  
 gere. Potest & aliter intelligi, hoc quod dicit, [mu-  
 nus quodcunq; est me, tibi proderit.] Ac si diceret:  
 Munus quod deo offero ex substantia mea, sicut p-  
 derit mihi, ita & tibi. Et hęc dicendo, nō honorauit  
 patrem uel matrē. Hypocrita bene propheta  
 uit de uobis Isaias. dicēs: Populus hic labijs  
 me honorat, cor autē eorum lōge est a  
 me. Non bonū dixit de malicia uestra, sed bene con-  
 uenit uobis hoc quod ille dixit: [Populus hic labijs  
 me honorat,] Populus iudæorū labijs deū patrē ho-  
 norabat, q̄a in illū se credere iactabat, cor autē eorum  
 lōge erat ab eo, q̄a in sermone cupiebant eū capere,  
 & tradere potestati Romanæ. Sine causa autē  
 colunt me, docentes doctrinas & mādara ho-  
 minum. Frustra, in q̄r, me colāt, doctrinas suas prae-  
 ponētes p̄ceptis dei. Et cōuocatis ad se turbis,  
 dixit eis: Audite & intelligite. Nō uult deus audi-  
 tores suos s̄m audire, sed post auditū etiā intelligere.

Isaie. 29

**Non quod in os intrat, coinquinat hominē.**  
 Si ergo quod intrat in os, non coinquinat hominē,  
 merito quæritur, cur Paulus Apostolus, prohibet nos  
 non uesci de idolo thytis, uel cur dicat: **Non potestis**  
 calicem dñi bibere, & calicē dæmoniorū. Ad hoc di-  
 cendum est, quod illa quidem creatura per se mūda  
 & bona est: cum autē idolis fuerit cōsecrata, ppter in-  
 uocationem dæmonū & idolorū, sordida & immū-  
 da efficitur, & ideo præcipitur nobis non de talibus  
 comedere. Omnis enim religio & sanctitas Iudæorū,  
 maxime in differentia ciborum mundorū & immun-  
 dorum consistebat: sed omnipotens deus quod in ue-  
 teri testamēto discrete posuit, hoc in nouo testamen-  
 to indiscrete uti iussit. Præcipiebat em̄ omnipotens  
 deus manus abluere, nō aqua corporali, sed mundi-  
 tia bonorū operū, ut digni simus, in quorū manibus  
 sermo dei fieret. Sic sæpe in ueteri testamento legi-  
 mus: Factū est uerbum dñi in manu Ieremiæ & Isaiæ,  
 & cæterorū. In manu etem̄ eorum factus est sermo  
 domini, q̄ talia erāt opera eorum, ut digni essent ad  
 quos sermo dei fieret. **Tunc accedētes discipu-  
 licus, direrunt ei: Scis quia pharisæi audi-  
 to hoc verbo scandalizati sunt.** Ex hoc loco da-  
 tur intelligi, q̄ scandalum in quibusdā locis cau-  
 endum est hoībus, in quibusdā uero p̄ nihilo contem-  
 pui habendū. Hoc etiā dñs suo exemplo docet. Legi-  
 mus enim alibi, quod accedentes illi, qui tributa re-  
 quirebant à populo, ad Petrū dixerunt: Magister ue-  
 ster nō soluit didrachma. Et cum intrasset in domū,  
 præuenit eū Iesus, dicēs: Quid tibi uidetur? Reges gē-  
 tium, à quibus accipiūt tributa? A filijs suis, an ab alie-  
 nis? Et ille dixit: Ab alienis. Et dixit ei: Ergo liberi

1. Corin. 8.  
 1. Corin. 9.

Matth. 17

sunt filij. **Ut** autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui prius ascendit, rit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem. illum sumens, da pro me & te. Illic uitauit scandalum, hic autem ubi sine causa scribæ & pharisæi scandalizabant contra dominum, pro nihilo duxit scandalum eorum. Ex quare datur intelligi, quia ibi debet scandalum caueri, ubi potest in fide offensio incurrere: ubi uero ueritas periculum fidei sustinet, melius est ut scandalum incuratur, quam ut ueritas relinquatur. *σκάνδαλον* enim græce, latine offensio dicitur uel ruina pedis, siue impactio pedum, uel ut expressius scrupulus, latine permotio mentis dicitur. **Omnis plantatio, quæ non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur.** Si omnis plantatio, quæ non plantauit pater cælestis, eradicabitur, ergo nunquid illa plantatio, quam plantauit Paulus apostolus, eradicabitur, qui dicebat: Ego plantaui, Apollo rigauit: Sed hanc quæstionem soluit id, quod subsequitur: Deus autem incrementum dedit. Si autem omnis plantatio, quæ non plantauit pater, eradicabitur, ergo quam ipse plantauit, non eradicabitur. Ad hoc dicendum est, quia omnis plantatio, quæ plantauit pater cælestis, à nemine potest eradicari, nisi ipse assensum eradicandi præbuerit. Hinc est quod Ieremias dicit, Ego plantaui te uinea electam, quod conuerua es in amaritudine uiris alienæ: **Sinite illos, i. pmitte illos in damnatione esse. Cæci sunt, & duces cæcorum,** subauditur populorum. **Cæcus autem si cæco ducatum præbeat, &c.** Sciens dominus animi illorum incorrigibiles esse, ideo dixit: [Cæcus autem si cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt.] Cæci erant scribæ & pharisæi, & non solum erant cæci,

2. Cor. 3.

Jeremi. 2.



sed etiam duces cæcorū. Quia non solum seiplos mittebant in perditionem, sed etiam & alios post se trahebant. Manifestum est, quia si cæcus doctor, & ipsi qui audierint in foueam æternæ damnationis currunt. **Respondens autem Petrus, dixit ei: Ediffere nobis parabolam istā. At ille dicit: Adhuc & vos sine intellectu estis: Quod à dño plane & aperte fuerat dictum, Petrus parabolice dictum esse putauit. Vnde reprehēditur à dño dicentes: [Adhuc & vos sine intellectu estis:] Ex qua re datur intelligi, uitiosum esse illū auditorē, qui aut obscure dicta uult manifeste intelligere, aut manifeste dicta uult ad obscuritatē conuertere. **Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in uentre mīdit, & in secessum emittitur: Culpant in hoc loco quidam, dicentes dñm physicæ disciplinæ ignarū fuisse, cum id quod intrat in os, non statim in secessum emittat, sed liquori illius cibi p uenas prius diffundit, deinde per quosdā meatus, qui græce pori dicuntur, in secessum emittitur. Sed dum illum reprehēdunt, suam imperitiā oñdunt. Licet primū enim ille subtilissimus liquor p uenas diffundatur, mox ut torum corpus peragrauerit, in secessum uadit. **Quæ autē procedūt de ore, de corde creūt, & ea coinquant hoiem. Ipse exponit quæ sunt ea quæ coinquant hoiem, dicendo: De corde em̄ erunt cogitationes malæ. Ex hoc loco datur intelligi, quia principale animæ, non est scdm Platonē in cerebro, sed potius in corde; [ga ex corde, pcedūt cogitationes malæ.] In hoc loco datur etiā intelligi, qd diabolus nō est autor malitiæ, sed potius incētor, Incētor enim potest esse, sed non autor. Non em̄ potest inte-******

rora cordis nostri rimari, sed ex gestibus corporis intelligere quid cogitemus. Verbi gratia: Si uiderit nos frequenter pulchrā mulierē respicere, ex motu oculorū intelligit cor nostrū amoris iaculo esse uulneratū. Ex quā ratione probat, quod ipse nō ē autor, sed inceptor & cumulator malarū cogitationum.

**FERIA QUINTA**  
post **Oculi. Iohannis VI.**

**In illo tēpore Dixit Iesus turbis: Operamini nō cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Et reliqua.**



**C**arnalis cibus perit, spūalis uero pmanet quē filius hoīs uobis dabit. Hūc ergo deus pater significauit iustū filiū hoīs. Nolite sic accipere, q̄si alios filiōs, filiū hoīs, de quibus dictū est: Filij autē hoīm in ptectione alarū tuarū sperabunt. Iste filius hominis se questratus quadam gratia à filijs hoīm, exceptus à numero hominum, filius hominis est. Iste filius hominis, & filius dei est: iste homo, etiam & deus est. Unde & ipsa ueritas, quæ tunc loquebatur ad ludgōs, & nunc omnibus loquitur per euangelicæ prædicationis uerba, quid sit ostendit, non qualem plurimi tūc æstimauerunt, uel etiam nunc æstimant. subiūxit uē

10. **Hunc enim deus pater signauit.** Signare quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est significare, ponere aliquid quo non confundatur cum cæteris. signare est, signum ei ponere. Cuicumque rei ponis signum, ideo ponis signum ne confusa cū alijs, à te non possit agnosci. Pater ergo eū signauit. Quid est signauit? Proprium quidem illi dedit, ne cum cæteris compararetur hominibus, ideo dictū est: **Vnxit** psalm. 44  
 te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Itaq; nolite (inquit) contemnere, quia filius hoīs sum, & quærere à me non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternā. Sic enim filius hominis sum, ut nō sim unus ex uobis. Sic sum filius hominis, ut deus pater me signaret. Quid est signaret? Propriū aliquid mihi daret, quo non confunderer cū genere humano, sed per me liberaretur genus humanū. **Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera dei?** Dixerat enim illis, operamini escā non quæ perit, sed quæ permanet in uitam æternam. Quid faciemus, inquiunt, quid obseruando hoc præceptum implere poterimus? **Respondit Jesus. & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eū quem misit ille.** Hoc est ergo manducare cibū non qui perit, sed qui permanet in uitā æternam. Discernitur quidem ab operibus fides, sicut Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem sine operib⁹ legis. Et sunt opera, quæ uidentur bona sine fide Christi, & non sunt bona: quia non referūtur ad eum finem, ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidē, sed ipsam fidem dixit esse opus. Ipsa eū est fides, quæ per dilectionem operatur. Nec dixit, hoc est

opus uestrum, sed dixit, [hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille,] ut qui gloriatur, in dño gloriatur. Quia ergo inuitabat eos ad fidē, illi adhuc quærebāt signa quibus crederēt. **Dixerūt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut videamus et credamus tibi? Quid operaris?** Panes ne erat, quod de quinq; panibus pasti sunt? sciebāt hoc quidē, sed huic cibo manna de cælo præferebāt. Dñs autē Iesus talem se dicebat, ut **Moyse** præponeret. Non enim ausus est **Moyse** de se dicere, qd daret cibū non qui perit, sed qui habet uitā æternā. Attēdebant em̄ plus, p̄mittentem, & quasi nondū ui debant maiora factentē. Attēdebant utiq; qualia fecisset **Moyse**, adhuc aliqua maiora uolebant fieri ab eo, qui tam magna pollicebāt. **Quid** (inquiunt) facis, ut credamus tibi, & ut nouerimus quid operaris? Quia miracula antiqua huic miraculo cōparabant, & ideo quasi minora ista iudicabant, quæ faciebat Iesus. **Patres nostri** (inquiunt) **manna manducauerunt in deserto, sicut scriptum est: Dedit illis manna manducare, & nō talia operaris qualia Moyse**, Panes hordeaceos ille nō dedit, sed māna de cælo. **Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, non Moyse dedit uobis panē de cælo, sed pater meus dat uobis panem de cælo uerum. Verus em̄ panis est qui descendit de cælo, & dat uitā mundo.]** Verus ergo ille panis ē, qui dat uitā mūdo, & ipse cibus est, de quo paulo ante locutus sum: Operamini cibū qui non perit, sed q̄

*Johan. 6.* permanet in uitā æternā. Ergo & illud manna hoc significabat, & illa oīa signa mea crāt. Signa mea dilexistis, quod significabatur cōtempnitis. **Dixerunt ergo ad eum: Domine, da nobis semper panē**

hanc. Quō mulier illa Samaritana, cui dictū ē: Qui biberit de hac aqua, nō sitiet unquā, cōtinuo illa secū dū corpus accipiēs, sed tñ carere indigētia uolēs, Da (ingt) mihi dñe de aqua, sic & isti: Dñe, da nobis panē hūc, qui nos reficiat, nec deficiat. Dixit ergo eis Iesus: Ego sum panis vitæ. Qui uenit ad me, nō esuriet: & q̄ credit in me, nō sitiet unquā. ] Qui uenit ad me, hoc est, quod ait, & qui credit in me. Et q̄d dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, nō sitiet unquā. Vtraq̄ em̄ illa significat aeterna satietas, ubi nulla est egestas. Panem de celo desideratis, ante uos habetis, & non manducatis. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & non credidistis.

**FERIA SEXTA**

post Oculi, Iohannis III.

In illo tempore Venit Iesus in ciuitatē Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta p̄ditiū q̄d dedit Iacob Ioseph filio suo. Et rel.



Cum autē dixit Euāgelista in quo p̄dicio erat fons Iacob, addidit: Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra puteū, quod sanctus Iacob Ioseph filio suo dereliquerat. Quod p̄diciū non ram Ioseph, quā Christō arbitror derelictū: cuius figurā sanctus Ioseph patriarcha portauit, quem

uere sol adorat & luna, & omnes stelle benedicunt. Ad hoc prædium ideo uenit dominus, ut Samaritani, qui hæreditatem sibi patriarchæ Israel uendicare cupiebant, agnoscerent possessorem suum, & conuerterentur ad Christum, qui legitimus patriarchæ heres est factus. Dicit enim euangelista: Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic super puteum, Euangelica sacramenta in domini nostri Iesu Christi dictis factisque signata non omnibus patent, & ea nonnulli minus diligenter, minusque sobrie interpretando, afferunt plerumque pro salute perniciem, & pro cognitione ueritatis errorem. Interque illud est sacramentum, quod scriptum est, dominum hora diei sexta uenisse ad puteum Iacob, fessumque ab itinere resedisse, à muliere Samaritana potum petisse, & cætera quæ in eodem loco discutienda & tractanda dicuntur. De qua re id primum tenendum est, quod in omnibus scripturis summa uigilantia custodiri oportet, ut secundum fidem fit sacramenti diuini expositio. Hora igitur diei sexta, uenit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam, profunditatem: admoneo ergo intelligere mundi huius infirmas partes, id est, terrenas, quo uenit dominus Iesus hora sexta, id est, sexta ætate generis humani, tanquam senectute ueteris hominis, quæ iubemur exui, ut induamur nouo, qui secundum deum creatus est. Veteris itaque hominis uita, quæ secundum carnem temporali conditione peragitur, sexta ætate senectute concluditur. Qua senectute (ut dixi) humani generis dominus noster creator & reparator aduenit, ut moriente scilicet ueteri homine, nouum in se constitueret, quæ ex uero luto terreno, in cælestia regna transferret. Ergo nunc puteus (ut dictum est) mundi huius terrenum laborum

& terrorē tenebrosa profunditate significat. Et quā  
 exterior est homo uetus, & nouus interior, dictū est  
 ab Apostolo: Et si exterior homo noster corrumpit,  
 sed interior renouatur de die in diem. **Rectissime** om-  
 nino, quoniam omnia uisibilia ad exteriorē homi-  
 nem pertinent, quibus disciplina Christiana renun-  
 ciat. Hora sexta uenit dominus ad puteū, id est, medio  
 die unde iam incipit sol iste uisibilis declinare in occa-  
 sum. Quoniam nobis uocatis à Christo uisibiliū de-  
 lectatio minuitur, ut inuisibiliū amore homo interi-  
 or recreatus, ad interiorem lucem quæ nunquā exci-  
 dit, reuertatur, secundum Apostolicam disciplinam,  
 non querens quæ uidentur, sed quæ nō uident. Quæ  
 enim uidentur, temporalia sunt; quæ autē non uiden-  
 tur, æterna sunt. Quod autem fatigatus uenit ad pu-  
 teum, infirmitatē carnis significat: quod sedit, humi-  
 litatem. Quia & imbecillitatem carnis pro nobis sus-  
 cepit, & homo hominibus tam humiliter apparere  
 dignatus est. De hac infirmitate carnis **Propheta** di-  
 cit: Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillita-  
 tem. De humilitate uero **Apostolus** loquitur, dicens:  
 Humiliauit semetipsum factus subditus usq; ad mor-  
 tem. Quoniam illud quod sedit (quoniam solēt se-  
 dere doctores) possit alio intellectu, non humilitatis  
 modestiam, sed magistri demonstrare personam. Sed  
 queri potest, quare à Samaritana, ab ea quæ hydriæ  
 implendæ gratia uenerat, bibere postulauerit, cū ipse  
 postea spiritualis fontis affluentiam se petentibus da-  
 re posse prædicauerit. Sed scilicet sitiebat deus mulie-  
 ris illius fidem, quæ quoniam Samaritana erat, & so-  
 lebat Samaria idololatriæ imaginem sustinere. Ipsi  
 enim separati à populo Iudæorum simulacris muto

2. Cor. in. 4

1. Cor. in. 13

Phil. 2

rum animalium, i. uaccis aureis animarum suarū de-  
 cus addixerāt. Venerat autem dñs noster Iesus Chri-  
 stus, ut gentium multitudinem, quæ simulacris ser-  
 uierat, ad munimentū fidei Christianæ, & incorrup-  
 ptæ religionis adduceret. Non enim est, inquit, sanis  
 Part. 9. opus medicus, sed male habētibz. Ergo eoz fidem  
 fitit, pro quibus sanguinē fudit. Dixerat ergo ad eam  
 Iesus: **Mulier, da mihi bibere.** Et ut noueris qd  
 sitiebat dñs noster, post paululum ueniunt discipulū  
 eius, qui perrexerant in ciuitatem, ut cibos emerent.  
**Dicunt ei: Rabbi manduca.** Ille autem di-  
 xit eis: **Ego habeo escā manducare quā uos**  
**nescitis.** Dicunt discipulū eius ad alterutrum: Nūquid  
 aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus ci-  
 bus est, ut faciā uolūtatem eius q̄ misit me, ut perfici-  
 am opus eius. ] Nūquid hic intelligitur alia uolun-  
 tas patris q̄ eum misit, ut opus eius perficere ueller,  
 nisi ut nos ad fidem suam à pernicioso mundi errore  
 conuerteret? Qualis ergo cibus eius, talis & potus.  
 Quapropter hoc in illa muliere sitiebat, ut faceret in  
 ea uolūtatem patris, ut perficeret opus eius. Sed illa  
 carnaliter intelligens, respondit: **Tu cum sis Iu-  
 deus, quō a me bibere poscis, cū sum mulier**  
**Samaritana? Non enim contuntur Iudæi**  
**Samaritanis.** Cui dñs noster dixit: Si scires donū dei,  
 & quis est qui dicit tibi: da mihi bibere, tu magis pe-  
 tisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. ] Et hinc  
 ei ostenderat, non se ralem aquam petisse, qualē ipsa  
 intellexerat. Sed q̄ ipse sitiebat fidem eius, eidem si-  
 tienti sp̄m sc̄tm dare cupiebat. Hanc enim recte in-  
 telligimus aquam uiuam, quod est donum dei, sicut  
 ipse ait: [ Si scires donum dei, ] Et sicut idē Iohannes



testatur alio loco, dicens, quod stabat Iesus & clama-  
 bar. Si quis sitit, ueniat & bibat. Qui credit in me sicut  
 dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae ui-  
 uae. Consequenter omnino qui credit in me, inquit, flu-  
 mina de uentre eius fluent aquae uiuae: quia primo cre-  
 dimus, ut haec dona mereamur. Haec ergo flumina  
 aquae uiuae, quae illi mulieri uolebat dare, merces est  
 fidei, quam prius in illa sitiebat. Cuius aquae uiuae in-  
 terpretationem ita subiicit: Hoc autem dicebat (inquit)  
 de spiritu, quem accepturi erant hi, qui in eum credituri  
 erant. Non dum enim erat spiritus datus, quia Iesus non  
 dum fuerat glorificatus. Hoc itaque donum spiritus sanctus  
 est, quod post suam glorificationem dedit ecclesiae, sic-  
 ut alia scriptura dicit: Ascendens in altum, captiuam  
 duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Sed adhuc il-  
 la mulier carnaliter sapit, sic enim respondit: Domine,  
 neque hauritoriū habes, et puteus altus est, unde  
 mihi habes dare aquam uiuam? Huiusmodi  
 tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit no-  
 bis hunc puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pe-  
 cora eius. Nunc uero iam deus exponit, quid dixerit.  
 Omnis inquit, qui biberit ex aqua ista, sitiet ite-  
 rum. Qui autem biberit de aqua quam ego  
 dederō, non sitiet in aeternū: sed aqua illa quam  
 dederō, fiet in eo fons aquae salientis in uitam  
 aeternā. Sed adhuc mulier prudentiam carnis ample-  
 scitur, respondens: Domine, da mihi hanc aquam,  
 ut non sitiam, neque ueniam huc haurire. Dicit et  
 Iesus: Vade, roga virum tuum, et ueni huc.  
 Cū sciret eam uis non habere, cur hoc dixerit quaerit.  
 Namque cū mulier dixerit: Non habeo uirum, dicit  
 Iesus: Bene dixisti, non habeo uirum: quingem uiros

Johan. 7

Eph. 4

habuisti, & nūc quē habes, nō est tuus uir. Hoc uere dixisti.] Sed non sunt hæc carnaliter accipienda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanę similes esse uideamur: sed de illo dono dei, si aliqd iā gustauimus, spūa liter ista tractemus. Quinq; uiros, quinq; lib ros, qui p Moysen ministrati sunt, nōnulli accipiūt. Quod autē dictū est, [ & nunc quē habes non est tuus uir. ] de seipso dñm dixisse intelligunt, ut iste sit sensus: Prio quinq; libris Moysi, q̄si quinq; uiris seruisti: nunc autē quem habes. i. quem audis, nō est tuus uir, q̄a nondū in eū credidisti. Sed qm̄ nondū credēs Christo, adhuc itaq; illorū quinq; uirorum. i. quinq; librorū copulatione tenebas, potest moueri, quō dici potuerit, quin que uiros habuisti, q̄si tunc eos iā non haberet, cum adhuc utiq; ipsis subdita uiueret. Deinde cum quinq; libros Moysi, nihil aliud quā Christum prædicet, sicut ipse ait: Si crederetis Moysi, crederetis forsitā & mihi, Ille enim de me scripsit: quō potest intelligi à quinq; illis libris recedere hoīem, ut ad Christū trāseat, cū ille q̄ credit in Christum, non relinquat quinque illos libros, sed spiritualiter intelligendo, multo beatius amplectatur? Est ergo alius intellectus, ut quinq; uiri intelligant quinq; corporis sensus. Vnus, qui ad oculos pertinet, quo lucem istam uisibile, & quoslibet colores formasq; corporū cernimus. Alter est autē aurium, quo uocum & omnium sonorū momenta sentimus. Tertius nariū, quo uaria odorū suauitate delectamur. Quartus in ore gustus dulcia & amara sentit, & omnium saporū habet examē. Quintus p totum corpus tangendo dijudicat calida & frigida, mollia & dura, leuia & aspera, & qcquid aliud est quod tangendo sentimus. Istis itaque carnalibus

Johan. s.

Quinq; sensibus prima hoīs aetas imbuitur, necessitate naturæ mortalis: quia ira post p̄ctm̄ primi hoīs nati sumus, ut nondum reddita luce mentis, carnalibus sensibus dediti, carnalē uitam sine ulla ueritatis intelligentia transeamus. **Tales** necesse est esse infantes, & paruulos pueros, qui nondū possunt accipere rationem. **Et** quia naturales sunt isti sensus, qui primā aetate regunt, & deo artifice nobis tributi sunt, recte dicitur idem mariti, tanquā legitimi. **Qm̄** non eos errores uitio, pprio, sed dei artificio natura cōtribuit. **Cum** autē quisq; uenerit ad aetate, cuius uita possit capax esse rationis, si ueritatem statim cōprehendere poterit, non iam illis sensibus rectoribus utetur, sed habebit uisū spiritū rationalē, cui sensus illos in famulatū redigat seruitutis, subiiciens corpus suū cum anima, non iam uiris quinq; .i. quinq; corporeis sensibus, quibus subdita est: sed uerbum diuinum habet legitimum uisū, cui copulata est inharēs, cum & ipse spiritus hoīs hæserit Christo: quia caput uiri Christus est, amplexus spiritualia aeternæ uitæ, sine ullo separationis timore perfruit, ut ait **Apostolus**: **Quis** *Roma.* nos separare poterit à charitate Christi: subauditur, nulla res. **Sed** qm̄ illa mulier errore tenebatur, quæ significabat multitudinē seculi uarijs superstitionibus subiugari, post tēpora illa quinq; carnalium sensuum, quibus prima aetas (ut diximus) regitur, non ea uerbum dei acceperat in coniugiū, sed cōplexu adulterino diabolus eam obtinebat. **Itaque** illi dñs dicit, uidens eam esse carnalem. .i. carnaliter sapere: [ **Vade**, uoca uirum tuū, & ueni huc. ] Id est, remoue te ab affectione carnali, in qua nunc cōstituta es, unde nō potes intelligere quæ loquor. **Et** uoca uirum tuum,

id est, spiritu intelligētiæ præsens esto. Est em̄ anime quasi maritus quodammodo spiritus hoīs, qui animalē affectionem tanquam coniugem regit: non ille spūs sanctus, qui cum patre & filio incōmutabiliter dat, sed spiritus hoīs, de quo Apostolus dicit: Nemo scit quid est in hoīe, nisi spiritus hoīs qui est in eo. Nam ille spiritus sanctus, spiritus dei est, de quo iterū dicit: Sic & quæ dei sunt nemo scit, nisi spiritus dei. Micer-go spiritus hoīs cum præsens est, id est, intentus, & se pietate subijcit deo, intelligit homo quæ spiritualiter dicuntur. Cum autē diaboli error, tanq̄ absente intel lectu, in anima dominaf, adulter est. [Voca ergo (inquit) uirum tuum, ] id est, spiritum, qui est in te, quo potest homo intelligere spiritualia. Si eum lux ueritatis illustret, & ipse adsit, colloquar tibi, ut spiritualem aquam possis accipere. Et quum illa, nō habeo, ait, uirum, bene inqt, dixisti, quinq; enim viros habuisti, id ē, quinq; sensus carnis in prima ætate re xerunt te. 7 nunc quē habes, non est tuus uir, quia non est in te spiritus qui intelligat deum, cum q̄ legitimum potes habere connubiū, sed error diaboli potius dominaf, qui te adulterina cōtaminatione cor rumpit. Et fortasse intelligētibz indicaret, quinq; ui row nomine, significari quinq; memoratos corporis sensus. Post quinq; carnales responsiones, ista mulier sexta responsione nominat Christum. Nā prima eius responsio est: Tu cum sis Iudæus, quomodo a me bibere peris? Secunda: Dñe, neque in quo baurias habes, 7 puteus altus est. Tertia: Do mine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, ne que veniam huc baurire. Quarta: Non habeo uirū. Quinta: Uideo quia propheta es tu, pa-

tes nostri in mōte hoc adorauerunt. Nā ista  
 respoſio carnalis est. Carnalib<sup>9</sup> em̄ datus fuerat loc<sup>9</sup>  
 terrenus ubi orarent: spūales autē, spiritu & ueritate  
 oraturos esse dominus dixit. Quod posteaq̄ locutus  
 est, sexta mulieris respoſio, Christum fatetur oīm iu  
 storiū esse doctorem. Dicit em̄: Scio quia Hēsū  
quē uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo ue  
 nerit, ille nobis annuntiabit omnia. Sed adhuc  
 errat, quia cum quem uenturum sperat, uenisse non  
 uidet. Veruntamen misericordia domini nunc error  
 iste, tanquam adulter expellitur. Dicit ei Iesus:  
Ego sum qui loquor tecum. Quo audito, illa nō  
 respondit, sed statim relicta hydria sua, abiit in ciuita  
 tem festinans, ut euangelium & domini aduētum nō  
 tantum crederet, sed etiam prædicaret. Nec hoc quod  
relicta hydria discessit, negligenter prætereundū est.  
 Hydria fortasse enim amorem seculi hui<sup>9</sup> significat,  
 id est, cupiditatem, quia sibi homines de tenebrosa  
 profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est,  
 de terrena conuersatione hauriunt uoluptatem, qua  
 percepta, iterum in eius appetitum inardescant, sicut  
 de aqua illa qui biberit, sitiet iterum. Oportebat autē  
 ut Christo credens seculo renunciaret, & relicta hy  
 dria, cupiditatem secularē se reliquisse mōstraret, nō  
 solum corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salu  
 tem ore confessura, quod credidit. Dicit em̄ muli  
er: Domine, video quia propheta es tu. Cœ  
 pit uenire uir, nondum plene uenit, quia prophetam  
 dominum putauit. Erat quidem & propheta, nā de  
 seipso ait: Non est propheta sine honore, nisi in pa  
 tria sua. Item de illo dictum est ad Moysen: Prophe  
 tam eis suscitabo de fratribus eorum similem tui. Si-

20atth. 15

milem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam maiestatis, Ergo inuenimus dñm Iesum dictum prophetã, Proinde iam non multũ errat mulier ista. Video, inquit, quia propheta es tu. Incipit uirum adulterum excludere, quãdo ait, [video quia propheta es tu,] & incipit querere quod illam solebat mouere. Contẽtio quippe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, quia Iudæi in templo à Salomone fabricato adorabant dñm. Samaritani longe inde positi, non in eo adorabant. Ex eo Iudæi meliores esse labantur, quia in templo adorabant deum. Non enim contuntur Iudæi Samaritanis, q̃a dicebant: Quò uos letatis, & ideo uos nobis meliores esse perhibetis, q̃a templum habetis, quod nos non habemus? Nunquid patres nostri qui deo placuerũt, in templo adorauerunt? Nonne in isto monte adorauerunt, ubi nos sumus? Melius ergo nos (inquiunt) in hoc monte deũ rogamus, ubi patres nostri rogauerunt. Contendebant utriq̃ ignari, quia uirum non habentes, illi pro templo, isti pro monte inflabantur aduersus inuicẽ. Dominus tamen modo docet mulierem, tanquã cuius uir cõperit præsens esse. Dicit ei mulier: Dñe, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis adorare oportet. Dicit ei Iesus: Multi er, crede mihi. ] Veniet em̃ ecclesia, sicut dictũ est in Canticis canticorũ: Dilectus meus loquitur mihi. Et iterũ: Surge, p̃pera amica mea, formosa mea, columba mea, immaculata mea, & ueni. Iam enim hyems transiit, imber abiit, flores apparuerunt in terra nr̃a, tẽpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostrã. Merito iã præsente uiro audit mulier,

Cant. 2.

Crede mihi. ] Iam em̄ est in te qui credat, quia præ-  
 sens est uir tuus. **C**œpisti adesse intellectu, qm̄ me p-  
 phetam appellasti. **M**ulier, crede mihi, q̄ nisi credi-  
 deris, nō intelliges. **E**rgo crede mihi. **Quia ueniet**  
**hora, qm̄ neq; in monte hoc, neque in Hiero-**  
**solymis adorabitis patrem.** **V**os adoratis  
 quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus  
 ex Iudæis est. **S**ed uenit hora & nūc est. ] **Q**uæ ergo  
 hora? ] **Q**uando ueri adoratores adorabunt patrem  
 in spū & ueritate. ] **N**on in mōre isto, nō in tēplo, sed  
 in spū & ueritate. **S**pūs est deus. **S**i corpus esset deus,  
 oportebat eū adorari in mōre, q̄a corporeū ē mōs:  
 oportebat eū adorari in tēplo, quia corporeū ē tem-  
 plum. **S**pūs est deus, & eos q̄ adorant eum, in spū &  
 ueritate oportet adorare. ] **N**os adoramus quod sci-  
 mus, uos adoratis quod nescitis, q̄a salus ex Iudæis  
 est. ] **M**ultū dedit Iudæis, sed noli istos reprobos acci-  
 pere, parietē illū scilicet cui Israel adiūctus est, ut pla-  
 cari in lapide angulari, q̄ est **Ch̄s**, copularent. **V**nus  
 em̄ paries, à Iudæis, unus à gētibus, lōge dissiti parie-  
 res, sed donec in angulo cōiungant. **A**lienigenæ autē  
 & hospites erant, & peregrini à testamētis dei. scdm̄  
 hoc ergo dictū est, [ nos adoramus qd̄ scim⁹. ] **E**x p-  
 sona quidē Iudæorū dictū est, sed nō omniū Iudæorū,  
 nō reproborū Iudæorū, sed de talibus, quales fuerunt  
 apostoli, q̄les fuerunt p̄phetæ, q̄les fuerunt oēs illi  
 sancti, qui om̄ia sua uendiderunt, & precia rerū suarū  
 ad pedes apostolorū posuerunt. **N**ō repulit em̄ deus  
 plebē suam, quā præsciuit. **Dicit ei mulier: Scio** **Psalm. 99**  
 quia Messias uenit, qui dicitur **Christus**. **C**um ergo  
 uenerit, ille nobis om̄ia demonstrabit. ] **C**ū ille uene-  
 rit, mōtē spernet, & templum euertet, **D**ocebit nos

Ille omnia, ut in spiritu & ueritate nouerimus adorare. Sciebat quis eam posset, docere, sed iam docentem nōdum agnoscebat, iam ergo digna erat cui manifestaretur. Messias autem unctus est. Vnctus latine, græce χριστός est, Hebraice Messias est. Ergo dicit ei mulier, scio quia Messias uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit, ille nobis annuntiabit omnia.

**Dicit ei Jesus: Ego sum qui loquor tecum.** Iam mulier ordinatur in fide & regitur bene uictura. Posteaquā audiuit hoc, ego sum q̄ loquor tecum, iā ultra quid diceret? q̄n̄ Christus dñs manifestare se uoluit mulieri, cui dixerat, [Credere mihi] **Et cōtinuo uenerunt discipuli, & mirabantur quia cū muliere loquebatur.** Quia quærebat perditam, & uenerat quærere quod perierat, hoc illi mirabatur. Bonum em̄ mirabatur, non malū suspicabantur. Nemo tñ dixit, quid quæris, aut quid loqueris cū ea? **Reliquit ergo hydriam suam mulier.** Audito, ego sum q̄ loquor tecū, & recepto in corde Christo dño, quid faceret, nisi iam hydriam dimitteret, & euangelizare curreret? Proiecit cupiditatē, & p̄perauit annūciare ueritatē. Hydria uas erat unde aqua hauriebatur, græco nomine appellatur ὕδρια, q̄m̄ Græce aqua ὕδωρ dicitur, t̄āquam uas aquarum diceretur. Proiecit hydriam, quæ nō iam usui, sed oneri fuit. Auida quippe desiderabat aqua illa satiari, ut annuntiaret Christum, onere abiecto. Cucurrit ad ciuitatē, & dicit illis hoībus. **Uenite & uideite hominē, qui dixit mihi omnia quæcūq; feci.** Pedetentim, ne illi quasi irascerentur & indignarentur, & perquirerēt, addidit: **Hunquid ipse est Christus? Erierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eū. Et rogabāt eum**



discipuli, dicentes **Rabbi, mādūca.** ] Ierant emere cibos, & uenerunt. **Ille autē dixit eis: Ego cibū habeo manducare, quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli aduicem: Nūquid aliquis attulit ei manducare?** ] Quid mirum si mulier illa nō intelligebat aquam, ecce discipuli nondū intelligebant escam. Audiuit autē cogitationes illorū, etiam instruit ut magister, non p̄ circuitū, sicut illā, cuius adhuc uirum requirebat, sed etiā aperte. **Deus (inquit) cibus est, ut facia voluntatē eius qui me misit.** Ergo & potius ipse erat in illa muliere, ut faceret uoluntatem eius, qui eū misit. Ideo dicebat, [ sitio, da mihi bibere, ] Scilicet, ut fidē in ea operaret, & fidē eius biberet, & eam in corpus suū traiceret. **Corpus enim eius est ecclesia.** [ Ergo (inquit) ipse cibus meus ē, ut faciam uoluntatem eius, q̄ me misit, ] ut pficiam opus eius. **Nōne uos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt & messis uenit?** In opus feruebat, & oparios mittere disponebat. Vos quatuor menses computatis ad messem, ego uobis aliam messem albā & paratam ostendo. **Ecce dico uobis, leuate oculos uestros & uidete regiones, quia iā albæ sunt ad messem.** Ergo meliores missurus est. **In hoc em̄ est uerbum uerū, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.** Ut & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. **Ego misi uos metere, q̄d uos non laborastis. Alij laborauerunt, & uos in labores eorū introiistis.** ] Nam ubi iā laboratum erat, utiq; seminatum erat: & q̄d seminatum erat, iā maturū factum falcem & triturā desiderabat. Quo ergo erant messores mittēdi: **Vbi iā propheta pdicauerūt. Ipsi em̄ seminatores fuerūt. Nā si ipsi nō seminatores, un-**

de ad illam mulierem peruenerat, [scio quia Messias uenit? ] Iam ista mulier fructus maturuserat, & erant albae messes, & falcem querebant. [ Misi uos metere, quod non seminastis. Alij seminauerunt, & uos in eorum labores introiistis. ] Quid laborauerunt ipse Abraham, Isaac & Iacob? Legite labores eorum. In omnibus enim laboribus prophetia est Christi, & ideo seminatores Moyses & ceteri patriarchae, & omnes prophetae multa pertulerunt in illo frigore, quando seminabant. Ergo iam in Iudaea messis parata erat. Merito ibi tantum matura seges fuit, quando tot millia hominum preciarum suarum affererant, & ad pedes apostolorum ponentes, expeditis humeris a sarcinis secularibus, Christum dominum sequebantur. Vere matura messis. Quid inde factum est? De ipsa messe eiecit sunt pauca grana, & seminauerunt orbem terrarum: & surgit alia messis, quae in fine seculi metenda est. Ad istam ergo messem non apostoli, sed angeli mittunt. Messores (inquit) angeli sunt. Ista ergo messis crescit inter zizania, & expectat purgari in fine. Illa uero messis iam matura erat, quod prius missi sunt discipuli, ubi prophetae laborauerunt. Sed tamen uide quid dictum sit, [ ut simul gaudeat, & qui seminat, & qui metit. ] Disparis temporis labores habuerunt, sed gaudium pariter perfruentur, mercedem simul accepturi sunt uitam aeternam. **Et ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter uerbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quaecumque feci. Cum uenissent autem ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebatur Quia iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi**

enim audiuimus & scimus, quia hic est uere saluator mundi. Et hoc paulatim animaduertendum est, quia lectio terminata est. Mulier prima nunciauit, & ad mulieris testimonium crediderunt Samaritani, & rogauerunt eum, ut apud eos maneret. Et mansit ibi biduo, & plures crediderunt. Et cum credidissent, dicebant mulieri: Non iam propter uerbum tuum creditimus, sed ipsi cognouimus & scimus, quia hic est uere saluator mundi. Primo per famam, postea per presentiam, sic agitur hodie cum eis qui foris sunt, & nondum sunt Christiani. Christus nunciatur per Christianos amicos, tanquam ab illa muliere, hoc est, ecclesia annunciant ad Christum ueniunt, & credunt per istam famam. Manet apud eos biduo, hoc est, dat illis duo praecepta charitatis. Et multo plures credunt in eum firmius, quoniam ipse uere est saluator mundi.

**SABBATO POST**

Oculi Iohannis VIII.

In illo tempore Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum uenit in templum. Et reliqua.

Mons quippe Oliueti sublimitate dominicae passionis, & misericordiam designat. Quia & gratia eius misericordia, oliuerum uocatur *ελαιον*, & ipsa unctio *ελαιον* fessis ac dolentibus membris solet afferre leuamen. Sed & hoc, quod oleum & uirtute ac puritate praeminet, & quaecumque ei liquor superfundere uolueris, confestim hunc transcendere eius superferri consuevit, gratiam misericordiae caelestis non inuenienter insinuat, de qua scriptum est: Suavis dominus

uniuersis, & miserationes eius super omnia opa eius. Tempus quoque diluculi, exortum eiusdem gratiae (quae remota legis umbra, lux euangelicae ueritatis erat reuelanda) demonstrat. Pergit ergo dominus in montem Oliueti, ut arcem misericordiae in se constare denunciet. Venit iterum diluculo in templum, ut eandem misericordiam, cum incipiente noui testamenti lumine, templo (fidelibus uidelicet) suo, pandendam praebendamque significet. **Et omnis (inquit) populus uenit ad eum.** Et sedens, docebat eos, I Sessio domini, humilitate incarnationis eius, per quam nobis misereri dignatus est, insinuat. Bene autem dicitur, quia cum sedens doceret Iesus, omnis populus uenit ad eum: quia postquam humilitate suae incarnationis proximus hominum factus est, libentius est a multis eius sermo receptus: a multis (inquam) est eius sermo receptus, namque a pluribus est superba impietate contemptus. Audierunt enim mansueti, & laetati sunt. Denique Iudaei tentantes, adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, interrogantes quid de ea fieri iuberet, quoniam Moyses talem lapidare mandauerat. **Vt si & ipse hanc lapidandam decerneret, deriderent eum, quasi misericordiae, quam semper docebat, oblitum:** si lapidare ueraret, striderent in eum dentibus suis, & quasi fautorem scelerum, legumque contrarium uelut merito damnaret. **Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.** Per inclinationem Iesu, humilitas: per digitum, qui articulorum compositione flexibilis est, subtilitas dictionis exprimitur: porro per terram, cor humanum, quod uel bonarum, uel malarum actionum solet reddere fructus, ostenditur. Postulatus ergo dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed pri-

is se inclinans deorsum, digito scribit in terra, ac sic demum quam obnixè rogat<sup>9</sup> iudicat. Nos uidelicet, nos typice instituens, ut cum qualibet proximorum errata conspicimus, non hæc ante reprehendēdo iudicemus, quam ad consciētiam nostram humiliter reuerſi, digito eam discretionis solerter sculpemus, & quid in ea cōditori placeat, quidve displiceat, sedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apostoli: **Fra** tres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos q̄ spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Cum autem perseverarent interrogātes eū, crexit se & dixit eis: Qui sine peccato est uestrum, prius in illā lapidem mittat. Quia hinc & inde domino scribæ & pharisæi tendebant laqueos insidiarū, putantes eum uel immisericordem futurum in iudicando, uel iniustum, præuidēs ille dolos, quasi fila transit aranearū, & iudicium iustitiæ per oīa, & mansuetudinem pietatis ostendens. Ecce temperantia miserendi, [qui sine peccato est uestrum: ] ecce iterum iustitia iudicandi, [primus in illam lapidē mittat. ] Ac si dixisset: **Si Moyses mandauit uobis mulierem huiusmodi lapidare, uidete quia non hoc peccatores, sed iustos facere præcepit. Primo uos ipsi iustitiam legis implete, & innocentes manibus & mūdo corde ad lapidandam ream cōcurrite. Primo spiritualia legis edicta, fidem, misericordiam & charitatem perficite, & sic ad carnalia iudicanda diuertite. Dato aut̄ iudicio, Dominus iterum se inclinās, scribebat in terra. Et quidem iuxta morem consuetudinis humanæ potest intelligi, quod ideo corā tenratoribus improbis inclinare se, & in terra scribe**

Salat. 6.

te uoluerit, ut alio uultu intendens, liberam eis daret excundi facultatem, quos sua responsione percussos citius exituros, quā plura interrogaturos esse pūderat. Deniq; audientes, vnus post vnū creabant, incipientes a senioribus. Sed figurate nos admonet in eo, quod & ante datam, & post datā sententiam inclinans scripsit in terra, ut priusquā peccatē proximum corripiamus, & postquā debite castigationis illi ministerium reddiderimus, nos ipsos digna humilitatis inuestigatione perpendamus, ne forte aut eisdē quā in ipsis reprehendimus, aut alijs quibuslibet simus facinoribus irretiti, sicut forte fieri poterit, ut ipse qui homicidam reum mortis esse iudicauerit, ipse in se ipso per odium fraternę mortis reus esse ante oculum cōditoris inueniatur. Similiter, qui fornicationis crimē in fratre accusat, in seipso su perbig facinus non uideat. Ideo iuberet iudex alieni criminis digito discretionis in corde suo describere, ne forte in seipso reus inueniatur. Quid igitur nobis in huiusmodi periculis remediū, qd restat salutis, nisi ut cum peccatē conspicimus, ad illum mox inclinemur deorsum: id est, quā deiecti ex nostrę conditione fragilitatis simus, si nos diuina pietas non sustēter, humiliter inspiciamus. Digito scribamus in terra, id est, discrimine solerti pensemus, neq; enim reprehendit nos cor nostrum in omni uia nostra. Bene, q; inclinatus scripsit in terra, erectus misericordię uerba depromit: quia quod per humanę infirmitatis societate promissit, per diuinę uirtutem potentie hominibus donum pietatis impendit. Erigens (inq;) se Iesus, dicit ei: Mulier, ubi sunt quite acculabant? Nemo te condemnauit: Quę di-

**Fit: Nemo domine.** Nemo te condemnare ausus est peccatorem, quia in se singuli cernere ceperant, quod magis damnandum cognoscerent. Sed qui accusantium turbas prolato iustitiæ pondere fugavit, uideamus accusatam quanto misericordiæ munere subleuet. Sequit: **Dicit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Uade, et amplius iam noli peccare.** Quoniã misericors & pius est, peccata præterita relaxat. Quoniam iustus est & iustitiam dilexit, ne amplius iam peccet, inrerdicat.

**DOMINICA QVARTA**  
in quadragesima siue Latate. Ioh. VI.

**In illo tempore Abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis. Et reliqua.**



**M**Are Galilææ qd & Tiberiadis dicitur, pro qualitate circumiacentium regionum uarijs censetur nominibus, Dicit aut mare Galilææ, propter adiacentem patriam, uel prouinciã Galilæam. Dicitur autem mare Tiberiadis, propter Tiberiadem ciuitatem, quæ prius Paneas uocata fuit, sed

postq̃ ab Herode reedificata est in honore Tiberij Cesaris, Tiberias est appellata. dicit etiam & stagnum Genesareth, eo q̃ ex se crispantibus undis aurã gnare uideat.

Dicitur & latus Cennereth, propter ciuitatē Cennereth adiacentem, & propter opportunitatē portus. Mare quoq; Asphaltum à quibusdam nominatur. Extenditur em̄ in longitudine centum quadraginta stadia, in latitudine quadraginta. Nec propterea mare uocatum est, eo quod aquæ eius amaræ sint. Sunt em̄ dulces ad potandum, habilesq; ad piscandū. Sed idioma Hebrææ linguæ est, congregationes aquarum appellare maria, sicut scriptū est in Genesi: Congregationes aquarum appellauit maria. Spiritualliter, hoc mare nauigerum, presens significat seculum, quod concussum, quietum permanere non potest. Vnde bene mare dicitur à meando, eo q̄semper accedat & recedat. Sicut em̄ mare quietum & tranquillū stare non ualet, sic mundus conturbationibus & tumultuationibus cōmouetur: nunc prosperitatibus eleuatur, nunc aduersitatibus deiicitur, crescit nascēdo, decrescit moriēdo. Hoc ergo mare dñs pertrāsīt, q̄si calcatis mūdi fluctibus, iter uitæ cælestis nobis ostēdit. De cuius transitu Petrus apostolus ait: Qui pertransiuit benefaciendo, & sanando om̄es oppressos à diabolo. Et sequebatur em̄ multitudo magna, quia uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Turbæ quæ eum secutæ sunt, electorum ecclesia intelligitur, ex omnibus gētibus collecta. Hæc enim dñm quotidie sequitur, nō gressu pedis, sed imitatione operis. Sequi enim dñm, imitari est, sicut ipse dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur. Vnde & in lege præcipitur, Post dñm deum tuū ambulabis. Hinc nos Iohānes admonet, dicens: Qui dicit se in Ch̄o manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Reprobi aut̄ in hoc mari q̄si pisces

Actus. 10.

1. Johan. 2



uoluntur, quia à carnalibus desiderijs implicati, lit-  
 tus aeternæ uitæ tangere nequaquam ualent. Vnde  
 bene mare Galilææ dictum est, quæ rota siue uolubi-  
 lias interpretatur. Sicut em̄ rota mobilis in circulo  
 uoluitur, sed nullum iter perficit, sic illi qui in mun-  
 di amore radices cordis plantauerunt, cum sint mo-  
 biles & inquieti, tñ iter cælestis uitæ nullo modo ar-  
 ripiūt. De quibus per Prophetam dicitur: In circuitu  
 impij ambulat. Nos autem qui hic manentē ciuita-  
 tem non habemus, sed futuram toto desiderio inqui-  
 rimus, talium exempla despicientes, cum dño mare  
 transnauigemus, & ea quæ retro sunt obliuiscetes,  
 ad ea quæ ante sunt extenti, scdm̄ uocationem sequa-  
 mur eum ad brauium aeternæ remunerationis, quate-  
 nus cum hac turba specialiter ab illo instrui, curari &  
 refici ualeamus. **Subiit ergo in mōtem Iesus,**  
**ubi sedebat cum discipulis suis.** Mons, in quē  
 dominus trāsnauigato mari subiit, cælum significat,  
 in quod postquam per triumphum sanctæ crucis fre-  
 mentis mūdi fluctibus calcatis, uictor ascēdit. Quod  
 autem ibi cum discipulis sedebat, ostendit, quia ubi  
 præcessit caput, secutura erant & membra, sicut ipse  
 ait in euangelio: Volo pater, ut ubi ego sum, ibi sit &  
 minister meus. Et iterū: Vbi fuerit corpus, illic con-  
 gregabuntur & aquilæ. Aliter, per hunc montē sub-  
 limior doctrina intelligitur. Dominus in mōte, uer-  
 bum est in alto. Qui ergo sublimiorē doctrinā uult  
 accipere, cor de terra ad cælū eleuet, i. de amore mun-  
 di transeat ad amorem dei. Turbas ergo dominus in  
 cōuallibus docet, curat & reficit, & cum discipulis in  
 montem ascendit, ut ostendat, quia iuxta capacitātē  
 auditorū, formandus est sermo in prædicatione do-

Psalm. 78

Johan. 7  
Luce. 17

etorum. Non enim propter perfectos deserendi sunt infirmi, sed potius cum illis tolerandi & corrigendi. Quasi cum quodam dñs in conuallibus morabatur, quando illi quærenti, quid faciendo uitam æternam possidebo: respondit: Si uis inuenire uitã, serua mandata. Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non adulterabis, non concupisces rem proximi tui, honora patrem & matrẽ. Et illi sublimiora quærenti, & dicenti, Hæc omnia custodiui à iuuetute mea, protinus montem perfectionis illi ostendit, dicens: Adhuc tibi unum deest. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni, sequere me. Sed quia diffisile, qui diuitias habent uel amant, hunc mōrem ascēdūt, abijt tristis, eo q̄ diues esset ualde. Quasi Paulus cum discipulis in conuallibus morabatur, qñ dicebat: Ego fratres nō potui uobis loqui rāquam spiritalibus, sed tanquã carnalibus. Quasi paruulis lac uobis potum dedi, nō escam. Quasi mōtem ascenderat, quando illis dicebat: Sapiētiam loquimur inter perfectos. Quasi in conuallibus morabatur, qñ dicebat: Propter fornicationem unusquisq̄ propriã accipiat uxorem, & unaquæq̄ uxor suum uirum habeat. Quasi montem ascenderat, dum dicebat: De uirginibus autem præceptum domini nō habeo, consilium autem do. Bonum est illis, si sic permaneant secundū meum consilium. Volo autem omnes homines esse sicut & me. Non enim una eademq̄ doctrina æqualiter omnibus congruit, quia aliter admonendi sunt nuper conuersi, & aliter perfecti: aliter coniugati, & aliter uirgines: aliter casti, & aliter luxuriosi: aliter ebriosi, & aliter sobrii: aliter superbi, & aliter humi-

Luce. 10

1. Corin. 3

1. Corin. 7

les: aliter aliena rapiētes, & aliter sua distribuentes.  
 Plerūq; uero medicinæ antidotum unum morbum  
 curat, alterum accumulatur. Et panis, cū fortium uitā  
 roborer, paruulorū necat. Et uenenum, cū uita sit ser  
 pētis, mors est hoīs. Hæc ergo est discretio in prædi  
 catione obseruanda, ut quos uiderit doctōr spiritua  
 lem intelligentiam capere non posse, iuxta literam  
 doceat, nec ppter eos tamē perfectiores relinquit.  
 Quod exēplo suo nobis Iacob patriarcha ostēdit, qui  
 cū oues Laban auunculi sui pasceret, & uaria quæq;  
 p mercede acciperet, tulit uirgas populeas, & amy  
 gdalinas, q̄s ex parte decorticauit, & ex parte cū cor  
 ticibus reliquit, & posuit eas in canalibus, ut in aspe  
 ctu illarū oues uarios scetus cōciperent. Quid Iacob  
 pastor ouium, nisi pastorem ecclesiæ significat? Quid  
 oues, nisi fideles auditores? Vnde primo pastori di  
 ctū est: Si diligis me, pasce oues meas. Aqua uero, scri  
 pturam sacram designat, de qua p Salomonem dicitur:  
 Aqua profunda sermo ex ore uiri, & torrēs redū  
 dans fons sapientiæ. Virgæ autē, eiusdē scripturæ sen  
 tētiæ sunt, quæ ex parte sunt decorticandæ, & ex par  
 te cū corticibus relinquendæ, ut perfectiores allego  
 rice instruantur: minus capaces, iuxta literā erudian  
 tur. Erat autē proximū pascha, dies festus Iu  
 daeorū. Non ut quidā putant, pascha à passione, sed  
 à transitu est dictū. Ex eo uero tempore, quo dñs per  
 Aegyptum transiens, primogenita Aegyptiorū per  
 cussit, & filios Israel liberauit, pascha iustum est cele  
 brari, quod hebraice phase, latine transitus dicit. Di  
 cturus euāgelista dñm ex quinq; panibus quinq; mil  
 lia hominū satiassē, premisit: [Erat proximū pascha,  
 dies festus Iudæorū, ] ut intelligamus, quia tunc ab

Proue:it

eo spiritualiter pacimur, quando transitum celebra-  
mus, id est, quando de uitijs ad uirtutes, & de amore  
mundi ad amorem transimus dei. **Cum subleua-**  
**set ergo Iesus oculos, & uidisset quia multi-**  
**tudo maxima uenit ad eum.** Oculi domini in scri-  
pturis duplicem habet significationem. Aliquando  
enim dona spiritus sancti significat, aliquando respec-  
tum miserationis. Dona spiritus sancti, sicut in Zacha-  
ria legitur: In lapide uno septem oculi sunt. Et Iohanes  
in Apocalypsi, Et uidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus dei, missi in omnem terram. Respectum miserationis, sicut in Psalmo legitur: Oculi domini super iustos. Et iterum, De caelo respexit dominus, uidit omnes filios hominum. Cuius enim oculis nuda & aperta sunt omnia, tunc nos uidere dicitur, quando nobis dona suae miserationis tribuit, uel a pressura tribulationis liberat, sicut Moysi dicit: Videns uidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eum. In hoc ergo loco subleuatio oculorum domini, respectum miserationis significat, quia turbas, quas postea pauit, prius misericorditer inspexit. His enim oculis dominus Petrum respexit, quando egressus foras amare fleuit. Dicit ad Philippum: **Unde ememus panes, ut manducent hi?** Interrogauit dominus Philippum, non ut ab eo aliquid disceret, sed ut eum doceret. Quod facilius intelligimus, si quibus modis interrogatio fiat perperdamus. Fit enim tribus: aut studio reprehendentis, sicut scribae & pharisaei dominum interroga-

Zacha. 3  
Apoca. 5

Psal. 33  
Psal. 32

Exodi. 3

merunt, ut eum reprehenderent, ueluti de quadam muliere in adulterio deprehensa, & de denario, & cætera similia. Voto dicētis, sicut apostoli dominum in interrogauerunt, dicentes: Domine, quando hæcerunt? Vel quod signum aduentus tui? & cætera talia. Affectu docentis, sicut angelus Iohannem in Apocalypsi interrogauit, dicēs: Hi amicti stolis albis qui sunt, & Apoca. 7. unde uenerunt? Quo respondente, dñe mi tu nosti, cōtinuo docuit eum, dicens: Hi sunt qui uenerūt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbaue sunt eas in sanguine agni. Interrogauit dñs discipulū, non ut eum reprehenderet, neq; ut ab eo aliquid disceret, sed ut eum doceret. Quod sollicitè euangelista manifestare curauit, cum protinus subiunxit: **Hoc autem dicebat, tentans eum.** Quid est quod dominus discipulum tentasse dicitur, cum Iacobus apostolus dicat: Nemo cum tentatur, dicat, à deo tentor. quia deus intētator malorū est. Deus enim neminē tentat. Si igitur deus neminem tentat, quare euangelista dicit, [hoc autem dicebat tentans eum?] Ad qđ breuiter respondendum, quia alia est tentatio diaboli, qua hominem tentat, ut perdat: & alia dei, qua hominem tentat, ut probet. Quod melius cognoscim⁹, si earundem tentationum modos subtilius discutiamus. Est enim tentatio diaboli, qua hominem tētat, ut perdat: de qua liberari cupiētes, in oratione quoti die dicimus: Et ne nos inducas in tentationē. Est autem & alia, quæ ex fragilitate uel delectatiōe carnis oritur, de qua Iacobus dicit: Tentatur aliquis, à concupiscētia sua abstractus, solutus & illectus. Et Apostolus: Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. Est etiam & alia, qua deus hominē tentat, ut probet:

Jacobi. 1.

Jacobi. 2.

1. Corin. 10.

de qua p̄ Moysen Israelitis dicitur: Tentat uos dominus deus uester, ut sciat si diligatis eum, an nō. Et per quēdam sapientem: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Quo genere tentationis tētauit deus **A**braam, ut qui norus erat deo, hominibus appareret probatus. **T**aliter em̄ se optabat tentari propheta, cum dicebat: Proba me domine & tenta me. **H**oc igitur modo dominus tētauit **Philippum**, ut qui ignarus erat tanti mysterij, sciolus & doctus redderetur, & disceret eo præsente, qui educit panem de terra, & uino lætificat cor hominis, nō dubitare de paucis panibus multas turbas hominū sariare posse, **H**ec igitur tentatio non est timenda, sed potius propter probationem toleranda, atq; optanda, **I**acobo apostolo admonente, qui ait: Omne gaudium existimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis, scientes quod tentatio patientiā operatur, patientia uero probationem, probatio autem spem. **B**eatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit deus diligētibus se. **R**espondit ei **Philippus**: Ducentorū denarioꝝ panes nō sufficiunt eis, ut unusquisq; modicum quid accipiat. **Philippus** os lampadis interpretatur, significat hoc in loco populum Iudæorū, qui quōdam os lampadis fuit, quādo aperto ore ad laudā dum deū profiliuit. In eo uero quod ait, [ducentorum denarioꝝ panes non sufficere eis, ut unusquisq; modicum quid accipiat,] raram uel modicam eiusdem populi significat fidem, quæ per corporalem domini præsentiā & paruū numerum apostolorum, ad utriusq; testamenti notitiam ac cognitionē hominē uenire posse

Ecc1. 27

Palm. 25.

Iacob. 1.

non credit. Ducenti em̄ denarij, utrunq; testamen-  
 tum significat. **Dicit ei vnus ex discipulis eius,**  
**Andreas frater Simonis Petri: Est puer**  
**vnus hic, qui habet quinq; panes hordeace-**  
**os & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos?** Si  
 litera inspiciatur, Andreas hoc in loco maiorem fidē  
 quantulamcūq; uidetur habere Philippo, cum dicit:  
 [Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordea-  
 ceos & duos pisces.] Sed in fide dubitauit, cum sub-  
 iunxit: [Sed hæc quid sunt inter tantos?] Significat  
 em̄ propheticum sermonē, qui cū deo in carne uen-  
 turus prædixit, fidem habuit, Sed cum eū ueniētē idē  
 populus magna ex parte credere renuit, in fide dubi-  
 tauit. Quos præfigurauit Isaac, q̄ cum caligantibus  
 oculis filiū benediceret, multa ei futura prædixit, sed  
 tñ quis præsens esset, non agnouit. Puer in scripturis  
 aliquādo pro puritate, aliqñ pro leuitate mentis ac-  
 cipitur. Pro puritate, sicut de dño dicitur: Ecce puer  
 meus electus, quem elegi. Et sicut ipse discipulis suis:  
 Pueri, nunquid pulmentarium haberis? Pro leuitate,  
 uel instabilitate mentis, sicut dñs de Iudæis dicit: Cui  
 assimilabo hanc generationem pessimam, uel cui eā  
 similem dixerim? Similis est pueris sedentibus in fo-  
 ro ludēribus atq; dicētibus: Saltauimus uobis, & nō  
 cantastis: planximus, & nō lamentastis. Est em̄ pue-  
 rillis ætas garrula & leuis, nisi disciplinæ uerbere coer-  
 ceatur. Puer namq; iste populū significat Iudaicum,  
 qui .p. leuitate uel instabilitate mentis, in fide & co-  
 gnitione dei firmus non permāsit. Qui quinq; panes  
 habuit, q̄a Iudaicus populus quinq; libros Moysi ac-  
 cepit, uidelicet, **Genesim, Exodum, Leuiticū, Nume-**  
**ros, & Deuteronomiū, q̄ Hebraica lingua Beresith,**

*Gene. 27*

*Isaie. 43*

*Johan. 27*

*Matth. 23*

**Veellehsemoth, Vaicra, Vaidabber, Ellehaddeba-**  
**rim** nominantur. **Et** bene quidem illi panes hordea  
 cei fuisse referuntur, propter duritiam legis. Hordeū  
 nanq; spissum habet tegumen, & non facile ad eius  
 peruenitur medullam, obscuritatem legis significās,  
 quia lex ante aduentum dñi intātum uelata extitit,  
 ut nullus homo eā spūaliter intelligere posset, quo-  
 aduscq; ueniens benedictionē daret, qui legem dede-  
 rat. **Si** eī per quinq; panes quinq; libri Moysi intelli-  
 guntur, possumus & per duos pisces alios duos intel-  
 ligere libros, oracula scilicet pphetarū, & cātica psal-  
 morum, qui post autoritatē legis sacratiores in eodē  
 populo habebantur, quorū unum memoriter decan-  
 tando, alterum uero in synagogis suis frequenter le-  
 gendo, recitabant. **Et** recte p hos duos pisces, hi duo  
 libri intelligūtur, quia talem populum in ecclesia fu-  
 turum prädixerunt, qui hoc seruaret in moribus, qd  
 piscis habet in natura. **Piscis** nanq; quatuor habet na-  
 turas: unā, quia sine aqua uiuere non praeualet: secun-  
 dam, quia super eam saltum dare cōsuevit: tertiam,  
 quia quo magis tunditur fluctibus, eo amplius cōua-  
 lescit: quartam, quia mundi pisces per coitū nec ge-  
 nerant, nec generantur. **Sicut** igitur sine aqua uiuere  
 non potest, ita idem populus sine fonte baptismaris  
 in uitam intrare perpetuā nequit, dñō dicente: **Nisi**  
 quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non po-  
 test intrare in regnū dei. **Et** sicut pisces super aquas  
 saltus emittit, sic ipse spiritus terrena despiciens, pen-  
 na contemplationis sese ad caelestia subleuat, dicens  
 cum **Apostolo**: **Nostra** autē conuersatio in caelis est.  
**Et** quemadmodū piscis quanto magis fluctibus tur-  
 ditur, eo amplius cōualescit, sic & perfectus **Christia**

Johan. 3

Philip. 3



nus tñ in deo proficit, quantum in hoc seculo inuenit quod durius porter, dicens cum Propheta: Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti hoies sup capita nostra. **Transiimus per ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigeriũ.** Et sicut mundi pisces per coitum nec generãt, nec generantur, ira quoq; & in ecclesia rales habentur, qui coniugalem coniunctionem respuentes, integritatẽ virginalẽ sectantur, implentes illud quod dñs dicit in euangelio: **Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes.** **Aliter:** Per duos pisces, duos ordines, qui in eodem populo celebriores habebantur, intelligere possumus, regalem scilicet & sacerdotalem, à quibus regebantur & instruebantur: quos dominus Iesus in se suscipere dignatus, ut fieret nobis rex pariter & sacerdos: rex, uos bene regendo: sacerdos, semetipsum deo hostiam immaculatam pro nobis offerendo. **Dirit ergo Iesus: Facite homines discumbere.** Discumbere hoies, est spiritualiter in fide quiescere. **Tunc em̃ discipulis, ut hoies discumbere facerent, dñs præcepit, quando eos in mundum ad prædicãdum destinauit, dicens: Euntes in mundũ uniuersum, docete oēs gẽtes, baptizãtes eos in noie patris & filij & spũs sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Tunc autẽ discũbere fecerũt, quando pfecti prædicauerunt ubiq; deo cooperante & sermonẽ cõfirmante sequentibus signis. Sed illud prætermittendũ non est, quod sicut alio euangelista narrãte, cognouimus: [Fecerũt eos discũbere per cõmuniã sua, quinquagenos & centenos.] Ordo em̃ iste discumbentiu, uarietatẽ significat in ecclesia conuersantium. **Quinquageni igitur discumbũt pœnitẽtes,****

*Psalm. 65.*

*Luc. 12.*

quinquagenarius numerus penitentibus congruit, quia quinquagesimus psalmus in penitentia est decantatus, & quinquagesimus annus in lege iubilus est dictus, id est, annus remissionis. Ceteri, qui se deo protegente, nulla penitentia publica indigent. Alii: Quinquageni discumbunt coniugati, centeni uirgines. Vel certe quinquageni, qui terrenas res bene disponunt: centeni, qui perfectionis amore omnia propter deum derelinquunt. Erat autem scenum mulsum in loco. Scenum herba est pratorum, que dum uiridis est, & uisu est delectabilis, & sessioni atque ambulationi suavis: sed cum falce secata fuerit, subito pristina uiriditate amittit. Per scenum ergo delectatio carnalis, siue eiusdem fragilitas carnis designatur, que cum amatoribus suis iucunda uideatur & pulchra, falce mortis precesita, in ariditate pulueris redigit. Isaia dicit: Omnis caro scenum, & omnis gloria eius quasi flos sceni. Exiccaturum est scenum, & decidit flos, quia spiritus dei sufflauit in eo. Vere scenum est populus. Cuius sceni ariditate inspexerat Propheta, cum dicebat: Homo sicut scenum dies eius, tanquam flos agri, sic efflorescit. Et Iob: Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & uelut umbra fugit, & nunquam in eodem statu permanet. Turba ergo quam dominus pauit, super scenum discubuit, ut intelligamus, quia si spiritualiter ab eo refici cupimus, necesse est, ut delectationes carnis sub mentis dominio comprimamus, luxuriam illud Apostoli: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius, sed mortificate membra uestra, que sunt super terram, id est, fornicationem, inmunditiam, auaritiam, & cetera huiusmodi. Dis-

Matth. 4.

Psalm. 102  
Job. 14.

Roma. 6

Coloss. 3

**cubuerūt ergo viri numero quasi quinq; mil-  
lia.** Nō absq; cōsideratione prætereundū est, quod in  
hac refectiōe dñi nulla fœmina interfuisse memo-  
ratur, sed tantummodo uiri. **Vir** quippe à uiribus di-  
citur. **Vnde dominus ad beatū Iob dicit: Accinge sic-  
ut uir lumbos tuos, id est, sicut fortis restringe luxuri-  
am.** Et in sapientia: **O uiri, ad uos clamito. Ac si dice-  
ret: Qui fluxa & fœminea mente sunt, mea uerba au-  
dire nō possunt.** **Hinc & in laude Ioseph tribulatio-  
nes Aegyptias fortiter tolerātis dicit: Misit ante eos  
uirū.** Cum ergo in hoc conuiuio domini tantum mō  
uiri fuisse dicuntur, mystice monemur, ut si quā su-  
auis sit dominus gustare desideramus, uiri simus, id  
est, fortes contra diaboli tentationes, **Apostolo mo-  
nente: Viriliter agite, & confortamini, omnia uestra in  
charitate fiant.** Et angelo in **Apocalypsi: Estote for-  
tes in bello, & pugnate contra antiquum serpentem.**  
**Nec ab hac refectiōe dominica fœmina ieiuna rema-  
nebit, si sexu fœmineo uiriliter tentamēta diaboli cō-  
presserit: sicut ē contra uir sexu fœmineæ mentis effi-  
citur, si cōtra impetum tentationis mollis & dissolu-  
tus in opere suo inuenitur. Ad quorū uituperatiōē  
dicitur, Et effœminati dominabuntur eis.** **Bene autē  
quinq; millia hoīm fuisse referuntur, ppter quinarij  
numeri perfectionem. Quinarius enim numerus ad  
quinq; sensus corporis pertinet, uisum scilicet, auditū,  
gustum, odoratum & tactum. Hos igitur sensus solu-  
cite custodire debemus, si cōuiuio domini interesse  
uolumus. Custodiamus oculos ab illicito uisu, ue ui-  
deant quod concupiscant, propter illud quod domi-  
nus ait: Qui uiderit mulierem ad concupiscendam  
eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et iterum:**

**Job. 38.**

**1. Corin. 6.**

**1. Stat. 30.**

**Matth. 5.**

- Non concupisces rem proximi tui. Ut cum Iob dice-  
re ualeamus: Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogi-  
tarem quidem de uirgine. Quod ut facere possimus,  
assidue cum Propheta oremus, dicentes: Averte oculos  
meos ne uideant uanitatem. Custodiamus aures,  
ne libèter audiant uerba maledictionis, detractiõis,  
falsitatis & scurrilitatis, sed semper apertæ sint ad di-  
uinum uerbum audiendum, ut cum Iob dicere possi-  
mus: Auditu auris audiui te dñe. Hinc nos Propheta  
admonet, dicens: Sepi aures tuas spinis, ne audiât uer-  
ba detrahentium. Custodiamus nares ab illicitis odo-  
ribus, ne per illecebras odoris ad peccandum pertra-  
hamur, sed sicut ait Apostolus: Simus Christi bonus  
odor, deo in omni loco. Custodiamus linguam à ma-  
ledictiõe, detractiõne, falsitate, murmuratiõe & oci-  
oso sermõne: & ppter taciturnitatis custodiã interdũ  
à bonis cessemus eloquijs, iuxta illud Propheta: Dixi  
custodiã uias meas, ut nõ delinquam in lingua mea.  
Posui ori meo custodiam, & obmutui, & humiliatus  
sum, & silui à bonis. Mors enim & uita (ut Salomon  
ait) in manibus lingue. Et, Qui custodit os suum, cu-  
stodit ab angustijs animam suam. Tora em̄ nostra re-  
ligio quodam mō cõmaculatur, nisi lingue moderati-  
onẽ posuerimus. Quia sicut ait Apostolus: Corrup-  
tunt mores bonos colloquia mala. Et Iacobus, Si qs  
putat se religiosum esse, non refrenãs linguam suam,  
sed seducens cor suum, huius uana est religio. Custo-  
diamus manus ab effusione sanguinis, à persecutiõne  
& læsione proximi, & eas semper paratas ad eleemo-  
synam habeamus, & ad id quod bonum est operan-  
dũ prõptissimas, ut cũ Propheta dicere possimus: La-  
uabo inter innocentes manus meas, & circumdabo al-**
- Job. 31.**  
**Job. 42.**  
**Ecccl. 23.**  
**2. Corin. 2.**  
**Psalin. 38.**  
**Prou. 18.**  
**Et 21.**  
**1. Corin. 5.**  
**Jacobi. 1.**  
**Psalin. 24.**

tare tuū dñe. Quod si fecerimus, ad millenarij nume-  
 ri perfectionē peruenimus. Millenarius quippe nu-  
 merus, ultra quē nulla cōputatio crescit, eorū perfe-  
 ctionē significat, qui perfecte cōsummataeque sunt uir-  
 tutis. Quibus (ut ait Apostol⁹) nihil deest in ulla gra-  
 tia, expectantibus reuelationē dñi nostri Iesu Christi. **1. Corin. 13.**  
Accepit ergo Iesus panes. & cū gratias egis-  
set. distribuit discumbētibus. Similiter & ex-  
 piscibus quantū volebāt. Alius euangelista di-  
 cit, quod accipiens Iesus panes, gratias agens benedi-  
 xit, fregit, dedit discipulis suis, ut apponerēt, & appo-  
 suerūt turbæ. **Iam em̄ superius per panes, legē Moyſi**  
**significari diximus: & per pisces, oracula prophetarū**  
**& cantica Psalmorū.** Accepit ergo Iesus panes, fregit,  
 & dedit discipulis, quando post resurrectionem suā  
 sensum in lege eis aperuit, scilicet quando incipiens à  
 Moyse & omnibus prophetis, interpretabat illis scri-  
 pturas in omnibus quæ de illo erāt. Accepit etiā pisces,  
 fregit, & dedit discipulis, quādo & in psalmis & pro-  
 phetis spiritualē intellectū ostendit illis, dicens: **Quia**  
**sic scriptū est in lege Moyſi & pphetis & psalmis de**  
**me.** Et sic oportuit pati Christū, & resurgere à mortu-  
 is, & intrare in gloriā suā, & predicari in nomine eius  
 remissionē omniū peccatorū. Discipuli autē apposue-  
 runt turbæ, quando eandē intelligentiā uniuerso or-  
 bi prædicauerūt. De quibus dicitur: **In omnē terram**  
**exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ uerba eo-**  
**rum.** Refecturus autem dñs turbam, gratias egit pa-  
 tri, non ut aliquid indigeret ab eo postulare, qui cū  
 facta postulata dat cum patre: sed ut ostenderet omnia  
 sancta & iusta ab eo esse quærenda, de quo Iacobus  
 apostolus ait: **Om̄ datum optimum, & omne donū Jacobi. 1.**

perfectum deorsum est, descēdēs à patre luminum  
Ut autem impleri sunt. dixit discipulis suis:  
Colligite quæ superauerit fragmenta. ne per-  
erant. Magna hic dñi potentia ostenditur, sed nō mi-  
 nor eius humilitas declarat. Magna est em̄ potestas,  
 de quinq; panibus quinq; millia hoīm satiare: sed mi-  
 ra humilitas, fragmenta quæ remanserūt nō uelle peri-  
 re. Si autem per panes scriptura intelligitur, ut dictū  
 est, possumus & per fragmenta, quæ remanserunt, ob-  
 scuriores quasq; sententias eiusdem scripturæ intelli-  
 gere. Quod ergo plebeia multitudo nō capit, domi-  
 nus apostolis, ut colligerent, præcepit: quia obscurio-  
 res sententias, quas simplex multitudo capere nō po-  
 test, magistri ecclesie, episcopi scilicet & sacerdotēs in-  
 proprijs pectoribus debēt recōdere, ut tēpore necessi-  
 tatis, nō solū ad eam docendā, sed ad defendendā ido-  
 nei inueniant. Vnde apostolus Paulus, cū uirtutes e-  
 piscopi describeret, scientiā scripturæ in eo eligendā  
 esse ostendit, dicens: Obtinētem eum, qui secundum  
doctrinā est, fidelem sermonem, ut potens sit exhor-  
tari in doctrina sana, et cōtradicētes redarguere. Quā  
 uis em̄ melior sit sancta simplicitas, q̄ docta malitia,  
 tamen magistris ecclesie utrunq; conuenit, ut & san-  
 cta sit uita propter exemplum, & docta lingua pro-  
 pter eruditionem aliorum. Vnde dñs ait: Omnis scri-  
ba doctus in regno cælorum, similis est homini patri-  
filiās, qui profert de thesauro suo noua & uetera.  
 Et iter: Quis puras est fidelis seruus & prudēs, quē con-  
stituit dominus supra familiam suam, ut det illis in tē-  
pore tritici mensuram? Amen dico uobis, quia super  
omnia bona constituet eum. Collegerunt ergo, &  
impleuerunt duodecim cophinos fragmento

Cit. r.

Matt. 13

Matt. 24.

Et quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus. quæ superfuerūt his qui manducauerāt. Sed creuit signū, auxit admirationem, quæ nō solum de quinq; panibus quinq; millia hominum satiata sunt, sed etiā tot fragmenta remanserunt, ex quibus duodecim cophini replerētur. Per duodecim nāque cophinos, duodecim apostoli congrua ratione figurātur. Cophinus enim ex uilibus ac minutissimis conexitur uirgis, sic nimirum & apostoli dū non ex regibus & principibus, nō ex philosophis & sapientibus huius mundi, sed ex simplicibus & piscatoribus sunt electi, quasi cophini ex uilibus & minutissimis uirgis sunt cōtexti, de quibus ait **Apostolus: Infirmi mundi elegit deus, ut cōfundat fortia.** Est etiam & alia ratio, per quam congrue apostoli cophinis comparantur. In cophinis igitur simus ponitur, & in arenam terram, id est, in gentilium corda detulerunt, ut fructus huberiores redderent, & impleretur propheta: **Pinguescēt speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.** Induti sunt arietes ouium, & ualles abū dabunt frumento. **Illi ergo homines, cum uiderent quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est uere propheta, qui uēurus est in mūdum.** Merito homines appellantur ab euangelista, quia humana tantum sapiebant. Videntes enim tale tantumq; miraculum, debuerant dicere, quod hic est uere filius dei, q̄ uenit in mūdū. Sed quia homines erant, & humana sapiebant, filium dei tacentes, prophetam confitentur. Sed nec in toto errant, cum dominum prophetam confitentur, quia sicut ipse de seipso ait: **Non est propheta sine honore, nisi in domo & in patria sua.** Et iterum, **Non oportet mori g-**

1. Corin. 2.

psalm. 64.

Marc. 6.

Luc. 13.

phetam extra Ierusalem. Sed nos ab eo docti & spū  
sancto iustructi, horū exempla refugientes, confitea-  
mur cum Petro, quia hic est filius dei uiui, qui ppter  
nos, & propter nostram salutem uenit in mundum,  
& iterum uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

## FERIA SECUNDA

post Latere. Iohannis ij.

In illo tēpore Prope erat pascha Iudæ  
orū, & ascendit Iesus Hierosolymā. Et rel.



**D**escendit Iesus  
Capharnaū ipse  
et mater eius, et  
fratres eius, et discipu-  
licus, ibiq; manserūt  
non multis diebus. Et  
prope erat pascha Ju-  
dæorum, et ascendit Je-  
sus Hierosolymā. Bñ  
enim euāgelista ait descen-  
disse Iesum in Capharnaū.  
Capharnaū uero uilla pul-

cherrima interpretatur, significans hunc mundum,  
ad quem dñs noster Iesus Christus pro salute huma-  
ni generis, à paterna sede nunquam recedens, descen-  
disse dicitur. Sed solet mouere quosdā, quod in exor-  
dio lectionis huius euāgelicæ dictum est, quia descen-  
dente Capharnaum dño, nō solum mater & discipu-  
li, sed & fratres eius secuti sunt eum. Nec de uere hæ-  
retici, qui Ioseph uir; Mariæ semp uirginis, putarēt



ex alia uxore genuisse eos, quos fratres dñi scriptura  
 appellat: alij maiori perfidia, hos eum ex ipsa Maria  
 post natum dñm generasse putarent. Sed nos fratres  
 charissimi absque ullius scrupulo quaestione scire &  
 confiteri oportet, non tm̄ beatam dei genitricē, sed  
 & beatissimum castitatis eis testem atq; custodem Io-  
 seph ab omni prorsus actione coniugali mānisse sem-  
 per immunem, nec natos, sed cognatos eorum more  
 scripturae uisitato fratres & sorores saluatoris uoca-  
 ni. Deniq; Abraam hoc modo loquitur ad Loth, *Gene. 19*  
 quae so sit iurgium inter me & te & pastores meos &  
 pastores tuos, fratres enim sumus. Et Laban ad Ia-  
 cob: Num, q̄a frater meus es, gratis seruias mihi? Et *Gene. 29*  
 quidem cōstat, quia Loth filius Aran fratris Abraā,  
 & Iacob filius Rebeccae sororis Laban, sed p̄pter co-  
 gnationē sunt fratres nuncupati. Hac ergo regula in  
 scripturis sanctis (ut dixi) frequentissime etiā cogna-  
 tos Mariae uel Ioseph fratres dñi appellatos oportet  
 intelligi. Quod aut̄ propinquante pascha Iesus ascen-  
 dit Hierosolymam, nobis p̄fecto dat exemplū, quan-  
 ta animi uigilantia dñicis subiici debeamus. imperijs,  
 cū ipse in hominis infirmitate apparens, eadē quae ex  
 diuinitatis autoritate fratuit decreta, custodiat. Ne  
 em̄ putarēt serui, absq; crebris orōnum honorumq;  
 actuum uictimis, uel flagella euadere, uel praemia se  
 posse percipere, etiā inter seruos ipse ad orādum im-  
 molandumq; dei filius ascendit. Qui ueniens Hiero-  
 solymam, quid ibi gerentes inueniret, qd̄ ibidē gesse-  
 rit uideamus. Et inuenit (inquit) in templo uen-  
ientes b oves ⁊ oves ⁊ columbas ⁊ nūmula  
rios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellu  
defuniculis, oēs eiecit de tēplo, oves quoq;

et boues, et numulariorum effudit aures, et mensas  
**subuertit.** Boues & oues & columbarum ad hoc emebantur, ut offerrentur in templo. Numularia ad hoc sedebant ad mensas, ut inter emptores uenditoresque hostiarum propria esset pecunie taxatio. Videbant ergo licite uendi in templo, quae ad hoc emebantur, ut in eodem templo offerretur domino. Sed nolens ipse dominus aliquid in domino sua terrenae negotiationis geri, nec eius quidem quae honesta putaretur, negotiatores iniustos foras omnes simul cum his quae negociabatur eiecit. Quid ergo fratres mei? quod putamus faceret dominus, si rixis dissidentibus, si fabulis uacantes, si risu dissolutos, uel alio quolibet scelere inueniret irretiatos, qui hostias, quae sibi immolarentur, ementes in templo uidit, & eliminare festinauit? Haec propter illos diximus, qui ecclesiam ingressi, non solum intentione orandi negligunt, uerum etiam distractionibus insequuntur, addentes uidelicet peccata peccatis, & quasi funem sibi longissimum in cauda eorum augmentatione texentes, nec timentes ex eo districti iudicis examinatione damnari. Nam bis quidem in sancto euangelio legimus, quod ueniens in templo dominus, huiusmodi negotiatores eiecerit. Nunc uidelicet. I. tertio ante passionem suam anno, sicut & huius euangelistae sequentibus scriptis agnoscimus, & ipso quo passus est anno, cum ante quinque dies paschae sedens in alio Hierosolymam uenisset. Sed hoc idem in templo sanctae ecclesiae domini examine ac quotidiana uisitatione geritur, omnis qui recte sapit, intelligit. Unde multum tremenda sunt haec dilectissimi mihi, & digno expauescenda timore, sedulataque praecauendum industria, ne ueniens improuisus, peruersum quod in bonis, unde merito flagellari, ac de ecclesia eiici debeamus, inueniat. Et ma

hinc in illa, quæ specialiter domus orõnis uocabit,  
 obseruandum, ne quid ineptum geramus, ne cū Co-  
 rinthijs audiamus ab **Apostolo**: Nunqd domus nõ  
 habetis ad agenda uel loquenda tēporalia, aut eccle- **1. Corin. 13**  
 siam dei cõtemnitis? **Et** ppheta cum loqueret, dicēs  
 Iudæis: **Dilectus me<sup>9</sup>** in domo mea fecit scelera mul-  
 ta. **Et** quidem gaudendū est, quia ipsi sumus in bapti- **Jeremi. 22**  
 smo templum dei, teste **Apostolo** qui ait: **Templum**  
 em̄ dei sanctū est, quod estis uos, ipsi ciuitas regis ma- **1. Corin. 3**  
 gni, de qua canit: **Fundamenta eius in montibus san-**  
 ctis, i. fundamēta ecclesiæ in soliditate fidei aposto- **Psalm. 86**  
 lorum & prophetarum. **Sed** non minus tremēdum  
 quod præmisit **Apostolus**, dicēs: **Si** quis autē templū  
 dei uiolauerit, dispdet illū deus, **Et** ipse iudex iustus:  
**Disperdam** (inquit) de ciuitate domini oēs qui ope- **Psalm. 107**  
 rantur iniquitatem. **Gaudendū** quia in nobis pasche  
 solēnitas agitur, cum de uitijs ad uirtutes trāsire sat-  
 agimus. **Pascha** quippe transitus dicitur. **Gaudendū**,  
 quia nostra pectora ciuitatē uidelicet suam uisitares  
 quia idem pascha nostræ bonæ actiõis præsentia sug-  
 pieratis illustrare dignatur, **Sed** timēdum satis, ut ne  
 nos in ciuitate sua aliud quàm ipse diligit agentes in-  
 ueniat, & ipse nobis qualē nõ diligimus districtus cre-  
 ditor ostendat, id est, ne nos in templo nūmularios,  
 ne uenditores ouium, columbarum uel reperiens, da-  
 mnet. **Boues** quippe doctrinā uitæ cęlestis, oues opa  
 munditiæ & pieratis, columbæ sancti spiritus dona  
 designāt. **Quia** nimirum bouum iuuamine solet ager  
 exerceri, ager est domini cor, cęlesti exultū doctri-  
 na, & suscipiendis uerbum dei præparatum rite semi-  
 nibus. **Oues** innocenter sua uellera uestiendis homi-  
 nibus præstāt. **Et** spiritus super dominum in columa

bæ specie descendit. Vēdunt autē boues, qui uerbum  
 euangelij nō diuino amore, sed terreni quæstus inui-  
 tu audiētibus impendunt. Quales reprehendit Apłs,  
 quia Christū nunciarent non sincere. Vendūt oues,  
 qui humanæ gratia laudis opera pietatis exercēt. De  
 quibus dñs ait, quia receperūt mercedem suam. Ven-  
 dūt columbas, qui acceptā spiritus gratiam, non gra-  
 tis, ut præceptū est, sed ad præmiū dant: qui impositi-  
 onem manus, qua spiritus accipitur, etsi nō ad quæ-  
 stum pecuniæ, ad uulgi tñ fauorem tribuunt, qui sa-  
 cros ordines non ad uitæ meritū, sed ad gratiā largiū-  
 tur. Nummos mutuo dant, qui non simulate celestī-  
 bus, sed aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt,  
 sua quærentes, nō quæ Iesu Christi. Verū huiusmo-  
 di operarios fraudulentos quæ merces maneat ostē-  
 dit dñs, cum factō de funiculis flagello omnes eiecit  
 de templo. Eijciuntur enim de parte sortis sanctorū,  
 qui inter sanctos positi, uel siēte bona, uel aperte faci-  
 unt opera mala. Oues quoq; & boues eijcit, q̄a taliū  
 uitā pariter & doctrinam ostendit esse reprobā. Funi-  
 culi quibus flagellādo impios de templo expulit,  
 crementa sunt actionum malarū; de quibus materia  
 damnandi reprobos districto iudici datur. Hinc ete-  
 nim dicit Isaias: **V**g qui trahitis iniquitatē in funicu-  
 lis uanitatis. Et in prouerbij Salomon: **I**niquitates  
 (inquit) suæ capiunt impium, & funibus peccatorum  
 suorum cōstringitur. Qui enim peccata peccatis pro-  
 quibus acrius damnetur accumulāt, quasi funiculos  
 quibus ligetur ac flagelletur, paulatim agendo pro-  
 longat. Nummulariorum quoq; quos expulerat, ef-  
 fudit æs, & mēsas subuertit, quia damnatis in fine re-  
 probis, etiam ipsarū quas dilexere rerum tollet figu-

Isaie. 5

Prouer. 5

ram, iuxta hoc quod scriptū est: Et mundus trāsibit, **1. Johan. 2**  
 & cōcupiscentia eius. **Et his qui colūbas vēde-**  
**hāt dicit: Auferte ista hinc. & nolite facere do-**  
**rum patris mei domū negociatiōis.** Venditi-  
 onē colūbarū de tēplo auferri præcepit, q̄a gr̄a spi-  
 ritus gratis accipi, gratis debet dari. Vñ Simō ille ma-  
 gus, qui h̄c emere pecunia uoluit, ut maiori precio **Actū. 8**  
 uenderet, audiuit: Pecunia tua tecū sit in perditionē.  
 Non est tibi pars neq; fors in sermone hoc. **Notandū**  
 aut, quia non solū uenditores sunt columbarū, & do-  
 mum dei faciunt domū negociatiōis, qui sacros ordi-  
 nes largiendo, preciū pecuniæ uel laudis uel etiā hon-  
 oris inquirunt: uel hi quoq; qui gradū uel gratiam  
 in ecclesia spiritualē, quā deo largiente perceperē, nō  
 simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa re-  
 tributionis exercent, contra illud apostoli **Petri. 4**  
**Qui loquit quasi sermones dei, qui ministrat tanq̄ ex uir-**  
**tute, quā administrat deus, ut in omnibus honorifice**  
**tur deus per Iesum Christū. Quicūq; ergo tales sunt,**  
 si nolunt ueniēte dño de ecclesia auferri, auferāt ista  
 de suis actibus, ne faciant domū dei domū negociati-  
 onis. **Nec prætereundū, quia solícite nobis scriptura**  
 ur̄aq; saluatoris nostri narurā, & humanā uidelicet  
 cōmendat & diuinā. **Vt enim uer⁹ dei filius intelli-**  
 gat, audiamus quod ipse dñs ait: [ **Nolite facere do-**  
**rum patris mei, domū negociatiōis.** ] **Aper**te nanq;  
 se filiū dei patris ostendit, q̄ templū dei domū sui pa-  
 tris cognominat. **Vt rursus uer⁹ hoīs filius sentiat,**  
 recolamus quod in huius capite lectionis descendēs  
 in Capharnaū, matrē comitem habuisse perhibetur.  
 Sequitur: **Recordati uero sunt discipuli eius,**  
**quia scriptū est: Zelus domus tuæ comedit** **psalm. 68.**

me. Zelo domus patris saluator eiecit impios de templo. Zelemus & nos fratres charissimi domū dei, & quantum possumus, ne qd in ea prauum gerat, insistamus. Si uiderimus frēm, qui ad domū dei prinet, supbia tumidū, si detractiōibus assuetū, si ebrietati seruientem, si luxuria eneruatū, si iracundia turbidū, si alij cuiquā uitio substratū, studeamus in quantum facultas suppetit castigare, polluta ac peruersa corrigere, & si quid de talibus emendare nequimus, nō sine acerrema mēte sustinere dolorē. Et maxime in ipsa domo orōnis, ubi corpus dñi cōsecratur, ubi angelorū præsētia semp̄ adesse nō dubitatur, ne quid ineptū fiat, ne quid quod nostrū fraternam uel orationē impediat, totis uiribus agamus. Sequit̄: **Responderūt ergo Iudæi: Quod signum oñdis nobis, quia hæc facis?** **Respōdit Iesus & dixit eis: Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud.** De quo tēplo dicat euangelista post aperuit, uidelicet de tēplo corporis sui, quod ab illis passione solutum, ipse post triduū excitauit de morte. Quia ergo signū quærebant à dño, quare solia cōmercia, p̄scere debuerit è templo, respōdit rectissime impios exterminare de templo, quia ipsum templū significauerit templū corporis sui, in quo nulla, p̄sus esset alicuius peccati macula. Neq; immerito typicū purgauerit à sceleribus templū, q̄ uerbi dei templū ab hominibus morte solutū diuinæ potētia maiestatis excitare posset à mortuis. **Dixerunt ergo ei Iudæi: Quadraginta & sex annis edificatū est templū hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?** Quō intellexerunt, ita respōderunt. Sed ne nos quoq; spūalem dñi sermonem carnaliter sentiremus, euangelista subse-

iugenter de quo templo loqueretur, exposuit. Quod  
 autē aiunt de tēplo, quadraginta & sex annis ædifi-  
 catum est, nō primā, sed secundā illius ædificationē  
 significant. Primus em̄ Salomon in maxia regni sui  
 pace de centesimo & septem annorū opere perfecit  
 quod destructū à Chaldæis, post septuaginta annos  
 ad iussionē Cyri Persæ laxata captiuitate, reædifica-  
 ri cœptum est. Sed filij transmigrationis opus quod  
 principibus Zorobabel & Iesu faciebant, ppter im-  
 pugnationem gentium uicinarū ante quadraginta &  
 sex annos implere nequiuērūt: q̄ etiam numerus an-  
 norum perfectionem dñici corporis aprissime con-  
 gruit. Tradunt etem̄ naturalium scriptores rerū, for-  
 mam corporis humani tot dieꝝ spatio perfici: quia  
 uidelicet primis sex à conceptione diebus lactis ha-  
 beat similitudinē, sequēribus nouem uerratur in san-  
 guinem: deinde duodecim solidetur, reliquis decem  
 & octo firmet usq; ad perfecta lineamenta omnium  
 membrorū, & hinc iam reliquo tempore usq; ad tem-  
 pus partus magnitudine augeatur. Sex autē & nouē,  
 & duodecim, & decem, & octo, quadragintaquinq;  
 faciunt, quibus si unum adiecerimus, id est, ipsum dī  
 em̄ quo discretum per membra corpus crementum  
 sumere incipit, tot nimirum dies in ædificatione cor-  
 poris domini, quot in fabrica templi annos inueni-  
 mus. Et quia templum illud manufactum, sacrosan-  
 ctam domini carnem, quam ex uirgine sumpsit, ut  
 ex hoc loco discimus, figurabat, gā eque corpus eius  
 quod est ecclesia, quia uniuscuiusq; fidelium corpus  
 animamq; designabat, ut in plerisque scripturarum  
 locis inuenimus. Adam uero primus post peccatū  
 audiuit: Terra es, & in terram ibis. Secundus uero

Adam de seipso ait: [Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.] Sparus uero fuit primus Adam per uniuersum mundum, qui in secundo collectus est, quod significat nomen Adam, qui quatuor literis scribitur. i. αλφα, Αλτα: iterum αλφα & μί. q̄ quatuor literæ, quatuor partes orbis designant, in quas sparsus est Adam in filiis suis. ideo in principiis nominum partium mundi, hæc quatuor literæ leguntur. Nā ᾱρκτος q̄d est septentrio, ab ᾱ incipit: Ᾱριος, q̄d ē occidēs à δ̄ incipit: & ἀνατολή, q̄d est oriens, ab ᾱ etiam incipit: μεσημβρία quod est meridies, à μ̄ incipit, q̄ sunt partes orbis, ab his quatuor literis incipientes. Quæ literæ si in cōputo græco considerent, quadraginta sex faciunt. Nam α, unum: Α, quatuor: & iterū α, unum: μ, quadraginta, qui simul ducti, sunt quadraginta sex, m̄ ystice designant annos, quibus templum corporis Christi in utero uirginali ædificatum est, sicut superius diximus. Caro autē Christi, quæ de Adam sumpta est, destructa est à iudeis, & à seipso iterum ædificata est, secundum scripturas prophetarum. Et ideo dicit euangelista. Hoc em dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo, & crediderunt scripturæ, id est, prophetarum dictis, qui prædixerunt Christū tertiam die resurgere, & sermone quem dixit Iesus, i. quod ait, [Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.] Hoc est, tertiam die resuscitabo, q̄d uos soluitis in cruce. Sequit̄, Cum autē esset Iesus Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum



eis, eo quod ipse nosset oēs. Et quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine. ¶ Non enim sic credebant in eum, ut digni essent Christū habitare in eis, quorū fides catechumenis comparari potest, qui credūt in Christum, sed Christus non credit seipsum eis. Quia Joh. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Nemini uero se credit Christus, nisi qui dignus est introire in regnū dei. Unde & ecclesiastica consuetudo catechumenis corporis & sanguinis Christi cōmunionem nō tradit, quia non sunt renati ex aqua & spiritu, quibus tantū creditur participatio corporis & sanguinis Christi.

**FERIA TERTIA**   
post Laetare Iohannis VII.

In illo tēpore: Iam die festo mediāte, ascen-  
dit Iesus in templum, & docebat. & mira-  
bantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic lite-  
ras scit, cum non didicerit? Et reliqua.

**I**lle qui latebat, docebat & palam loquebatur, & non timebat. Illud enim, ut lateret, erat exempli, hoc potestatis, sed cū doceret, mirabantur Iudæi. Oēs quidem (quantū arbitror) mirabant, sed nō oēs cōuertebant. Unde admiratio: Quia multi nouerāt, ubi natus, quemadmodū fuerit educatus, nunq̄ cum uiderant literas discenē, audiebant tamē de lege disputātem, legis testimonia proferentē, quæ nemo potest proferre nisi legisset, nemo legerit nisi literas didicisset, & ideo mirabant. Eorum autē admiratione, ma-

gestro facta est insinuanda altius veritatis occasio. Ex  
 eorum quippe admiratione et uerbis dixit dñs aliqd  
 profundum, & diligentius inspiciendum. Quid ergo  
 respondit dñs eis, admirantibus quomodo sciret lite-  
 ras, quas non didicerat? **Haec** (inquit) **doctrina**  
**nō est mea, sed eius qui misit me.** Hic est em̄ pro-  
 funditas. Videtur em̄ paucis uerbis quasi cōtraria lo-  
 cutus. Nō enim ait, ista doctrina nō est mea, sed mea  
 doctrina nō est mea, Quō mea, et nō mea? Quæstio  
 est, quō fieri possit utrunq; & mea & non mea. Si em̄  
 diligenter intuemur, quod ipse in eodē dicit sanctus  
 euangelista, In principio erat uerbum, & uerbū erat  
 apud deum, & deus erat uerbum, inder pender huius  
 solutio quæstionis. Quæ est ergo doctrina patris, nisi  
 uerbum patris? Ipse ergo Christus patris doctrina, si-  
 ue uerbum patris. Sed quia uerbum non potest esse  
 nullius, sed alicuius, & suam doctrinā dixit seipsum,  
 & non suam, quia patris est uerbū. Hoc dixisse uide-  
 tur dominus Christus, [ mea doctrina non est mea, ]  
 ac si diceret, ego non sum à meipso. Quamuis enim fi-  
 lium patri dicamus & credamus æqualem, nec ullā  
 in eis esse naturæ uel substantiæ distantiam, nec inter-  
 generantem atq; generatū aliquod interfuisse inter-  
 uallum, tamen hoc seruatō & custodito, ista dicimus  
 quod ille pater est, ille filius. Pater autem non est, si  
 non habeat filium: filius non est, si non habeat patrē.  
 Sed tamen filius deus de patre, pater autem deus, sed  
 non de filio pater. Deus de deo, lumē de lumine. Pa-  
 ter lumen, filius lumen: non duo lumina, sed unū lu-  
 men. Pater deus, filius deus, non duo dii, sed unus de-  
 us pater & filius. Spiritus sanctus de patre & filio  
 procedens, & ipse deus, sicut pater deus, sicut filius deus,

Et etiam spiritus sanctus deus: non tres dii, sed unus deus, unum lumen, una substantia, una natura, una maiestas, una aeternitas, una magnitudo, una potentia, una bonitas. Vidit itaque ipse dominus Christus dei sapientia, hoc tam profundum arcanum non omnes intellecturos, in consequentibus dedit consilium, quod intelligere est credere. Deus enim per prophetam dixit: **Nisi credideritis, non intelligetis.** Ad hoc pertinet quod hic etiam dominus secutus adiunxit: **Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, utrum deo sit, an ego a me ipso loquor.** Quid est hoc, [ si quis uoluntatem eius uoluerit facere? ] Sed ego dixeram, si quis crediderit, & hoc consilium dederam: si non intellexistis inquam, credite, intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quere intelligere ut credas, sed crede ut intelligas: quoniam nisi credideritis, non intelligetis. Cum ergo ad possibilitatem intelligendi, consilium dederim obedientiam credendi, ut dixerim dominum Iesum Christum hoc ipsum coniunxisse, in consequenti sententia inuenimus eum dixisse, [ si quis uoluerit uoluntatem eius facere, ] hoc est credere: sed quia cognoscat, hoc est, intelligat, omnes intelligunt.

*Isaie. 7. in  
tra septua  
ginta.*

Quia uero quod ait, si quis uoluerit uoluntatem eius facere, hoc pertinet ad credere, ut diligentius intelligatur, opus est nobis ipso domino nostro expositore, ut indicet nobis, utrum uera credere pertineat ad facere uoluntatem patris eius. Quis nesciat hoc esse facere uoluntatem dei, operari opus eius? Id est, quod illi placet. Ipse autem dominus apte alio loco dicit: **Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem ille misit. Ut credatis in eum, non ut credatis ei. Non autem continuo qui credit ei, credit in eum. Nam & de**

*Yohan. 8.*

mōnes credebant ei, & non credebant in eū. Rufus  
 etiā de apostolis ipsius possumus dicere: **Credimus p  
 Paulum**, sed non credimus in **Paulum**: credimus per  
**Petrum**, sed non credimus in **Petrum**. Credidit in eū  
 qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustiti-  
 am. **Quid est ergo credere in eum?** Credendo amare,  
 credendo diligere, credēdo ad eum scribi, & eius mē-  
 bris incorporari. Ipsa ergo fides, quam de nobis exi-  
 git deus, est quæ per dilectionem operatur. **Si intelli-  
 gis uerba dei, intellige quia Christus filius dei est, &  
 doctrina patris non est ex ipso. Non ex nihilo, nō ex  
 alijs subsistentibus, sed ex patre tantum, in patre ma-  
 nens, æqualis patri. Qui a semetipso loquitur,  
 gloriam propriam querit.** Hic erit qui uocatur  
**Antichristus**, extollens se (sicut **Apostolus** dixit) sup-  
 ome quod dicitur deus, & quod colitur. Ipsum quip-  
 pe annuncians dominus gloriam suam quæsiturum,  
 non gloriam patris, ait ad iudæos: **Ego ueni in nomi-  
 ne patris mei, & nō suscepistis me. Alius ueniet in no-  
 mine suo, hunc suscipietis. Significauit eos Anichri-  
 stum suscepturos, qui gloriam nominis sui quæsitur-  
 est, inflatus, non solidus. Et ideo instabilis, sed utiq;  
 ruinosus. Dominus autem noster Iesus Christus ma-  
 gnum exemplū nobis præbuit humilitatis. Nempe  
 æqualis est patri. Nempe in principio erat uerbum,  
 & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbū. Nem-  
 pe ipse dixit, & uerissime dixit: Tanto tempore uobis  
 cum sum, & non cognouistis me: Philippe, qui uidit  
 me, uidit & patrem. Nēpe ipse dixit, & uerissime di-  
 xit: **Ego & pater unum sumus. Si ergo cū patre unū,  
 æqualis patri, deus de deo, deus apud deum coæter-  
 nus, immortalis, pariter incommutabilis, pariter sine****

Johan. 5.

Johā. 14.

tempore, pariter creator & dispensator temporum  
 tamen quia uenit in tempore, & formam serui acce-  
 pit, & habitu inuētus est ut homo, quærit gloriam pā-  
 tris, non suam. **Quid tu homo facere debes, qui quā-  
 do aliquid boni facis, gloriam tuam quæris: quā autē  
 aliquid malifacis, deo calumniam meditaris? Inten-  
 de tibi, creatura es, agnosce creatorem: seruus es, ne  
 contemnas dñm: adoptatus es, sed non meritis tuis:  
 quære gloriam eius, à quo habes hanc gratiā homo  
 adoptatus: cuius gloriam quæsiuit, qui est ab illo uni-  
 cus natus. **Qui aut quærit gloriā eius qui mi-  
 sit illum, hic verax est, & iniustitia in illo nō est.**  
 In Antichristo autem iniustitia est, & uerax non est,  
 non est à quo missus est. Non enim est missus, sed ue-  
 nire permissus. Omnes ergo p̄tinentes ad corpus Chri-  
 sti, ne inducamur in laqueos Antichristi, nō quæram⁹  
 gloriam nostrā. Sed si ille quæsiuit gloriam eius qui  
 eū misit, quāto magis nos eius qui nos fecit? Sequitur:  
**Nonne Moyses (inquit) dedit uobis legem,**  
**& nemo ex uobis facit legē?** Nam si legem fecisse  
 tis, in ipsis literis Christū agnosceretis, & presentē nō  
 occideretis. **Quid me quæritis interficere?** Ideo  
 em̄ quæritis me interficere, quia nemo ex uobis facit le-  
 gē. **Respondit ei turba. Quid responderit uideres?**  
**Dæmonium habes. Quis te quærit interfi-**  
**cere?** Quasi nō fuit pei⁹ dicere, dæmoniū habes q̄ eū  
 occidere. Ei quippe dictū est quod dæmonium habe-  
 bat, qui dæmones ex pellebat. **Quid possit aliud dice-  
 re turba turbulenta, quid possit aliud olere cœnū cō-  
 motum, nisi purridum? Turbatur turba. unde: à ueri-  
 tate. Turbā lippitudinis turbauit claritas lucis. Ocu-  
 li autē non habentes sanitatē, non possunt ferre lumi-****

nis claritatē, dominus autē nō plane turbatur, sed in  
 sua ueritate tranquillus, non reddidit malū pro ma-  
 lo, nec maledictū pro maledicto. Quibus si diceret,  
 dæmonium habetis potius uos, uerum utiq; diceret.  
 Vñ enim hoc dicerent de ueritate, dæmoniu habes,  
 nisi eos diaboli falsitas irritaret? Quid ergo respon-  
 deat, tranquillius audiamus, & tranquille uiuamus,  
Unum opus feci, & omnes miramini. Tantum  
 est ac si diceret: Quid si omnia opa mea uideritis? Ipsius  
 enim opera erant, quæ in mūdo uidebant. Fecit unā  
 rem, & turbati sunt, quia saluum fecit hoīem in sab-  
 bato, non intelligentes dñm esse sabbati filiū hoīs, q̄  
 sabbatum propter hominē constituit, non hoīem, p̄-  
 propter sabbatū. Nec sabbatū destruxit, qui sanū fecit ho-  
 minē in sabbato, quia ad salutem hoīm, hoībus sab-  
 bati custodia dara est. Propterea Moyses de-  
dit uobis circumcisionem. Bene factū est ut acci-  
peretis circumcisionē à Moysē, non quia ex Moy-  
se est, sed ex patribus. Abraam quippe primus ac-  
 cepit circumcisionē à dño. Et in sabbato circunciditis  
 hominem. Cōiucit uos Moyses, in lege accepistis ut  
 circuncidatis octauo die, accepistis in lege ut uacetis  
 septimo die. Si octauus dies illius qui natus est, occur-  
 rerit ad diem septimum sabbati, quid facitis: uacabi-  
 tis, ut seruetis sabbatum, an circuncidatis, ut implea-  
 tis sabbato sacramentum diei octauī? Sed noui (in-  
 quit) quid facitis, circunciditis hominem. Quare? q̄  
 circuncisio ptinet ad aliquod signū salutis, & nō de-  
 bent hoīes sabbato uacare à salute. Ergo nec mihi ira-  
 scimini, quia saluū feci totum hoīem in sabbato. [Si  
 circūcisionē (inquit) accipit homo in sabbato, ut nō  
 soluat lex Moysi. Aliqd̄ em̄ per Moysen in illa cōsti-  
 tutione circūcisionis salubriter institutū est. Dibi

Spātī salutē in sabbato quare indignamini?

Forre em̄ illa circūcisio ip̄m dñm significabat, cui isti curati & sanati indignabant. Iussa est em̄ adhiberi octaua die. Et qd est circūcisio, nisi carnis expoliatione? Significat ergo ista circūcisio expoliationē à corde cupiditatu carnaliū. Nō ergo sine causa data est, & in eo mēbro fieri iussa. Qm̄ per illud membrū procreat creatura mortaliū, & per unū hoīem resurrectio mortuorū. Et per unū hoīem peccatū intrauit in mundū, & p̄ peccatū mors, ideo quisq; cū p̄putio nascit, q̄a om̄is homo cū uitio pp̄paginis nascit. Et nō mūdāt deus sine à uitio cū q̄ nascimur, sine à uitijs q̄ male uiuendo addimus, nisi per cultellū petrinū. i. dñm nostrū Iesum Christū. Petra em̄ Ch̄rs. Cultellis em̄ petrinis circuncidebāt, & petre nomine Christū figurabant, & presentē non agnoscebāt, sed insup̄ eū occidere cupiebāt. Qd̄ uero circūciditis hoīem in sabbato, intelligite hoc significari opus bonum, qd̄ ego feci totū hominē in sabbato saluū: q̄a & curatus est, ut sanus esset in corpore: & credidit, ut sanus eēt in aīa. Nolite iudicare p̄sonaliter, sed recte iudiciū iudicate. Quid est hoc modo? Quasi p̄ legē Moysi circūciditis sabbato, nō irascimini mihi p̄sonaliter ueritati. Veritatem autē dicitē, & iustū iudiciū iudicare. Si secundū ueritatē iudicatis, neq; Moysen, neq; me condēnabitis, & ueritate cognita me cognoscitis, quia ego sum ueritas. Hoc uitū frēs, qd̄ dñs notaui hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, nō p̄sonaliter iudicare, sed rectū iudiciū retinere. Admonuit qd̄ dñs Iudaeos, sed nō min⁹ admonuit & nos. Illos conuicit, nos instruxit: illos redarguit, nos exauit. Non putemus hoc nobis ideo nō dictum, q̄a tūc ibi nō fuimus: nos itaq; sic audiam⁹ euāgelij quasi p̄sentē dñm. Ne dicā

Roma. 5.

1. Cor. 10.

pus, o illi felices, qui cum uidere potuerūt. Multi in  
 eis, qui uiderunt eum carnaliter, occiderūt: multi autē  
 in nobis, qui non uiderunt, crediderunt. **Quis est qui  
 nō iudicat personaliter, nisi q̄ æqualiter diligit? Qui  
 æqualiter omnes diligit, æqualiter de omnibus iudicā  
 cat.** Ne hoc dictum putemus de illis, quos ꝑ honore  
 graduum diuerso mō honoramus, sed de illis, quos  
 causas diiudicare iubemur. Dñs igitur Iesus non ma  
 nifeste, sed occulte ascēdit ad diem festum, non quia  
 timebat ne teneretur, sed ut significaret etiā ipso die  
 festo, qui celebratur à Iudæis, occultatum & summū  
 esse mysterium. Sed mox apparuit potestas, quæ pu  
 tabatur timiditas. Loquebatur enim palam in die fe  
 sto, ita ut mirarentur turbæ, & dicerent, quod audi  
 uimus cum lectio legeretur: **Nonne hic est, quē  
 quæerunt interficere? Ecce palam loquitur, &  
 nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt  
 principes, quia hic est Christus? Qui nouerūt  
 qua sæuitiā quærebat, mirabātur qua potentia nō  
 tenebatur. Inde nō plene intelligentes illius potenti  
 am, putauerunt esse principū sciētiā, quod ipsi co  
 gnouerāt, eundem esse Christum, ideo pepercerunt  
 ei, quem tantopere occidēdum quæserunt. Deinde  
 illi ipsi apud seipos quid dixerunt? [Nunquid uere  
 cognouerunt principes, quia hic est Christus?] Fece  
 runt sibi quæstionem, qua eis uideretur nō esse Chri  
 stus: adiungentes enim dixerunt: **Sed istum noui  
 mus unde sit. Christus autem cum uenerit,  
 nemo scit unde sit. Quid est quod dixerūt Iudæi,  
 [Christus cum uenerit, nemo scit unde sit,] quū He  
 rode interrogante locum natiuitatis eius demōstra  
 uerunt, iuxta prophetiā Micheæ prophete: Et ex hoc****



certum, locum natiuitatis illius eos nosse. Sed confiderandum est, quid se nosse putarent, & quid se nescire dixerunt. **Locum** uero natiuitatis illius sciebant per prophetas dicta, sed diuinam eius natiuitatem, qua ex deo patre aeternaliter natus est, propter impietatem cordis sui nesciebant. **Isaia** dicente: **Generationem eius quis enarrabit.** Denique & ipse dominus ad utrumque respondit, & de humanitatis fragilitate, & de diuinitate maiestatis, dicens: **Clamabat ergo docens in templo Iesus. Et me scitis, & unde sum scitis. Recte ergo dixit: [Et me nostis, & unde sum scitis].** .i. secundum carnem natiuitatem meam nostis, & nobilitatem parentum meorum, & effigiem uultus mei nostis: secundum diuinitatem autem non nostis, quia **A me ipso non ueni, sed est uerus qui me misit, quem uos non scitis.** Sed ut eum sciatis, credite in eum quem misit. Et sciatis, quod nemo deum uidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et nemo cognouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Denique cum dixisset, **sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis, ut ostenderet eis unde possent scire quod nesciebant, subiicit: Ego scio eum. Ergo a me querite, ut sciatis eum.** Quare autem scio eum? **Quia ab ipso sum, & ipse me misit.** Magnifice utrumque monstrauit, [ab ipso (inquit) sum,] quia filius de patre. Et quicquid est filius, de illo est cuius est filius. **Ideo dominum IESVM** dicimus deum de deo, patrem non dicimus deum de deo, sed tantum deum. Et dicimus dominum Iesum lumen de lumine, sed patrem tantum lumen. **Ad hoc ergo pertinet quod dixit, [ab ipso sum].** Quod autem uidetis me in carne, ipse me misit, ubi audis, ipse me misit, noli in-

relligere naturæ dissimilitudinē, sed generātis autoritatē. Quærebant ergo eū apprehendere, et nemo misit in illū manus, quia nondum uenerat hora eius. Hoc est, quia nolebat. Qui em̄ uoluntate natus est, uolūrate passus est. Sicut horam p̄uidebat sibi natiuitatis suæ, ita horam p̄destinauit passionis suæ. Si hora mortis nostræ illius est uolūtas, quanto magis hora passionis suæ in arbitrio uoluntatis suæ uenit? Magna igitur misericordia dñi nostri Iesu Christi, factum esse eum p̄pter nos in tempore, per quē facta sunt tēpora: factū esse inter om̄ia, per quē facta sunt omnia: factum esse, quod fecit. Factus est quod fecerat. factus est em̄ hō, qui hōiem fecerat, ne periret quod fecerat. Sc̄dm̄ hanc disp̄sationē iam uenerat hora natiuitatis, & natus erat, sed nōdū uenit hora passionis. Ideo nōdū passus erat, quia nōdum uenerat hora in quā pati uoluisset. Ideo in cruce legit eum dixisse, dum om̄ia perfectā sunt sc̄dm̄ scripturas p̄phetarū: **Cōsummatū est, & inclinato capite tradidit sp̄m.** Dū uero uoluit, consummata fuerant, quæ de eo scripta sunt. & cōsummatis om̄ibus, potestate propria emisit spiritum. **De turba autem multi crediderūt in eum.** Humiles & pauperes saluos faciebat dñs, principes insaniebant. Et ideo medicum nō solum non agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant.

### FERIA QVARTA

post Latare, Iohannis IX.

**In illo tempore Præteriens Iesus, uidit hominē cæcum à natiuitate. Et reliqua.**

**E**A quippe quæ fecit dñs noster Iesus Chr̄s stua  
 penda atque miranda, & opera & uerba sunt.  
**O**pera, quia facta sunt: uerba, quia signa sunt.  
 Si ergo qd significet hoc, quod factū est, cogitemus,  
 genus humanū est iste cæcus. Hæc em̄ cecitas cōrigit  
 in primo homine per p̄ctm̄, de quo oēs originē du-  
 ximus, nō solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si em̄  
 cæcitas est infidelitas, & illuminatio fides, quem fide  
 sem, qñ uenit Christus, inuenit: Ideo euangelista de  
 Christo dicit: [Et præteriens Iesus,] Sic præterijt em̄  
 Christus, & non in uia p̄ctōrum nostrorū stetit, sicut  
 in quadam parabola ipse dñs ait: Venit em̄ Samari-  
 tanus secus uiam, qui uenit sanare uulneratū semiui-  
 uum. Præterijt cæcum illuminare, qui uulneratus in  
 parabola dicit, hic in re gesta cæcus illuminatur. Vi-  
 dit ergo hoiem cæcum, non ut cūq; cæcum, sed cæcū  
 à natiuitate. Omnes em̄ homines præter illum solum,  
 qui ex uirgine natus est, originali p̄ctō cæci. i. cum  
 p̄ctō nati sunt, quod ex radice peccati primi parētis  
 traxerūt. **Interrogauerunt eū discipuli eius.**  
**Rabbi. Magistrum appellabant, qui discere deside-**  
**rabant. Quæstionem quippe dño proposuerunt tan-**  
**quā magistro. Quis peccauit hic aut parētes**  
**eius ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus:**  
**Hæc hic peccauit, neq; parentes eius. Quid**  
**est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, nūquid**  
**parentes huius cæci sine peccato erant? Nunquid**  
**ipse sine peccato originali natus erat, uel uiuendo ni-**  
**hil addiderat? Si ergo & parentes eius habuerunt pec-**  
**catū, & iste habuit p̄ctm̄, quare dñs dixit, [Neq; hic**  
**peccauit neq; parētes eius,] nisi ad rē respondit, de**  
**qua interrogatus est, cur cæcus nasceret? Habebāt au-**

tem peccatum parentes eius, sed non in ipso peccatū factū est, ut cæcus nasceretur. Si ergo non peccato parentum factū ē ut cæcus nasceretur, quare cæcus natus est? Audi magistrum docentem, quærit credentē, ut faciat intelligētē: ipse causam dicit, quare sit ille cæcus natus. ] Neq; hic peccauit, neq; parētes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. ] Non solum quid in hoc tantummodo cæco acturus sim, sed ut manifestetur, quid in cæcitate totius humani generis per me agēdum sit, deinde secutus adiunxit: **De oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est.** Memēto quō uniuersam gloriam illi dar, de quo est, quia ille habet filium qui de illo sit, ipse nō habet de quo sit. Quæ sunt opera dñi propter quod uenit filius dei in mundū, nisi cæcitate humani generis illuminare, uulnerata quæq; sanare, p̄dita requirere, deformia reformare? Sed quid est qd dixit, [ **Me oportet operari opera eius q misit me, donec dies est:** ] Venit em̄ nox quando nemo potest operari. ] Constat expressum ac diffinitū diem cōmemorasse dñm hoc loco seipsum, i. lumen mundi. [ **Quā diu (inqr) sum in hoc mūdo, lumen sum mundi.** ] Ergo ipse operat̄, quādiu est in hoc mundo. Putamus fratres eum fuisse hic tunc, & modo non hic esse? Si hoc putamus, iā ergo post ascensum dñi facta est nox ista metuenda, ubi nemo possit operari. Si post ascensionem facta ē nox ista, quid est quod ait discipulis suis ascēdēs in cælum, **Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad cōsumptionē seculi:** qui tunc corporali præsētia fuit in mundo, nunc diuina potētia præsēns est ubiq; in mundo. **Audiuimus diem, audiamus quæ sit nox ista. Quid igitur? Quid dicemus de nocte ista, qñ**

erit, quando nemo poterit operari: Nox ista impiorum erit, nox ista eorum erit, quibus in fine dicitur: Ite <sup>Matth. 25</sup> in ignem æternum, q̄ paratus est diabolo & angelis eius. Sed & nox dicta est in flamma ignis. Audi, quia & nox est, quæ de quodã seruo dicitur: Ligate illi manus & pedes, & projicite eum in tenebras exteriores. Operetur ergo homo, ne illa nocte praueniatur, ubi nemo possit operari. Modo est, ut operetur per dilectione: & si modo operamur, hic est dies, hic est Christus. Audi promittentem, & ne arbitreris absentem. Ecce ego uobiscum sum oibus diebus usq; ad cõsummatione sc̄i. Ibi em̄ erit nox, ubi nemo possit opari, sed recipere quod operatus est. Aliud est tempus operationis, aliud receptionis. Reddet enim unicuiq; secũdum opera sua. Audiamus sollicita mente Apostolũ <sup>Gal. 6</sup> nos exhortantem operari. Dicit enim, Dum tempus habemus, operemur bonum. Quid enim Christus dixerit, admonedo bonos, terredo malos, audiuius. Sed uideamus quid fecerit. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit super oculos eius, & dixit ei: Uade & laua in natatoria Siloæ, quod interpretatur missus. Quid fecit dñs perspiciũ est. Illuminatio enim facta est in cæco, sed magnum mysterium cõmendatur in humano genere. Expuit in terram, & ex salua lutum fecit, quia uerbum caro factũ est: & unxit oculos cæci. Inũctus erat, & nondum uidebat, mittit illũ ad piscinam, quæ uocatur Siloæ. Pertinuit autem ad euangelistam commẽdare nobis huius piscinæ intelligentiam, & ait: [Quod interpretatur missus.] Nam quis ẽ missus agnoscitis. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrũ fuisset ab iniquitate dimissus. Lauit ex-

go oculos in ea piscina, quæ interpretatur missus, baptizatus est in Christo. Si ergo quoniam eum in seipso quodammodo baptizauit, tunc illuminauit: quando inunxit, forlasse catechumenum fecit. Potest quidem aliter atque aliter tanti sacramenti exponi & tractari, profunditas, sed hoc sufficiat charitati uestræ. Vngit catechumenus. i. docetur ut credat in Christum. Mittitur ad piscinam baptismi, ut illuminetur, ut lumen uerum agnoscat, ut remissionem peccatorum accipiat, ut ex filio iræ efficiat filius dei, illuminatusque ueniat prædicare Christum. **Itaque vicini. & qui uidebant eum prius, quia mendicis erat, dicebant: Hone hic est qui sedebat & mendicabat: Alij dicebant, quia hic est: alij autem, nequaquam, sed similis est eius. Aperti oculi, uultum mutabant. Ille uero dicebat, quia ego sum. Vox grata, ne damnaretur ingrata. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt oculi tui? Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit & unxit oculos meos & dixit mihi: Vade ad natatoriam Silo, & laua. Et abiij, & laui: & uidi. ] Ecce annunciator factus est gratia, euangelizat, confitetur. Videns cæcus ille consistebatur, & cor impiorum stringebatur: quia non habebant in corde, quod iam habebat in facie. **Dixerunt ei: Ubi est ille? Ait, nescio. In his uerbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nondum uidenti. Sed ponamus fratres tanquam illam inunctionem in animo habuerit, & prædicat, & nescit quem prædicat. Adducunt ergo eum ad pharisæos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Ite, ergo interrogabant eum pharisæi quomodo uidisset. Ille autem dixit: Lutum mihi posuit super oculos meos,****

& laui, & uideo. Dicebāt ergo ex pharisæis quidā. J  
 Non oēs, sed quidam: iam em̄ inungebantur quidā.  
 Quid ergo dicebant, nec uidentes, nec uncti? **Non  
 est iste hō a deo, qui sabbatum non custodit.**  
 Ipse potius custodiebat, q̄ sine pctō erat. sabbatum  
 spirituale hoc est, non habere pctm̄, Omnis qui facit  
 peccatum, seruus est peccati. Sed isti nec uidentes (ut  
 dixi) nec inuncti, sabbatum carnaliter obseruabant,  
 spiritualiter uiolabant. **Alij dicebant: Quō po-  
 test hō peccator hæc signa facere?** Ecce sunt in  
 uncti. **Et scissima erat in eis.** Dies ille diuisus erat  
 inter lucem & tenebras. **Dicunt ergo cæco itez:**  
**Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tu-**  
**os?** Quid de illo sentis? Quid existimas? Quid iudi-  
 cas? Quærebant quemadmodū homini calumnia-  
 rentur, ut de synagoga pelleret, sed a Christo inueni-  
 rei. Sed ille constāter qd̄ sentiebat expressit. **Ait em̄:**  
**Quia ppheta est.** Adhuc quidē inūctus in corde,  
 nondū dei filiū confitetur, nec mēritur. **Tñ ipse dñs**  
**de seipso ait: Non est ppheta sine honore, nisi in pa-**  
**tria sua.** **Nō crediderunt ergo Judæi de illo,**  
 ga cæcus fuisset, & uidisset, donec uocauerunt paren-  
 tes eius q̄ uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes:  
**Nic est filius uester, quē uos dicitis, quia cæcus natus**  
**est.** Quō ergo nūc uidet? **Rñderunt eis parēres eius,**  
 & dixerūt: Scimus qā hic est filius n̄r, & quia cæcus  
 natus ē. Quō autē nunc uideat, nescimus: aut qs̄ eius  
 aperuit oculos, nos nescimus. ipm̄ interrogate, & tatē  
 habet, ipse de se loquat̄. **Jq. d. Scimus qā hic filius n̄r**  
**est, & qā cæcus natus ē, sed iuste cogemur loqui p̄**  
**infante, si ipse, p̄ se loqui nō possit.** Iste olim cæcus lo-  
 quitur, mō uidet. **Cecū a natiuitate nouimus, loquera**

Johan. 4

Matth. 23

tem olim scimus, uidentem modo uidemus, Ipsum interrogate, ut instruamini. [Hæc dixerunt parētes eius, quia timebāt Iudæos. Iam em̄ conspirauerāt Iudæi, ut si quis eum cōfiteretur esse Christū, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quæratem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, & dixerūt ei: Da gloriam deo.] Quid est, da gloriam deo? Nega quod accepisti. Hoc plane non est deo gloriā dare, sed deū potius blasphemare. Da, inquit, gloriā deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dirigit ergo eis ille: Si peccator est, nescio. Unū scio, quia cæcus cū essem, nō uideo. Dixerunt ergo ei: Quid fecit tibi, quō aperuit tibi oculos? Et ille iā stomachans aduersum duritiā Iudæorū, & ex cæco uidēs, nō ferens cæcos, [Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis. Quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri?] Quid est, nunquid, nisi quia ego iā sum? Nunquid & uos iā uideo? sed nō uideo uos uidere. [Maledixerunt ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis.] Tale male dictū sup nos, & sup filios nōs. Maledictum est em̄ si cor discutias, nō si uerba ppendas. Nos autē discipuli Moysi sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est deus. Habetis em̄ dñm dicentem: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi. De me em̄ scripsit ita: Me sequimini seruum, & dorsum ponitis contra dñm. Respondit ille homo, et dirigit eis: In hoc em̄ mirabile est, quia uos nescitis, yñ sit, et aperuit meos oculos. Scimus autē, quia peccatores deus non audit. Sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. Adhuc inunctus loquitur: nam & pētōres ex-

Johan. 9.



audiret deus. Si em̄ pctōres deus nō audiret, frustra ille publicanus oculos in terram demittēs, & pectus suū percutiens, diceret: **Dñe, propitius esto mihi peccatori.** Et per istam confessionē meruit iustificationem, quōd iste cæcus illuminationem. Sed pctōribus laudandum est cor pœnitentiæ lachrymis, ut exaudiantur: & fiat in corde illorū, quod factū est in facie cæci huius, & sentiant deū illos exaudire, qui ut peccatores saluaret, uenit in mundū. **A seculo nō est auditum, quia quis aperuit oculos cæcinitati.** **Nisi esset hic a deo, nō poterat facere quicquam.** Libere, cōstanter, & ueraciter. Hæc em̄ quæ facta sunt à dño, à quo fierēt, nisi à deo? Aut qñ à discipulis talia fierent, nisi in eis deus habitaret? **Respondērunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus.** Quid est totus? Cū oculis clausis, sed qui aperuit oculos, saluat & totū. Ipse dabit in corde resurrectionē, q̄ in faciē dedit illuminationē. **In peccatis natus es totus, & tu doces nos.** **Et eiecerunt eum foras.** Ipsi illū magistrū fecerāt: ut dī serēt, toties interrogauerūt: & interrogatū, docentē piecerunt. **Dum ergo audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dicit ei: Tu credis in filium dei?** Modo lauat faciē cordis. **Respondit: & dixit q̄si adhuc inunctus: Quis est dñe, ut credā in eum?** **Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.** Tunc p̄stratus adorauit eum. ] Deniq̄ iā faciē lota cordis, & mundata conscientia, agnoscens illum non filium Ioseph, quod ante crediderat, sed filium dei quem uidebat, ait: **Credo domine. Sed parum est dicere credo.** Vis uidere qualem credat? ] Prociēs ado

rauit eum. ] Si deum dei filium non credidisset, quē uidebat, nullatenus adorasset eum. Incumbite ergo orationibus peccatores. Cōfitemini peccata uestra, orate ut deleantur, orate ut minuantur, orate ut uobis proficientibus ipsa deficiant.

**FERIA QUINTA**  
post Latrare Iohannis V.

**In illo tempore Dixit Iesus turbis Iudæorum: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Et reliqua.**

**O**peratur pater & filius, ut naturarū diuersitas permaneat, quæ in prima conditione mundi condita sunt. Ideo dictum est in Psalmis: Qui finxit sigillarim corda eorum. Non incognita animarum genera, sed eiusdem substantiæ animas, quæ in primo homine cōdita est, reformat. Quapropter Psalmista, cum nō solū primordialē mundi creationem, sed & quotidianā creaturæ gubernationē ad laudem creatoris referret, ait inter cætera: Omnia in sapientia fecisti. Si Christum dei uirtutē & dei sapientiā recte confitemur, & omnia in sapientia fecit ac regit deus, constat nimis, quia pater usq; modo operatur, operatur & filius. Ergo pater meus (inquit) non sex solum (ut putatis) diebus primis operatus est, uerum usq; modo operatur, non nouum creaturæ genus instituyendo, sed quæ in principio creauerat, ne deficiat, propagando. Et ego operor, subauditur, usq; modo, cū eo cuncta disponens, regens, accumulans. Ac si aperte dicat: Quid mihi inuidetis? cur me uituperatis cæci le-

Psalm. 193

gis doctores, quod in forma hoīs sabbato salutē uni  
 us hoīs operatus sum, q̄ in natura diuinitatis unā cū  
 deo patre totum genus humanū, imō totam mundi  
 machinam, & cuncta uisibilia & inuisibilia quietus  
 semp̄ operor̄. Sed ipsi talis ac tāti mysterij minus ca  
 paces, propterea magis quærebāt cū interficere,  
quia non solum soluebat sabbatum, sed  
patrem suum dicebat deum, & qualē se faciē  
ens deo. In eo maxime dolebāt, quia is, quem uerū  
 ex infirmitate carnis hoīem nouerāt, se uerū dei filiū  
 credi uoluisse, id est, non gratia adoptatū, ut ceteros  
 sanctos, quibus loquitur **Propheta:** Ego dixi dii estis,  
 & filij excelsi omēs: sed natura patri per oīa æqualē.  
 Notādū sane quod dictū est, [æqualē se faciēs deo,]  
 ad iudæorū personam dictum, qui putabant dñm le  
 sum prædicando facere quod nō esset, & non ueraci  
 ter intimare quod esset. Cōmoti ergo sunt Iudæi, &  
 indignati. Merito quidē, quod audebat homo æqua  
 lem se facere deo: sed ideo immerito, quia in hoīe nō  
 intelligebant deū. Carnem uidebāt, deum nesciebāt,  
 habitaculū cernebāt, habitatorē ignorabāt. Caro em̄  
 illa templum erat, deus inhabitabat intus. Nō ergo  
 Iesus carnē æquabat patri, non formam serui domi  
 no comparabat: non quod factum est propter nos,  
 sed quod erat, quando fecit nos. Quis nanq̄ sit **Chri**  
**stus** (catholicis loquor) nostis, quia bene credidistis  
 nō uerbo tantum, sed uerbum caro factum est, & ha  
 bitauit in nobis. Recensere de uerbo quid nostis? In  
 principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum,  
 & deus erat uerbum. Hic æqualitas cum patre, sed  
 uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hac  
 carne, maior est pater, Ita pater, & æqualis & maior,

Psalm. 81.

Aequalis uerbo, maior carne: æqualis ei per quem fecit nos, maior eo qui factus est propter nos. Commoti sunt uero & turbati Iudæi, quia se æquale Christum patri fecit, qui hominem tantummodo intellexerunt, non deum. Carnem uiderunt, diuinitatem non crediderunt. **Dicit enim: Non potest a se filius a facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem.** Non alia opera facit pater, quæ uideat filius: & alia filius, quæ uiderit patrem facientem, sed eadem opera ipsa pater & filius similiter. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Non cum ille fecerit alia, filius similiter facit, sed quæcunq; ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Sed hæc facit filius, quæ fecerit pater: per filium facit pater. Si per filium facit, quæ facit pater, non alia pater, alia filius facit, sed eadem opera sunt patris & filij. Et quod ea facit & filius & eadem & similiter: Ne forte eadem, sed dicis similiter. Eadem, inquit, & similiter: & quod posuit eadem non similiter, dum omnia quæ pater facit, per filium facit, sicut dictum est: **Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.** Ideo similiter dixit: quia eadem facit filius, quæ facit & pater, quia una patris & filij in diuinitate substantia & operatio, una uoluntas & potestas, una uita & essentia. Et æqualia omnia sunt in patre & filio, nisi quod pater, pater est: & filius filius est. Separatio est in personis, sed unitas in natura. [Non enim potest filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. [Non debemus carnaliter intelligere hanc sententiã, quasi duorum hominum patris & filij, unius ostendentis, alterius uidentis: unius loquentis, alterius audientis: quia nec pater minorem habet potestatem, nec maiorem dei filij

Psalm. 103

us, cum patre & filio distantia diuinitatis non sit, sed  
 una maiestas. Ideo subiecit: Omnia enim quae cum  
patre facit pater, eadem & filius facit similiter. Si-  
 gnificationem unius naturae ostendit, & unius opera  
 nonis: quia communis est operatio patris & filij, quo-  
 rum est una natura, una etiam operatio. Ideo conse-  
 quenter subiunxit: Pater diligit filium, & omnia  
demonstrat ei quae ipse facit: ut ostenderet oem  
 hanc patris demonstrationem fidei nostrae esse doctri-  
 nam. Et ut nequaquam hic ignoratio in filio possit in-  
 telligi, cui pater opera omnia quae ipse faceret mon-  
 straret, continuo ait: Et maiora bis opera demō-  
strabit ei, ut vos admiremini. Sicut enim pa-  
 ter suscitatur mortuos et uiuificat, sic et filius  
 quos uult uiuificat. Ea enim patrem demonstra-  
 re filio dicit, quae mirentur: & quae eadem essent, illa  
 mox docuit. [Sicut enim pater suscitatur mortuos, & ui-  
 uificat, sic & filius, quos uult, uiuificat. Exaequata uir-  
 tus est per naturae indissimilis unitatem, & demōstra-  
 tionem operum. Nō ignorantis instructio est, sed  
 nostrae fidei, quae non filio scientiam ignoratorum, sed  
 nobis confessionē natiuitatis inuexit. Demonstrare  
 enim patrem, est per filiū facere quae facturus est. Nā  
 maiora opera sunt resurrectio mortuorum, quae erit in  
 nouissimo die, quam istius languentis sanitas, q̄ Chri-  
 sti uerbo sanatus est, ex quo nata est huius occasio to-  
 ta sermōis. Dicit enim, [ut uos miremini,] Et hoc dif-  
 ficile est uidere, quōd tanquam temporaliter filio coae-  
 tero aliqua demonstraret eternus pater, omnia scien-  
 ti quae sunt apud patrem, Quae sunt tñ illa maiora?  
 Maiora ergo sunt opera mortuos suscitare, quam lā-  
 gidos sanare, Sed sicut suscitatur pater mortuos & ui-

uificat, sic & fili<sup>9</sup> q̄s uult uiuificat. Nō em̄ alios p̄r, al-  
 ios filius uiuificat, sed una potestas unā uiuificatiōem  
 facit, quę etiā potestas uno honore honorāda est. Et  
 ideo cōsequēter subiunxit: Pater em̄ nō iudicat  
quenquam, sed omne iudiciū dedit filio: ut  
omnes honorificent filium, sicut honorificat  
patrem. Qui non honorificat filium, non ho-  
norificat patrem qui misit illum. Pater non iudic-  
 at quenq̄, quia patris persona in hoīe nō suscipitur,  
 nec in iudicio uidebitur, sed sola filij forma, quę iudic-  
 eata ē iniuste, & iuste iudicat uiuos ac mortuos. Nec  
 em̄ filius uidebitur in iudicio in ea natura, qua cōsub-  
 stārialis est deo patri, sed in ea qua cōsubstantialis est  
 matri, & hō factus est. Ita intelligendū est, [Pater nō  
 iudicat quenq̄, sed om̄e iudiciū dedit filio,] Jaci dice-  
 ret: Patrē nemo uidebit in iudicio uiuorū & mortuo-  
 rū, sed oēs filiū: quā & filius hoīs est, ut possit & ab im-  
 pijs uideri, cū & illi uidebūt in quem pupugerūt. Qu-  
 ne conijcere potius, q̄ aperte demonstrare uideamur,  
 p̄ferimus eiusdem dñi certam manifestamq̄ senten-  
 tiam, quam ostendimus ipsam fuisse causam, ut dice-  
 ret: [Pater non iudicat quenquam, sed omne iudici-  
 um dedit filio:] quia iudex in forma filij hoīs appa-  
 rebit, quę forma non est patris, sed filij. Nec ea filij in  
 qua equalis est patri, sed in qua minor est patre, ut sic  
 in iudicio conspicuus bonis & malis, [ut omnes ho-  
 norificent filiū, sicut honorificant patrem.] Quinō  
 honorificat filium, non honorificat patrem. Quid  
 est enim, honorificat patrē, nisi q̄ habeat filium: Ali-  
 ud est enim, cum tibi commendatur deus, quia deus  
 est: & aliud, cum tibi commendatur deus, quia pater  
 est. Cum tibi quia deus est commendatur, creator ti-

hi cōmendatur, omnipotens tibi commēdatur: spūs  
quidā summus, æternus, inuisibilis, incōmurabilis ti-  
bi cōmendatur. Cū uero tibi, quia pater est, cōmenda-  
tur, nihil tibi aliud q̄ & filius cōmenda. Quia p̄ di-  
ci nō potest, si filium nō habet: sicut nec filius, si patrē  
non habet. Sed ne forte patrē quidē honorifices taq̄  
maiorē, filiū uero tanq̄ minorē, ut dicas: Honorifico  
patrem: scio em̄ qd̄ habeat filium, & non erro in pa-  
tris nomine. Nō em̄ patrē intelligo sine filio, honorifi-  
fico tñ & filium tanquā minorē. Corrigit te ipse fili-  
us, & reuocet te, dicēs: [ Et omēs honorificent filiū, ]  
non inferius, sed sicut honorificant patrem. [ Qui er-  
go non honorificat filium, nec patrē honorificat, qui  
misit illū. Ego (in qs) maiorē honorē uolo dare patri,  
minorē filio. Ibi tollis honorē patri, ubi minorē das  
filio. Quid em̄ tibi aliud uidetur ista sententia, nisi q̄  
pater æqualem sibi filiū generare aut noluit, aut non  
potuit: Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Non  
ergo uides, quia ita sentiendū, ubi maiorem honorē  
uis dare patri, ibi es contumeliosus in patrē. Proinde  
sic honorifica filium, quomodo honorificas patrem,  
si uis honorificare & filium & patrem. Amen amē  
 dico uobis, quia qui uerbū meū audit, & cre-  
dit ei qui misit me, habet uitā æternā. Et in iu-  
dicium nō ueniet, sed transit a morte in uitam.  
Et hoc attendite. [ qui uerbū meum audit, ] & nō di-  
xit, credit mihi, sed, [ credit ei, qui me misit. ] Verbū  
ergo filij audiat, ut patri credat. Quare uerbū audie-  
rūt & credat alteri? Nōne cū uerbū alicuius audimus,  
eidē uerbū, pferenti credimus, loquēti nobis fidē ac-  
cōmodamus? Quid ergo uoluit dicere, ] qui uerbū  
meū audit, & credit ei, qui misit me, ] nisi q̄ uerbum

eius est in me? Et quis est qui audit uerbū meū nisi qui audit me, & qui credit in me? Credit autē ei qui misit me, quia cum illi credit, uerbo eius credit. Cum autē uerbum eius credit, mihi credit: quia uerbum patris ego sum. Non enim transiret de morte ad uitā, nisi primo esset in morte. Mortuus ergo erat & creuit, perierat & inuentus est. Fit proinde iam quādam resurrectio, & transeunt omnes à morte quadam ad quandā uitam: à morte infidelitatis ad uitā fidei, à morte falsitatis ad uitam ueritatis, à morte iniquitatis ad uitā iustitiæ. Est ergo & ista resurrectio mortuorū. Aperiat illam plenius, & luceat nobis ut cepit. Amen.

amen dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Hoc proprium est pateris, qui sic audiunt de incarnatione eius, ut credant quia filius dei est. Id est, sic eum, propter se factū, accipiunt in forma patris in forma serui, ut credant quia æqualis est patri in forma dei. Et ideo sequitur: Sicut enim pater habet uitā in semetipso, ita dedit & filio uitā habere in semetipso. Quod ergo ait: [dedit filio uitā habere in semetipso, breuiter dicat, genuit filium uitam in se habentē.] Neque enim erat sine uita, & accepit uitam, sed nascendo uita est. Pater uita est non nascendo, filius uita est nascendo. Pater de nullo patre, filius de deo patre. Pater propter filium est, filius uero, & quod filius est, propter patrem est: & quod est, à patre est. Hoc dixit, uitam dedit filio, ut haberet eum in semetipso, tanquā diceret: Pater qui est uita in semetipso, genui: filium qui esset in semetipso. Pro eo enim quod genuit, uoluit intelligi dedit, tanquā si cuius diceremus, dedit tibi deus esse. Sequitur enim & dicit:



**P**otestatem dedit ei iudicium facere, quia  
 filius hominis est. Puto nihil esse manifestius. **N**am  
 filius dei æqualis patri non accipit hanc potestatem  
 iudicium faciendi, sed habet illam cū patre in occulto.  
 Accipit autem illam, ut boni & mali eum uideat  
 iudicantem, quia filius hominis est. **V**isio quippe fi-  
 lij hominis exhibebitur & malis. **N**am uisio formæ  
 dei, non nisi mundis corde, quoniam ipsi deum ui-  
 debunt. i. solis pijs, quorū dilectioni hoc ipsum pro-  
 mittit, quæ ostendit seipsum illis. **E**t ideo uide qd sequit̃  
**H**olite mirari hoc, inquit. Quid nos prohibet mira-  
ri, nisi illud quod reuera miratur omnis qui non in-  
telligit. Et ideo diceret patrem dedisse ei potestatem  
iudicium facere, quoniã filius hominis est, cum ma-  
gis quasi hoc expectaretur, ut diceret, quoniam fili-  
us dei est: sed quia filium dei, secundum id quod in for-  
ma dei æqualis est patri, uidere iniqui non possunt,  
 oportet ut iudicem uiuorum & mortuorū, cum co-  
 ram iudicabunt, & iusti uideant & iniqui. **H**olite,  
 inquit, mirari, quoniam uenit hora in qua om-  
 nes qui in monumentis sunt, audient uocē  
 filij dei. **E**t procedent qui bona egerunt, in re-  
 surrectionem uitæ: qui mala gesserunt, in re-  
 surrectionem iudicij. **A**d hoc ergo oportebat, ut  
 ideo acciperet illam potestatem, qui filius hominis  
 est, ut resurgentes omnes uiderent eum in ea forma,  
 in qua uideri ab hominibus potest, sed alij ad dāna-  
 tionem, alij ad uitam æternam. **Q**uæ est autem uita  
 æterna, nisi illa uisio quæ non conceditur impijs: **U**t  
 cognoscant te, inquit, unum uerum deum, & quem  
 misisti Iesum Christum. **Q**uomodo & ipsum Iesum  
 Christum, nisi quemadmodum unum uerum deum

Johan. 8. 20

qui ostendit seipsum illis: **Non** quō se ostendet etiā  
 puniendis in forma filij hominis. **Secū**ndum illam ui-  
 sionem bonus est, scđm quam uisionem deus appa-  
 ret mundis corde, ut ait Psalmista: **Quoniam** quā  
 bonus **Israel** deus rectis corde. **Quando** autem iudi-  
 cem uidebunt mali, non eis uidebit bonus, quia non  
 ad eum gaudebunt corde, sed tunc se plangent omēs  
 tribus terræ, in numero utiq; malorum omnium &  
 infidelium, **Propter** hoc etiam illi, qui eū dixerat ma-  
 giftrum bonum, quærens ab eo consiliū cōsquen-  
 dæ uitæ æternæ, respondit: **Quid** me interrogas de  
 bono? **Nemo** bonus, nisi unus deus, cum hominem  
 alio loco dicat bonum ipse dominus: **Bonus** homo,  
 de bono thesauro cordis sui profert bona: & malus  
 homo, de malo thesauro cordis sui, pfert mala. **Sed**  
 quia ille uitam æternam quærebat, uita autem æter-  
 na est in illa cōtemplatione, quia non ad pœnam ui-  
 detur deus, sed ad gaudium sempiternum, duas hic  
 resurrectiōes ipse dominus **Iesus** **Christus** in his uer-  
 bis nobis demonstrat: **Primam**, quæ in fide est, resur-  
 gēdo à peccatis, de qua ait: **[Amē amē dico uobis,**  
 quia uenit hora in qua mortui audiēt uocē filij dei.]  
**Alterā**, ubi ait: **[Amē amē dico uobis** quia uenit hora,  
 in q̄ oēs q̄ in monumēto sunt, audiēt uocē filij dei.]  
 Illa prior est resurrectio animarum, illa sequens re-  
 surrectio erit corporum. **Qui** uero in hac prima non  
 resurgit, nec ibi ad eū resurget. **Hora** autem nunc est,  
 ut resurgant mortui. **Hora** erit in fine seculi, ut resur-  
 gant & mortui. **Sed** si resurgant nunc in mente, tunc  
 in carne resurgent. **Nunc** in mente per uerbum dei,  
 id est, per filium dei, resurgent: tunc in carne per uer-  
 bum dei caro factum, filium hominis. **Neq;** enim ad

**POST LAETARE** SIS

iudicium uiuorum & mortuorum pater ipse uenturus est, nec tamen recedit à filio pater. **Quomodo erit non ipse uenturus est? Quia non ipse uidebitur in iudicio. Videbunt in quem pupugerunt. Forma illa erit iudex quæ sterit sub iudice: illa iudicabit, quæ iudicata est. Iudicata est enim inique, iudicabit iuste. Talis apparebit iudex, qualis uideri possit à quibus coronatus est. Distinctio est inter illud uerbum, quod superius dixit, quod mortui audient uocem filij dei: & inter illud, quod hic ait: Uenit hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei. Ibi uero ait, audient, id est, obediunt, ideo ista resurrectio est ad uitã: illa uero quæ futura est, de qua dicit, audiet uocem filij dei, id est, audient ut resurgant ad iudicium. Non addidit hic, ad uitam: quia omnes ad gloriam non resurgent, sed multi ad pœnam. Ideo addidit de futura resurrectione, Qui bene fecerunt, in resurrectione uitæ, qui male egerunt, in resurrectione iudicij, id est, damnationis, quia hic iudicium pro pœna posuit. Tunc erit ultima palea, ut separet bonos à malis, triticum à paleis. Tunc ibunt impij in ignem æternum, iusti autem in uitam æternam.**

**FERIA SEXTA**

post Laetare. Iohannis XI.

In illo tempore Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Et reliqua.



**P**lurima uero in hoc miraculo resuscitationis Lazari, quae manifesta sunt, expositione in singulis non indigemus. In superiore lectioe manifestat euangelista, quod dominus exiit de manibus eorum quae lapidare eum uoluerant, & abiit trans Iordanem, ubi Iohannes baptizabat. Ibi ergo domino constituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximum Hierosolymis. [Maria autem erat quae unxit dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius dicentes: ] Iam intelligimus quod miserunt ubi erat dominus, quoniam absens, trans Iordanem scilicet, miserunt ad dominum, nunciantes quod aegrotaret frater eorum, ut si dignaretur, ueniret ut eum ab aegritudine liberaret. Ille distulit sanare, ut posset resuscitare. Quid ergo annunciauerunt sorores eius? **Domine, ecce quem amas infirmatur.** Non dixerunt, **Veni**, amant enim tantummodo nuntiatum fuit: non ausae sunt dicere, **Veni & sana**: non sunt ausae dicere, **ibi tute**, & hic fiet. **Cur enim non istae laudant, si fides illi centurionis inde laudat, quod ait: Non sum dignus ut intres sub lectum meum, sed tantummodo dic uerbo, & sanabit puer meus: Nihil horum istae, sed tantummodo: ] Domine, ecce quem amas infirmatur. ] Sufficit ut noveris, non enim amas & deseris. Dicit aliquis, quomodo per Lazarum peccator significabatur, et a domino sic amabatur? **Audiat eum dicentem: Non ueni uocare****

iustos, sed peccatores: quod nequaquam diceret, si pec-  
 catores conuersos non amaret. [ Audiens autem Ie-  
 sus, dixit illis: Infirmas hæc non est ad mortem, sed  
 pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. ] Ta-  
 lis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis pro-  
 fuit. Hoc ergo ait, [ nõ est ad mortẽ, ] quia ipsa mors  
 non est ad mortem, sed potius ad miraculum, quo fa-  
 cto, crederet hoies in Christũ, & uirarent uerã mor-  
 tem. Nam sunt hæretici qui hoc negant, quod filius  
 dei sit deus, ecce audiant, [ Infirmas ergo hæc, in q̃r,  
 nõ est ad mortẽ, sed pro gloria dei. ] Qua gloria: Cu-  
ius dei? Audi quod sequitur, Ut glorificetur filius dei  
per eam. Per quam: Per illam infirmitatem. Dilige-  
bat autem Iesus Bartham et sororẽ eius  
Mariã & Lazarum. Ille languens, illæ tristes, oēs  
electi: sed diligebat & languentium saluator, imò e-  
riam mortuorũ suscitator, & tristium cõsolator. Ut  
ergo audiret quod infirmabatur, tunc quidẽ  
mansit in eodem loco duobus diebus. Nunci-  
auerunt illæ, mansit illic ille. Tandiu ductum est tem-  
pus, quousq; quatrimum completeretur: non frustra,  
quia forte, imò quia certe & ipse numerus dierum in-  
timat aliquod sacramentum, Deinde post hæc di-  
xit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterũ.  
Vbi pene fuerat lapidatus, qui propterea inde disces-  
sisse uidebatur, ne lapidaretur. Discessit enim ut ho-  
mo, sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostẽ-  
dit potestatem. [ Eamus (inquit) in Iudæam. ] Dein-  
de hoc dicto, uidete quemadmodum discipuli terri-  
ti fuerint. Dicũt ei discipuli: Rabbi. nũc que-  
rebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis il-  
lic: Respondit Iesus: Nonc duodecim sunt

horæ diei: Quid sibi uult ista responsio: Illi dixerunt,  
 [Modo te uolebant Iudæi lapidare, & iterum uadis il-  
 luc, ut te lapident:] Et dñs: [Nōne duodecim horæ  
 sunt diei: Si quis ambulauerit in die, nō offendit, quia lu-  
 cem huius mundi uidet. Si autē ambulauerit in nocte,  
 offendit, quia lux nō est in eo.] De die quidem locutus  
 est, sed ad nr̄am intelligētiā, quasi adhuc nox est, in-  
 uocemus diē, ut repellat noctem, & cor lumine illu-  
 stre. Quid em̄ dñs dicere uoluit? Quātū mihi uidet,  
 quantū subiacer altitudo, pfunditasq; sententiæ, re-  
 darguere uoluit dubitationē illorū & infidelitatem.  
 Voluerunt em̄ dare dño consiliū ne moreretur, quæ  
 nerat mori, ne ipsi morerent. Sic etiā quodā alio lo-  
 co sct̄us Petrus diligens dñm, sed adhuc nō plene in-  
 telligēs cur uenisset, timuit ne morerēt. Et uitæ dis-  
 plicuit, i. ipsi dño. Cū ergo uellent dare cōsiliū hoies  
 deo, discipuli magistro, serui dño, ægroti medico, cor-  
 ripuit eos & ait: [Nōne duodecim sunt horæ diei: Si  
 quis ambulauerit in die, nō offendit.] Me sequimini, si  
 nō uultis offendere. Nolite mihi cōsiliū dare, quæ ad  
 me consiliū oportet accipere. Quō ergo ptinet, Nō-  
 ne duodecim horæ sunt diei: Quia ut diē se esse ostē-  
 deret, duodecim discipulos elegit. Si ego sum (inquit)  
 dies, & uos horæ, nunquid horæ diei consiliū dāt?  
 Horæ diem sequuntur, nō horas dies. Si ergo illi ho-  
 ræ, quod ibi Iudas, & ipse inter duodecim horas: Si ho-  
 ra erat, lucebat, si lucebat, quomodo diē ad mortem  
 trahebat? Sed dominus in hoc uerbo, non ipsum Iu-  
 dam, sed successorem ipsius præuidebat. Iuda em̄ ca-  
 dente, successit Matthias, & duodenarius mansit. Nō  
 em̄ frustra duodecim discipulos elegit, nisi quia ipse  
 spiritalis est dies. Sequantur ergo hora diem, prædi-

rent horæ diem. Horæ illustrêtur à die, horæ illuminentur à die. Per horarū prædicationem, credat mundus diem. Ergo ait de compendio: Me sequimini, si non uultis errare. Et post hæc dicit eis: Iazarus amicus noster dormit, sed uado ut a somno excitem eū. Verum dixit, sororibus mortuus erat, dño dormiebat: hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant. Nam dñs tanta facilitate suscitabat de sepulchro, quanta tu nō excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potētiam suā dixit dormientem, quia & alij mortui dicti sunt in scripturis sæpe dormiētes, sicut **Apostolus dicit: De dormientibus autē nolo uos ignorare fratres, ut nō contristemini sicut & ceteri, qui spem non habent. Ideo & ipse dormiētes appellauit, quia resurrecturos pronunciauit. Et in alio loco: Omnes quidē dormiemus, sed non omnes resurgemus, mortem nostram dormitionis nomine significans, Nam corpus dum desinitur ab anima, dormit in sepulchro usq; ad resurrectionē in nouissimo die. Animæ uero dū deserūt corpora, diuersas receptiones habēt. Gaudiū bonæ, malæ tormēta. Sed cū facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudiū amplius erit, & malorū tormēta grauiora, qñ cum corpore torquebunt. Dum dñs de dormitiōe amici dixerat, discipuli rñderunt, quō intellexerūt: Dñe, si dormit, saluus erit. Solēt em̄ somnia esse agrotāti interitū, uel salutis indicia. ] Dixerat autē Iesus de morte eius, illi autē putauerunt qd de dormitione somni diceret. Tūc ergo dixit eis Iesus manifeste. ] Subobscurē em̄ dixerat, dormit. Ait ergo manifeste: ] Lazarus mortuus est, & gaudeo ppter uos ut credatis, qd nō erā ibi. ] Aeger em̄, nō mortu⁹ fuerat**

1. Thess. 4

1. Cor. 15

nunciatus, sed ut lateret qui creauerat, & ad cuius manus anima morientis exierat. Hoc est, quod ait, [gaudeo propter uos ut credatis, quia non ibi erā. ] Iam inciperent admirari, quia dñs potuit dicere mortuū, quod nec uiderat, nec audierat. Vbi sane meminisse debemus, quod adhuc etiā ipsorū discipulorū, qui in eum iam crediderāt, miraculis & edificabatur fides: nō ut esse inciperet, sed ut ea quæ iam esse cōperat, cresceret: quāuis tali uerbo usus sit, q̄si tunc credere inciperent. Nō enim ait, gaudeo propter uos, ut uestra fides augeatur, siue firmetur, sed ut credatis, quod intelligēdū est, ut amplius robustiusq; credatis. **Sed eamus ad eum. Dirigit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad cōdiscipulos: Eamus et nos, ut moriamur cū eo. Venit itaq; Jesus, & inuenit eum quatuor dies iā in monumento habentem.** De quatuor diebus multa quidem dici possunt, sicut se habent obscura scripturay, quæ h̄ diuersitate intelligentium multos sensus pariūt. Dicamus & nos, quid nobis uideat significare mortuus quatruiduanus. Quomodo enim in illo cæco intelligimus quodāmodo humanū genus, sic forte & in isto mortuo multos intellecturi sumus. Diuersis eñ modis una res significari potest. Homo q̄si nascitur, iam cum morte nascitur, q̄a de Adam p̄t̄m trahit. Vnde dicit Apostolus: Per unū hoīem peccatum intrauit in mundū, & per peccatum mors: & ita in oēs hoīes pertransiit, in quo oēs peccauerunt. Ecce habes unū diem mortis, quod hō trahit de morte propaginem. Deinde crescit, incipit accedere ad rationales annos, ut legem sapiat naturalem, quā oēs habent in corde fixam, Quod tibi fieri nō uis, alteri ne feceris. Nun



quid hoc de paganis dicitur, & nō in natura ipsa quo  
 dōmodo legitur: **Furtū facere uis: pati utiq; nō uis.**  
 Ecce lex in corde tuo. **Quod nō uis pati, facere noli.**  
 Et hanc legem transgrediuntur homines. **Ecce alter**  
**dies mortis.** **Dara est etiam lex diuinitus p famulum**  
**dei Moysen.** **Dicitum est illic: Non occides, non mœ-** **Exodi. 20:**  
**chaberis, non falsum testimonium dices, Honora pa-**  
**trē tuum & matrem, nō concupisces rem proximi**  
**tui.** **Ecce lex scripta est, & ipsa contemnitur, & ad ter-**  
**rium diē mortis q̄ restat, uenitur.** **Et euangeliū prædi-**  
**cat, regnū cælorum diffamatur ubiq; Christus mi-**  
**narur gehennā, uitam p̄mittit æternā.** **Et ipsum con-**  
**temnitur, transgrediuntur hoies euangelium.** **Ecce**  
**quartus dies mortis.** **Merito iā puter.** **Nungd de tali**  
**bus neganda est misericordia? Absit.** **Etiam ad tales**  
**excitandos nō dedignatur accedere.** **Multi autē**  
**et Judæis uenerāt ad Bartham & Mariā,**  
**ut cōsolarentur eas de fratre suo.** **Bartha**  
**ergo ut audiuit quia Iesus uenit, occurrit**  
**illi.** **Maria autē domi sedebat.** **dixit ergo Martha ad**  
**Iesum: Dñe, si fuisses hic, frater meus non fuisset mor-**  
**tuus.** **Sed & nunc scio, q̄a quæcūq; poposceris à deo,**  
**dabit tibi deus.** **¶ Nō dixit, sed & rogo te mō ut susci-**  
**tes fratrem meū.** **Hoc tm̄ dixit, scio quia porēs si uis,**  
**utrum autē facias, iudicij tui est, non præsumptionis**  
**meæ.** **Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus.**  
**Dicit ei Martha: Scio q̄a resurget in nouissimo die.** **¶**  
**De illa resurrectione securus sum, de hac incerta sum.**  
**Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio et uita.**  
**Dicis, resurget frater tuus in nouissimo die. uerū est,**  
**sed p̄ quē tunc resurget, potest & mō resurgere: quia**  
**ego sum resurrectio & uita.** **Ideo uita, q̄a resurrectio.**

Quia si credit in me, non morietur in æternum. Quid est hoc, Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, uiuet. sicut Lazarus mortuus est & uiuet. Quia non est deus mortuorum, sed uiuorum. De olim mortuis patribus, hoc est, de Abraam, Isaac, Iacob, tale responsum Iudæis dedit: Ego sum deus Abraam & deus Isaac & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed uiuorum. Omnes enim illi uiuunt. Crede ergo, & si mortuus fueris, uiues: si autem non credis, & cū uiuis mortuus es. Vñ est ergo mors in anima? Quia non est fides in ea. Vnde est in corpore? Quia non est ibi anima. Ergo animæ tuæ uita, fides est. Sicut anima corporis, uita est corporis: ita fides animæ, uita est anime. Qui credit in me, inquit, etiamsi mortuus fuerit in carne, uiuet in anima, donec resurgat caro nūquam postea moritura. Hoc est, qui credit in me, licet moriatur, uiuet. [Et omnis q̄ uiuit] in carne, [ & credit in me, ] & si morietur ad tempus propter mortem carnis, [ non morietur in æternum ] propter uitam spiritus, & immortalitatem resurrectionis. Hoc est quod ait: [Et omnis qui uiuit & credit in me, nō morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtiq̄ domine. Ego credidi quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mūdum uenisti. ] Quando hoc credidi quia tu es resurrectio, credidi quia tu es uita, credidi quia q̄ credit in te, etsi moriatur, uiuet. Et qui uiuit & credit in te, non morietur in æternum. Et cum hæc dixisset, abiit & uocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, et uocat te. Aduerrendum est, quemadmodum suppressam uocem silentium nuncupauit. Nam quō siluit, quæ dixit, [Magister adest, & uocat te. ] Aduertendū etiā,

Exodi. 3.  
Luc. 20

quē admodum euāgelista non dixerit, ubi uel quādo, uel quō Mariam dñs uocauerit, ut hoc in uerbis Marthæ potius intelligeretur, narratiōis ueritate seruata. Ille ut audiuit, surrexit cito, et venit ad eum. Hondum enim uenerat Iesus in castellū, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha, Iudæi igitur, qui erant cum illa in domo, & cōsolabantur eam, cum uidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicētes: quia uenit ad mortuū eum, ut ploret ibi. Quare hoc pertinuit ad euāgelistam narrare? Ut uideamus quæ occasio fecerit, ut plures ibi essent quando Lazarus resuscitatus est. Putabant enim Iudæi propterea illam festinare, ut doloris sui solatiū lachrymis quæreret. securi sunt eam, ut tam grande miraculū quattuor dñi mortui resurgenti testes plurimos inueniret. Maria ergo cum uenisset ybi erat Iesus, uidēs eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisset hic, non esset mortuus frater meus, Iesus ergo ut uidit eā plorantem, & Iudæos qui cum illa erant plorantes, fremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Aliquid nobis insinuauit fremēdo spiritu, & turbando seipsum. Quis enim eum posset, nisi ipse seipsum, turbare? Itaq; primo hic attendite potestatem, & sic inquirete significationē. Turbaris tu nō lens, turbatur Christus, quia uoluit. Cōtristatus est Iesus, uerū est, sed quia uoluit. Esuriuit Iesus, uerū est, sed quia uoluit. Dormiuit Iesus, uerū est, sed quia uoluit. Mortuus est Iesus, uerū est, sed quia uoluit. In illius potestate erat, uel sic affici, uel non affici. Verā eī aīam suscepit & carnē, totius hominis sibi coaptās in plōnæ unitate naturam. Nam & anima Apostoli uerbo

illustrata est, anima Petri & anima Pauli uerbo illustrata est, aliorum apostolorum, sanctorum prophetarum animarum uerbo illustratae sunt, sed de nulla dictum est. Verbum caro factum est: de nulla dictum est. Ego et pater unum sumus. Anima Christi, & caro Christi, cum uerbo dei una persona est, unus Christus est. Ac per hoc ubi summa potestas, secundum uoluntatis nuntium turbatur infirmitas. Hoc est quod ait: [ Turbavit semetipsum. ] Quid est ergo quod turbat semetipsum Christus, nisi ut significet tibi, quod turbari tu debeas, cum tanta mole peccati grauaris & premeris? Atren disti enim te, uidisti te, computasti tecum: illud feci, & peperci tibi deus: illud commisi, & sustinuit me: euangelium audiui, & contempsi: baptizatus sum, & iterum ad eadem reuolutus sum, quid facio? quod eo: unde euado? Quando ista dicis, iam fremit spiritus, quia fides fremit. In uoce frementis, apparet spes resurgentis. Ergo fides tua de Christo, Christus est in corde tuo, ergo fremat Christus in corde tuo. Fleuit ergo Christus amicum mortuum, quem uenit resuscitaturus. Quare enim fleuit, nisi quia hominem flere docuit, oppressum potestatem peccatorum: Quare fremuit & turbauit semetipsum, nisi quia fides hominis sibi merito displicetis, fremere hunc ad modum debet in accusatione malorum operum, ut uiolentiae pernitendi cedat consuetudo peccandi? [ Et dixit: Vbi posuistis eum? ] Scis quia mortuus sit, & ubi sit sepultus ignoras? Et ista significatio quae est: Non ausus sum dicere, nescit. Quid enim ille nescit? sed quasi nescit. Unde de hoc probamus: Dominum audi dicturum in iudicio: Non noui uos, discedite a me. Quid est, non noui uos? Non uos uideo in luce mea, non uos uideo in illa iustitia, quam noui. Sic & hic, tanquam nesciens tale

*Joh. 1. 7.*

peccatorem, dixit: [ubi posuistis eum?] Talis ē uox  
 domini in paradiso, posteaquē peccauit Adam: Adam,  
 ubi es? Dicunt ei: Domine, ueni ⁊ uide. Quod  
 est, uide & miserere. Videt enim dñs, quando misere-  
 tur. Vnde illi dicitur: Vide humilitatem meam & la-  
horum meum, & dimitte omnia peccata mea. La-  
chrymatus ē Christus. Dixerūt ergo Iudæis  
Ecce quō amabat eum. Quid est, amabat eum?  
 Non uenit uocare iustos, sed peccatores ad pœnitenti-  
 am. Quidam autem dixerunt ei ipsis: Non  
poterat hic, qui aperit oculos cæci nati, face-  
re ut hic non moreretur? Qui noluit facere ut nō  
 moreretur, plus est quod facturus est, ut mortuus sus-  
 ciretur. Jesus ergo rursū fremens in semet  
ipso, uenit ad monumētum. Fremit & in te, si dis-  
 ponis reuiuiscere. Omi homini dicitur, qui premitur  
 pessima cōsuetudine: [ Venit ad monumentū. Erat  
autem spelunca ⁊ lapis superpositus erat ei.  
 Mortuus sub lapide, reus sub lege. Sciris em̄, quia lex  
 quæ data est Iudæis, in lapide scripra est: oēs aut̄ rei,  
 sub lege sunt. Bene uiuentes em̄, in lege non sunt, ius-  
to lex pōsita non est. Quid est ergo lapidē remoue-  
 re? Gratiā prædicare. Apostolus em̄ Paulus ministrū  
 se dicit noui testamēti, nō litera, sed spū. Nā litera (in  
quit) occidit, spiritus aut̄ uiuificat. Litera occidens,  
quasi lapis est premens. Remouēte (inquit) lapi-  
dem, remouete legis pondus, gratiā prædicate. Di-  
xit ei Bartha, soror eius qui mortuus fue-  
rat. Domine, iā fœret, quatruiduanus enim est. Dicit  
ei Iesus. Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, uide-  
bis gloriā dei? ] Quid est, uidebis gloriā dei? Quia Rom. 3 & 5  
 & fœrentem, & quatruiduanum suscitāt. Omnes em̄

1: Corin. 5

peccauerunt, & egent gloria dei. Et, Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quonia[m] audisti me. Ego autem sciebam, quia semp[er] me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credat quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, uoce magna clamauit, ut animo perpendas, quam difficile surgit, quem moles malę consuetudinis premit. sed tamen surgit, occulta gratia intus uiuificatus. Surgit post uocem magnam, qua clamauit: Lazare, ueniforas. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus in stitit, & facies illius sudario erat ligata. Quõ processit ligatis pedibus miraris, & nõ miraris quia surrexit quatruiduanus! In utro que potentia dñi erat, nõ uires mortui. Processit, & adhuc ligatus est, adhuc inuolutus, tamen foras iam processit, quid significat? Quando contemnis, mortuus iaces: & si tanta quanta dixi cõtemnis, sepultus iaces: surgis, quando confiteris. Quid est enim procedere, nisi ab occultis uelut exuendo manifestari? Sed ut confitearis, deus facit clamando, id est, magna gratia uocando. Ideo processit mortuus, adhuc ligatus, adhuc reus, ut soluerentur peccata eius. Ministris ergo hoc dixit: Soluite eum, & sinite abire. Potuit em̄ ligamēta soluere, q̄ mortuũ resuscitauit. Sed propter unitatē sanctę ecclesię, & in diuiduam charitatē dicit ministris, i. discipulis Christi: [Soluite eũ:] Quia sine unitate catholicę fidei, & charitate ecclesiasticę sanctitatis, peccata non soluuntur. Multi autē ex Iudæis, qui uenerant ad Mariã, & uiderat

quæ fecit **Jesus**, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad phariseos, et dixerunt eis quæ fecit **Jesus**. Non omnes ex iudeis, qui conuenerat ad Mariam, sed quidam, siue ex eis qui non crediderant, abierunt ad phariseos, & dixerunt quæ fecit **Jesus**, siue annunciando, ut & ipsi crederent, siue potius prodedo, ut sequerentur, sed quomodolibet, & a qui bullibet, ad phariseos ista perlata sunt.

SABBATO POST

Laetare Iohannis VIII.

In illo tempore Dixit **Jesus** turbis: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Et reliqua.



**V**bi manifeste docet, non solum qua auctoritate mulieri peccata dimiserit, (ut paulo superius refert) sed etiam quod ipse sit uera lux, quæ illuminat omnem hominem uenturum in hunc mundum. Cuius perpetuum splendorem humana fragilitas uidere non potuisset, nisi nube carnis tegeretur, per quam quasi per quoddam lucidissimum speculum, diuini luminis claritas humanis mentibus innotesceret, quæ si de purganda est, ut tanti luminis aspectu digna efficiat. **V**bi secutus ait: Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

Qui meis modo iussis & exemplis obsequitur, non timebit in futuro tenebras damnationis, sed lucē potius uitæ, ubi nunquā profusus moriatur, habebit. Itaque fratres mei, sequamur Christum lumē mundi, ne ambulemus in tenebris, Tenebræ meruēdæ sunt, mori, non oculorū. Et si oculorum, non exteriorum, sed interiorū. Vnde discernitur nō album & nigrum, sed iustum & iniustum. Antequā ergo ueniret dñs noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit, & misit. De his erat etiam Iohannes Baptista, cui tam magnū ipsum lumen, quod est dñs Christus, phibuit testimonium, quali nulli hominū. Ait enim: Inter natos mulierū non surrexit maior Iohāne Baptista. Hic tamen, quo nemo erat maior inter natos mulierum, dicit de dño nostro Iesu Christo: Ego quidem baptizo uos in aqua. Qui autem uenit post me, fortior me est, cuius nō sum dignus calceamēta soluere. Videte quēadmodū se lucerna diei submitrat. Lucernam uero ipsum Iohannem fuisse dñs ipse testatur. Ille erat (inquit) lucerna ardens & lucens, & uos uoluitis ad horam exultare in lumine eius. **Respondunt ergo pharisæi: Tu de te ipso testimonium dicis, testimoniū tuum non est uerū.** Videamus qd audiant, audiamus & nos, sed nō sicut illi: illi contemnentes, nos credentes: illi Christū occidere uolentes, nos per Christum uiuere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mentesq; nostras, & audiamus quid Iudæis respōderit dominus. **Respondit Iesus. & dixit eis: Et si egodeme ipso testimonium perhibeo, uerum est testimonium meū: quia scio unde uenio, & quo uado. Patrē uolebat intelligi, Et si patri gloriā dabit filius,**



regalis glorificat eū à quo est missus, quātum debet  
 hō glorificare eū à quo est creat<sup>9</sup>. [Scio unde uenio,  
 & quō uado.] Iste q in praesentia uobis loquitur, ha  
 bet qd non deseruit, sed tñ uenit. Non em̄ ueniendo  
 inde discessit, aut redeundo nos dereliquit, qui dixit:  
 Ecce ego uobiscū sum om̄ibus diebus, usq; ad cōsum  
 mationem seculi. Ergo uerum est testimoniū lumi  
 nis, siue se ostendat, siue aliter: q̄a sine lumine nō po  
 test uideri lumē, & sine lumine nō potest uideri qd  
 libet aliud, quod nō est lumen. Sicut em̄ lumen & se  
 ipsum ostendit, & quæ circa sunt: ita & Christus, & se  
 ipsum ostendit, & alios illuminat, qui charitate circa  
 se sunt, & sequuntur illum, non pedum gressibus, sed  
 charitatis officijs. Duos aduētus domini nostri Iesu  
 Christi legimus in scripturis sanctis à prophetis esse  
 praedictos, unū misericordiae, qui peractus est, alter  
 iudicij, qui uenturus est. Prima ergo dispēsatio  
 domini nostri Iesu Christi medicinalis, nō iudicialis.  
 Nam si primo uenisset iudicaturus, neminē inuenis  
 set cui praemia iustitiae redderet. Quia ergo uidit oēs  
 peccatores, & omnino esse neminem immunē à mor  
 te peccati, prius erat eius misericordia praerogāda, &  
 post exercendum iudicium. Quia de illo cantauerat  
 Psalmus: Misericordiam & iudicium cātabo tibi do  
 mine. Non em̄ ad iudicium & misericordiam. Nam  
 si primum esset iudiciū, nulla esset misericordia: sed  
 primo misericordia, postea iudicium. Quæ est prima  
 misericordia: Creator hominis homo esse dignatus  
 est, fact<sup>9</sup> quod fecerat, ne quod fecerat periret. Quid  
 huic misericordiae addi potest: Addidit tñ. Nam re  
 probatus ab hoībus, pro quorū salute uenerat in mū  
 dū, irrisiones sustinuit, flagella, sputa, opprobria ini

Watt. vi.

Psalm. 109

Sala. 6.

micorū, turpissimā mortē crucis. Hęc omnia sustinuit, quia uoluit, ut saluaret hoīem quem creauerat. Nul- lum genus mortis intolerabilius fuit cruce, ppter lō- gos cruciatus: sed nihil gloriosius, q̄ signū crucis por- tare in fronte. Vnde Apostolus ait, gloriā crucis prę- dicans: **Multi autē abūt gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, p quē mihi mundus crucifixus est & ego mundo.** Quia uenit neminē iudicare, consequen- ter ludæis respōdit: **Vos secundum carnem iu- dicatis, ego non iudico quenquā.** Pertulit iniu- stum iudiciū, ut ageret iustum: sed in eo quod pertu- lit iniustum, misericordiæ fuit. Deniq; ira humilis fa- ctus est, ut perueniret ad crucē. Distulit quidē poten- tiam, sed publicauit misericordiā. Vnde distulit potē- tiam? Quia de cruce descēdere noluit, qui posuit de sepulchro resurgere. Vnde publicauit misericordiā? Quia pendēs in cruce, dixit: Pater, ignosce illis, q̄a ne sciūt qd faciūt. Siue ergo propter hoc, q̄a nō uenerat iudicare mundū, sed saluare mundū, dixit: [Ego non iudico quenquā: siue (quēadmodum cōmemorauī) qm̄ dixerat, [Vos secūdam carnem iudicatis, ] addi- dit, [Ego non iudico quenquam: ] ut intelligamus, Christum nō secundum carnē iudicare, scdm̄ quod ab hoībus iudicatus est. Non ut cognoscatis iā, ut iu- dicē Chr̄m, audite qd sequitur: **Et si iudico ego, iudiciū meum uerū est.** Ecce habet & iudiciū. Sed agnosce saluatorē, nē sentias iudicium. Quare autē di- xit iudicium suum uerū esse? **Quia solus (mḡ) nō sum, sed ego ⁊ qui misit me pater.** Quid est mis- sio Christi, nisi incarnatio eius: Missus ē Christus, id ē est, si dicas, incarnatus est Christus. Et à patre missus erat, & à patre nunquā recessit, Et hic fuit p̄ incarna-

tionē, & hic est modo per diuinitatē. **Fides** ergo mū-  
 dat corda nra, ut intellectus impleat corda nostra.  
**Et** ut intelligamus, mysteriū salutis nostrae altū est,  
 profundū est, secretū est, una substātia est, una diuini-  
 tas ē, una maiestas patris & filij. **Pater** nō passus est,  
 sed solus filius. **Ergo** intelligamus missionē filij noīa  
 tam incarnationē filij: patrem autē incarnatū esse nō  
 credas. **Vnde** ergo uerū est iudiciū eius, nisi q̄a uerus  
 est filius patris? [**I**deo dixit, iudicium meū uerū est,  
 quia solus nō sum, sed ego, & q̄ me misit, pater. ] **Idē**  
 ergo in alio loco dixit: **Ego** & pater unū sumus. **Vnū**  
 in substātia, duo in persona, **Vnū** dixit, in substātia  
 unitate: sumus dixit, propter personarū distinctionē.  
**Audi** quid dixit: [**Ego** & q̄ me misit, pater. ] **Distin-**  
 gue personas: agnosce quia pater, pater est: agnosce,  
 quia filius, filius est: ne in barathrū Sabellianū perue-  
 nias. **Et** noli dicere, aliud & aliud: sed dic, alius & ali-  
 us. **Nō** aliud in substātia, sed alius in persona. **Nō** pa-  
 ter maior, non filius minor in diuinitatis gloria: sed  
 crede, unū sumus. **In** eo q̄d dixit ipsa ueritas, unū, li-  
 bera te ab **Arrio**: quod dixit, sumus, libera te à Sabel-  
 lio. **Si** unū, nō ergo diuersum: si sumus, nō ergo unus.  
**De** iudicio dixerat, [**Ego** nō iudico quenq̄: ] de testi-  
 monio nūc uult dicere: **In lege** (inquit) **uestra scri-**  
**ptū est.** **Vestra** dicit, tanquā diceret, **In** lege quae uo-  
 bis à deo data est, sicut dicimus: **Panē** nostrū quori-  
 dianū, quē à deo nobis dari poposcimus. **Quid** est q̄d  
 in lege eorū scriptum est: **Quia duorū hominum**  
**testimonium uerum est.** **Nūquid** semper duo ho-  
 mines uerum dicunt testimonium? **Nonne** duo falsi  
 testes contra **Susannam** falsum protulerunt testimo-  
 nium? **Et** **Iudaeis** quarentibus falsum testimonium **Danie. 13.**

Matth. 26

contra Christum, dicit euangelista: **Venerunt nouissime duo falsi testes. Nūq̄d q̄a duo erāt, ideo falsi testes non erant: Quid de duobus dicimus uel tribus? Vniuersus populus mentitus est cōtra Christum. Si ergo totus populus, qui cōstat ex magna hominum multitudine, falsum testimonium dicere inuētus est, quō accipiēdum est, In ore duorum uel trium testiū stabit omne uerbum, nisi quia hoc modo per mysterium trinitas commendata est, in qua perpetua stabilitas ueritatis est? Si uis habere bonam causam, habeto duos uel tres testes, patrem & filium & sp̄s sanctum. Deniq̄, q̄n Susanna casta fœmina fidelisq̄ coniūx à duobus falsis testibus urgebatur, trinitas illi in conscientia atq̄ in occulto suffragabatur. Illa trinitas de occulto unum testem Danielem excitauit, & duos conuicit. Ergo quia in lege uestra scriptū est, duorum hominum testimonium uerum esse, accipite uerum testimonium, ne sentiat iudiciū. [Ego em̄ (inquit) nō iudico quenquā, sed testimonium perhibeo de meipso.] Differo iudicium, non differo testimonium. Eligamus fratres testimoniū dei, quia testimonium dei uerum est. Et quō testis est omnīū quæ agimus, iudex erit oīm quæ fecimus. Et alium non quærit testem, nisi seipsum: qui omnia secreta cordis nostri cōsiderat, & quid, uel ex quo fonte procedat. Ideo testis, quia non quærit alium unde cognoscat quis, uel qualis sit uita tua, qui reddit unicuiq̄ secundū opera sua. Responderunt ergo Iudæi dño loquenti de patre suo, & dixerūt: **Ubi est pater tuus? Patre Christi carnaliter acceperunt, quia uerba Christi secū dum carnem iudicauerunt. Erat autem qui loquebatur, in aperto caro, in occulto uerbum: homo mani-****

festus, deus occultus. Videamus ergo quid ad hec dominus respondit. **V**bi est, inquiunt, pater tuus? **A**udiuimus enim te dicere, solus non sum, sed ego & qui me misit pater. **N**am solum te uidemus, patrem tuum tecum non uidemus. **Q**uomodo te dicis solum non esse, sed cum patre tuo esse? **A**ge, ostende nobis tecum esse patrem tuum. **E**t dominus: **N**unquid me uidetis, & patrem meum non uidetis? **H**oc enim sequitur, hoc suis uerbis ipse respondit, quorum uerborum expositionem nos ante premissimus. **V**idete enim quid dixerit. **R**espondit **I**esus: **N**eque me scitis, neque patrem meum. **S**i me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. **D**icitis ergo, [ **V**bi est pater tuus, ] quasi iam sciatis, quasi totum hoc sim, quod uidetis. **E**rgo quia me non nostis, ideo uobis patrem meum non ostendo. **H**ominem quaeritis, quia secundum carnem iudicatis. **Q**uia uero, secundum quod uidetis, aliud sum: & aliud, secundum quod non uidetis, patrem autem meum loquar occultum. **O**ccultus prius est, ut me noueritis, tunc & patrem meum scietis. [ **S**i enim me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. ] **U**lle qui omnia scit, quando dicit forsitan, non dubitat, sed increpat. **A**ttende enim quomodo increpative dicatur ipsum forsitan, quod uidetur esse uerbum dubitationis: sed dubitationis uerbum est, quando dicitur ab homine dubitante: ideo dubitare, quia nesciente. **C**um uero dicitur a deo uerbum dubitationis, cum deum nihil utique lateat, illa dubitatio arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. **H**omines enim de his rebus quas certas habent, aliquando increpative dubitant, id est, uerbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitant. **V**elut, si indigneris seruo tuo,

2. Cor. 7.

& dicas: Contemnis me? considera forsitan dominus tuus sum. Hinc & Apostolus ad quosdā contempores suos loquens, ait: Puto autem quod & ego spiritum dei habeo. Quod dicit puto, dubitare uidet, sed ille inerepabat, non dubitabat. Et dominus Christus

Luc. 18

alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani, Cum uenerit (inquit) filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Scit ergo omnia, per quæ facta sunt omnia, & tamen dubitando increpat: [Si me sciretis, & patrem meū forsitan sciretis.] Increpat infideles, admonet fideles, ut sciāt unæ esse cognitionem patris & filij, quatenus sciant cognitionē filij dei, cognitionem esse & patris. Ideo discipulo electo

Johan. 14

poscenti ut ostenderet eis patrem, respondit: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Si dissimilis esset filius patri, nūquid diceret discipulis suis, Qui me uidet, uidet & patrem? Nunquid diceret iudæis, Si me sciretis, & patrē meum sciretis? **Hæc uerba locutus est Iesus in gazophylacio, docēs in templo.** Magna fiducia sine timore. Non em pateretur, si nollet: quia nec nasceretur, si nollet. Quid est quod hæc uerba Iesus in gazophylacio, docens in templo, locutus est? Gazophylacium est, ubi thesauri cōduntur. Iesus in gazophylacio loquebatur iudæis, cū in parabolis locutus est turbis. nam gazophylaciū fuit Christi, in quo omnia latuerūt mysteria tunc aperienda, dū ipse, qui latuit in litera, loquebatur: non in puerbijs, sed palā omnia fidelibus suis enarrans. Nā & gazophylacia adhærebāt templo, quia ipse Christus templum est, de quo ipse ait: Soluite templum hoc. Cui omnia mysteria ueteris legis adhærebant, & ad

eum omnia respiciebant, donec ueniret ad aperiēda  
 singulorū gazophylacia mysteriorum, aperiēte eo  
 sensus fidelium suorum, ut intelligerēt quæ latebāt,  
 sicut euangelista ait: **Tunc aperuit illis sensum, ut in-**  
**relligerent scripturas.** Denique quid sequitur, audia-  
 mus: **Nemo apprehendit eum, quia necdum**  
**venerat hora eius.** Scilicet omnia sunt dispositio-  
 nis suæ, omnia uoluntatis suæ. Quia qui uoluntate  
 natus est, uoluntate & passus est. Si ergo pati noller,  
 non pateretur: sed si non pateretur, sanguis illius nō  
 funderetur: si sanguis ille non funderetur, mūdus nō  
 redimeretur. Agamus itaque gratias & potestati di-  
 uinitatis, & miserationi infirmitatis eius, de occulta  
 potentia, quam Iudæi non nouerant, unde illis mo-  
 do dictum est: **Neque me noſtis, neq; patrem**  
**meum** & de carne suscepra, quam Iudæi nouerant,  
 & cuius patriam sciebant. **U**nde illis alio loco dixit:  
 Et me scitis, & unde sim scitis. **U**trūq; nouerimus in  
 Christo, & unde æqualis patri, & unde illo maior est  
 pater: illud uerbum est, illud caro: illud deus est, illud  
 homo: sed unus **Christus, deus & homo.**

**DOMINICA QVIN-**  
**ta in quadragesima, quæ dicitur in**  
**passione dñi, Iohan. VIII.**

**In illo tempore Dicebat Iesus turbis**  
**Iudæorū, & principibus sacerdotū: Quis ex**  
**uobis arguet me de peccato? Si ueritatem**  
**dico, quare uos non creditis mihi? Et rel,**

Johan. 8



**P**ostquã dñs Iudæos conuicit, & eos filios diaboli esse ostendit, dicens: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri facere uultis: & postquam (quę in eadem historia superius legunt, quia de genere nobilitatis gloriabatur, dicentes: Semen Abraę sumus, & nemini seruiuimus unq̃) demonstrauit nihil pro-

delle nobilitatē carnis sine nobilitate mentis, adiunxit, dicens: Amen amen dico uobis, quia om̃is qui facit pct̃m, seruus est peccati. Seruus autē non manet in domo in æternū. **V**t ergo ostenderet quia si eum imitari uellent, filij dei esse possent, adiunxit hoc quod in capite huius lectionis habetur: [ Quis ex uobis arguet me de peccato? ] Quis, p̃nomen infinitum, aliquñ uim interrogantis habet, aliquñ abnegantis. Interrogantis, sicut per Psalmistā dicitur: Dñe, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut q̃s requiescet in mōte sancto tuo? Ad quam interrogationē protinus respondetur, cum subditur: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Abnegantis, sicut Salomon ait: Quis p̃t dicere, mūdū est cor meū, purus sum à pct̃o? **E**t iterū: In inferno autē quis cōfitebitur tibi? ubi subaudiendū est p̃ singula, nullus. Ira & in hoc loco abnegatiue ponit, cū à dño dicitur: [ Quis ex uobis arguet me de peccato? ] subauditur, nullus. Nemo eū de pct̃o arguere poterat, q̃ ut peccatores à pct̃o sol-

Psalm. 14

Proue. 20

Psalm. 6



ueret, in mundum absq̄ pctō uenerat. Alij nanq; ho-  
 mines similes sibi de peccatis redarguere possunt, si-  
 ue de prateritis, siue de futuris, quæ perpetrari pos-  
 sunt: dñm autem Iesum Christum nec de prateritis,  
 nec de futuris ullus redarguere præualet, quia carnē  
 quidem ex carne traxit Adam, sed tñ nullam culpā  
 peccati ex origine traxit Adæ. De quæracissime Apo-  
 stolus Petrus ait: Qui pctm̄ non fecit, nec inuētus est  
 dolus in ore eius. Et ipse dñs de seipso: Venit ad me  
 princeps huius mundi, & in me non habet quicquā.  
 Nec solum eius sancta conceptio atq; natiuitas absq;  
 pctō fuit, sed etiam om̄is eius operatio, prædicatio,  
 atq; inter homines conuersatio irreprehensibilis ap-  
 paruit, sicut ipse ait in euāgelio: Si male locutus sum,  
 testimoniū perhibe de malo. Et iterū: Opera que ego  
 facio in noīe patris mei, ipsa testimoniū perhibēt de  
 me. Vt autē ostenderet eos à peccatis liberari posse,  
 si in eum credere uellent, subiunxit, dicens: Si ue-  
ritatem dico, quare uos nō creditis mihi: Ve-  
ritas ipse est qui ait: Ego sum uia, ueritas & uita. Ac si  
diceret, Cū mihi q̄ ueritas sum, à patre ueritatis ueni-  
ens, ueritatē uobis loquēti nō ceditis, profecto filios  
illius uos esse oñditis, qui ab initio mēdax fuit, &  
in ueritate nō stetit, qm̄ ueritas in eo nō est. Qui est  
ex deo, uerba dei audit. In his uerbis unusquisq;  
 suam consciētiam probare potest, urrum ex deo sit  
 an non. Qui em̄ uerbū dei libenter audit, & libentius  
 opere cōplet, nullo modo se ex deo esse dubitet, qm̄  
 sic dñs ait in euangelio: Non est arbor mala faciēs  
 fructus bonos. Qui uero uecors & durus uerbū dei  
 audire contēnit, uel si eum aure corporis audierit, il-  
 lud nullo studio uel labore in ope mittere conatur.

1. Petri. 2.

Johan. 1.4

Johan. 18.

Johan. 10.

Johan. 1.4

Matth. 7

profecto se ex deo non esse manifestat: quales erant isti, quibus à dño dicitur: **Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis.** In quibus uerbis quaestio oritur, quare dñs dicat iudæis: Vos ex deo non estis, cum a libi scriptum sit: Vidit deus cuncta quae fecit, & erant ualde bona. Et iterum: Qui manet in aeternum, creauit omnia simul. Ad quod dicendum, quia non negat eos natura ex deo esse, sed uitio. Aliud est enim natura in homine, aliud peccatum. Natura in homine, à deo creata ualde bona est, peccatum à diabolo inuentum est. Bonum quippe sine malo esse potest, malum uero sine bono esse non potest. Quia priuatio boni, nihil aliud est, nisi inuentio mali. Igitur condicione ex deo erant, sed uitio ex deo non erant. Quod apertius cognoscimus, si paululum huius lectionis superiora attendamus. Legimus enim, quia eisdem iudeos filios Abrae confessus est, dicens: Scio quia filij Abrae estis, & post pauca esse filios Abrae negauit, subiiciens: Si filij Abrae estis, opera Abrae facite. Ergo per propaginem carnis filij erant Abrae, sed per imitationem humilitatis & fidei, non erant filij Abrae. Sic ergo ut dictum est, natura ex deo erant, sed uitio ex deo non erant. Quod genus locutionis a deo usitatissimum est in scripturis, ut etiam in communi locutione reperiatur. Verbi gratia, uideo hominem peccatorem, cum hominem nominamus, naturam intelligimus: cum subiungimus peccatorem, uitium. Similiter etiam & homines bonos dicimus, & homines malos: bonos, quia à deo sunt conditi: malos, quia uitiosi. Et dicimus angelum bonum, & angelum malum: non quod ipse per naturam malus esse possit, sed quod uitio se malum esse fecit. Sed quod dñs uerbis de iudæis testatur, scilicet quod ex deo non essent, ipsi de se

Ecccl. 18

Johan. 8

Operibus manifestat. Nam ex correptione, qua emendari debuerant, deteriores effecti sunt. Quia sicut sequitur. Responderunt, & dixerunt ei: Nonne bñdicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes? Quod ut ad uituperationem pertinere, illos dñm demonium habere dixisse, manifestum est. Sed quid uituperationis habeat, qd eum Samaritanum noiauerint, propter eos, qui historiam ignorant, commemorandum est. Legimus enim in Regum li. 3. Reg. 17. quod decem tribus filiorum Israel in Samaria ad suggestionem Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Israel, relicto deo patrum suorum, uitulos aureos & argenteos, quos ipse in Bethel & Dan statuerat, coluerint. Euidem loco suscitauit dominus contra illos Salmanassar regem Assyriorum, qui duxit eos captiuos in exterarum nationes, ita tamen, ut in eorum regione alias gentes constitueret. Quae etiam cum ibi deos suos colerent, misit dominus in eos pessimas bestias, urfos scilicet & leones, ad quorum morsus & plagas cum plures morerentur, miserunt nuncios ad regem, dicentes: Terra, in qua habitamus, optima est, sed habitatores suos deuorat, eo quod ignoremus legitima dei terrae colere. Tunc rex inuito consilio, misit unum de sacerdotibus Hebraeorum, qui eos legitima dei terrae colere doceret, & eo tempore ipsae gentes deum caeli coluerunt, non tamen idola sua relinquentes. Tribus autem Iuda & Benjamin, in quibus reges de stirpe Dauid regnabant, sicut ei dominus promiserat, uicem ei se daturum ex semine eius in aeternum, nec tamen adhuc ductae in captiuitatem, in Ierusalem manebant. Ex quo tempore Iudaei dicti sunt, uel ut qui tam puri, a Iuda Machabaeo. Tanta igitur discordia inter Iudaeos & praedictos Samaritanos excreuit, ut

nullus Iudæorum familiariter colloquiū habere dignaretur cum eis, nec conuiuium participare, nec aliquid societatem habere, sicut ostendit mulier Samaritana, quæ dño dixisse fertur, sicut in euāgelio legitur:

**Johan. 4.** Quomodo tu Iudæus cū sis, bibere à me potes, quæ sum mulier Samaritana? Non enim contumetur Iudæi Samaritanis. Quemcūq; autem Iudæi improperio laceessere uolebant, illum Samaritanum uocabāt. Vñ contra dñm felle cōmoti, quia nec uera mala quæ exprobrarent inuenire poterāt, falsa improperia imposuerunt, dicentes eum dæmonium habere, & Samaritanum esse. **Et cum in ueritate eis respondere posset, uos dæmonium habetis, noluit, sed uerū malū quod in ipsis esse cognouit, patienter tacuit, imirabilem nobis patientiam ostēdens, ut quotiescūq; à proximis iniurias patimur, eorum uera mala patienter taceamus, ne forte talis correptio nō ex dilectione, sed ex uindicta nata uideatur.** **Respondit Iesus & dixit illis: Ego dæmonium non habeo.** Norandū autem quod duo ei opposita fuerunt, sed ipse unum negauit, alterum uero tacendo cōsensit. Negauit se dæmonium habere, non tñ negauit se esse Samaritanum. Samaritanus quippe interpretatur custos. Noluit ergo dñs se Samaritanum esse negare, qui se nostrū nouerat esse custodem, illum scilicet, cui Propheta suū dicitur: Custodi me domine ut pupillā oculi. **Et iterum dicitur: Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi. Et, non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Et, Custodi aīta stodiens paruulos dñs. Iste est enim ille Samaritanus, qui proximum suum inueniens uulneratum, alligauit uulnere eius, & imponens illum in iumentum**

**Psalm. 16.**

**Psalm. 140**

**Psalm. 120**

**Psalm. 114**

tum, duxit in stabulū, & curam eius egit. De quo per  
 prophetam Isaiā dicitur: **Onus Duma ad me clamat**  
 ex Seir: **Custos quid de nocte, custos quid de nocte?**  
 Dixit custos: **Venit mane & nox. Si quaeritis, quærite:**  
**conuertimini & uidete. Sed honorifico patrem**  
**meum, & vos inhonorastis me. In multis locis**  
 euāgelij inuenimus, filiū patrē honorificasse. Nō solū  
 em in carnationis suæ mysterium ad patris gloriā re-  
 tortit, sed etiam prædicationē, miraculorū ostensionē  
 & infirmorū curationem, sicut ipse ait: **Ego à me ipso**  
 nō ueni, sed pater meus misit me. **Et iterum: Mea doctri-**  
**na non est mea, sed eius qui misit me patris. Et alibi:**  
**Pater maior me est. Et iterum: Pater sancte, manifesta-**  
**uino mē tuū hoībus, quos dedisti mihi. Et iterum: Ego**  
**à me ipso nihil facio. Et in passiōe: Pater, si fieri poterit,**  
**transcat à me calix iste. Sed Iudæi filiū patrem hono-**  
**rantem inhonorauerunt, quando dixerunt: In Beel-**  
**zebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et ite-**  
**rum: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es**  
**tu, & dæmonium habes? Et, Hic homo nō est à deo,**  
**qui sabbatū non custodit. Et, Si non esset hic malefa-**  
**ctor, nō tibi tradidisset eum. Ego non quero**  
**gloriā meā, est qui quærat & iudicet. Cum filius**  
 dei multa signa faceret, multas uirtutes ostenderet,  
 gloriam suam non quæsiuit. **Ut nos eius exemplo in-**  
**structi, discamus de bono quod agimus nō gloriari,**  
 ne forte dirigatur ad nos illa sententia, quæ ait, **Quid**  
**superbis terra & cinis? Vnde Apostolus gloriantē in**  
**se præsumptionē reprimat, dicēs: Quid habes quod non**  
**accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi nō acce-**  
**peris? Sed quaerit quare dicat: Ego nō quero gloriā**  
**meam, est qui quærat & iudicet, cum alibi dixisse le-**

Isai. 63.

Johan. 8

Johan. 7

Johan. 14

Johan. 17.

Johan. 8

Matth. 16

Matth. 9.

Johan. 8

Johan. 9.

Johan. 18

1. Corin. 4

garur: Pater nō iudicat quēquam, sed omē iudiciū dedit filio: Si pater omē iudiciū dedit filio, quare idē filius post acceptam contumeliā dicit, [Est qui gr̄at et iudicet:] **A** quod dicendū, quia iudiciū in scripturis duplicē significationem habet. Aliquando autem ad discretionem, aliquādo pertinet ad damnationē. **N**isi em̄ ad discretionē pertineret, nequaquā **P**salmista diceret: Iudica me deus, & discerne causam meā de gente non sancta. **E**t, Deus in nomine tuo saluum me fac. **E**t nisi ad condemnationem pertineret, saluator nullo modo in euangelio dixisset: Veniet hora quando mortui audient uocem filij dei, & procedēt qui bona egerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala, in resurrectionem iudicij. **E**rgo in hoc loco iudiciū ad discretionem pertinet, cum ait: [Ego non quæro gloriā meam, est qui quærat & iudicet.] **A**cti diceret: **E**st pater meus qui discernit inter causam meam & uestram. **M**ittens enim deus pater filium suū in mundum, non solum à reprobis, sed etiam à iustis eius causam lōge discretā ostēdit. **A**lij enim cum peccato nascuntur, ille sine peccato est natus: alij ad mensuram accipiunt sp̄m sanctum, in eo autē habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter, sicut **I**saias ait, **E** requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pieratis, & repleuit eum spiritus timoris domini. **D**e qua discretiōe per **P**salmistam dicitur: **V**nxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. **S**ecundum uero illud iudiciū, quoreprobi in condemnationem mittentur, pater non dicitur quenquam iudicare, sed omne iudiciū dedit filio: quia iustum & æquū est, ut filius dei q̄ ab homi-

**P**salm. 42  
**P**salm. 53

**J**ohan. 5

**I**sai. 11.

**P**salm. 44

tribus iniuste est iudicatus, in uniuersali iudicio iudex  
 uiuorum & mortuorum appareat, & segreget bonos  
 à malis, sicut ipse ait: **Cum** sederit filius hominis in se- **Matth. 19**  
 de maiestatis suæ, tunc congregabunt ante eum omnes  
 gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor sepa-  
 rat oues ab hædis. De quo iudicio alibi in euange-  
 lio legitur: **Potestatem** dedit ei pater facere iudiciū, **Johan. 5**  
 quia filius hominis est. **Et** Apostolus: **Oñes** nos ma-  
 nifestari oportet ante tribunal **Christi**, ut referat u- **2. Cor. 5**  
 ni quisque prout gessit, siue bonum, siue malum.  
 Nec alicui impossibile debet uideri, uno iudiciū no-  
 mine duas habere significationes, cum multa talia in-  
 ueniantur in scripturis. **Est** enim tentatio adducens  
 gloriā, & est tentatio adducens peccatum. **Est** timor  
 seruilis, quem perfecta charitas foras expellit: & est ti-  
 mor castus, qui permanet in seculum seculi. **Sic** est &  
 iudicium, quod pertinet ad discretionem: & iudici-  
 um, quod ad condemnationem. **Sed** nec ingratus do-  
 mius beneficium suæ prædicationis subtrahit. **Nā**  
 quos per increpationem corrigi non uidebat, blan-  
 da promissione ad corrigendū prouocat, dicēs: **Amen**  
**amen dico uobis, si quis sermonem meū ser-**  
**uauerit, mortē non uidebit in æternū.** **Sem-**  
**per** enim amen in euangelio Iohannis geminatur, ut  
 quod dicit, credatur uerius. **Quæritur** autem quare di-  
 car, **[Si quis sermonem meum seruauerit, mortē nō**  
**uidebit in æternū,** **[cum** legamus sanctos patres ser-  
 uasse domini sermonē, & tñ mortem corporis nullo  
 modo euasisse, excepto **Elia** & **Enoch**, q̄ quis adhuc  
 uiuant, mortē tñ corporis nō euadent. **Ex** quo enim  
 primus parens noster præceptū uitæ cōtempserit, se su-  
 amq; sobolē conditioni mortis subtrahit, iuxta sentē-

- Sene. 2** tiam dñi comminantis: Quocūq; die comederitis ex ligno sciētiae boni & mali, morte moriemini. Et unde scriptura dicit: Quis est hō qui uiuet, & non uidebit mortē? Subauditur, nullus. Hac autē lex humanae cōditioni constituta est, ut quicūq; gustauerit uitā, gustet & mortē, maxime cū de dño scriptū sit: Et dñi dñi exitus mortis. Quare ergo dicit, [ Si q̄s sermonem meum seruauerit, mortē non uidebit in aeternum? ] Ad quod dicendū, quia alia est mors animae, & alia corporis. Anima nāq; per p̄ctm̄ moritur, sicut scriptum est: Anima quae peccauerit, ipsa morietur; corpus uero, p̄pter p̄ctā peccati, quia sicut ait scriptura: P̄ctā cum consummata fuerint, generant mortem. Vtriusq; igitur genus mortis dñs comprehendit, cū dicit: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Id est, ut mortui animae sepeliant mortuos corporis. Vita quippe corporis, anima est: & uita animae, deus ē. Sicut em̄ moritur corpus sine anima, sic anima sine deo. De hac ergo morte. i. de morte animae, de morte peptua, de morte gehēnali dicit: [ Si quis sermonē meū seruauerit, mortē non uidebit in aeternum. Qm̄ quicūq; p̄ceptum dñi custodierit, licet in mortē corporis incidat, tñ a morte animae liberabitur, canens cum Propheta: Si ambulauero in medio umbrę mortis, non timebo mala, qm̄ tu mecum es. Vnde dñs in euangelio: Ego sum resurrectio & uita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, Et om̄s qui uiuit & credit in me, non morietur in aeternū. Et Iohānes in Apocalypsi: Beatus & sanctus q̄ habet partem in resurrectione prima. In his sc̄da. i. animae mors, non habet potestatem. i. qñ anima de uitijis in hoc seculo trāsit ad uirtutes. Quod ut facilius intelligatur, aliq̄d

**Psalm. 58.****Psalm. 67.****Iezech. 18.****Iacobi. 1.****Iohan. 11.****Apoca. 20.**



ponamus exemplū. Verbi gratia, quibusdam dictum est: Adorate idola, alioquin interficiemini. Ar illi magis mortē corporis timentes quā animā, adorauerunt, & in mortem animā inciderunt, nec tantum mortem corporis perenniter euaserunt. De talibus scriptum est: Mors peccatorum pessima. Alijs etiam dictum est: Adorate idola, alioquin mittemini in caminum ignis ardentis. Illi uero magis mortē animā quā corporis timentes, fiducialiter responderunt, dicētes: Potēs est nos dñs de camino ignis ardētis, & de manibus tuis ò rex liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi, quia deos tuos non colimus, & statuam auream quā erexisti, nō adoramus. Et ideo, quia magis dilexerūt uitam animā, quā timuissent mortē corporis, & istam ad tempus euaserunt. Et si in camino morerētur, preciosa est in cōspectu dñi mors sanctorum eius. Sed quæritur quare dixerit, [mortem nō uidebit in æternū,] cū hæc uisum potius auferat quā tribuat. Ad quod etiā respōdendū, quia uidere in hoc loco, p̄ sentire uel experiri ponitur. Sicut em̄ & fossa cæca dicitur, nō quod oculis careat, quos nunquam habuit, sed quia eos, quos intra se retinet, non uidētes facit. Et sicut tristes lupinos dicimus, non quia ipsi tristes uel lati esse possint, sed quia de se gustātes tristes reddūt, p̄pter amaritudinē: sic & mors uideri dicitur, eo quod amaritudinē suam sentire facit. Sed quia Iudæi in mortem inciderāt animā, ita ut eā minime uiderēt, dixerūt: Hūc cognouimus quia demonium habes. Abraā mortuus est & propheta: & tu dicis, si quis sermonē meum ser-uauerit, non gustabit mortem in æternum. Quomodo intellexerunt, ita & respōderunt. Ac si di

cerent: Et si hucusque indubij fuimus te demoniū non habere, nūc ueraciter credimus, cū dicis: [ Si quis sermonem meū seruauerit, mortem non gustabit, cum Abraham mortuus sit. ] Quod em̄ dñs de morte animæ dicebat, illi de morte corporca intelligētes, cum quodam iurgio responderunt, dicentes: **¶ Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est. Et prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis?** Ac si dicerent: Nimiū extolleris, superflue eleuaris, ultra modū erigeris, cum seruatores sermonū tuorū Abraham & prophetis præferre præsumis, quos constat & sermonem dñi seruasse, & tñ mortuos corpore esse. Et quia temporalē gloriam nō permanētem uidit eos quærere, ad humilitatē se standā

**Johan. 8** provocādo eos, respōdit: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil ē. Ac si diceret: Gloria mea nihil esse posset, si ego meipsum glorificare uellē. Ergo gloria uestra nihil est, q̄a ab inuicem gloriā quæritis: & gloriam quæ a solo deo est, non desideratis. Scriptū est em̄: Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Vnde & subditur: **Est pater meus qui glorificat me. quē uos dicitis, quia deus noster est.** Si quis hist oriā sancti euangelij recēsear, facile potest reperire, qualiter pater filiū glorificauerit. Glorificauit filium pater, qñ eo baptizato uox de cælo intonauit, dicens: **Hic est filius meus dilectus,** in te cōplacui. Glorificauit etiam, qñ & corā discipulis in monte transfiguratus est, & eadem uox intonuit, dicens: **Hic est filius meus dilectus,** in q̄ mihi bene cōplacui, ipsum audite. Glorificauit, quādo tales uirtutes & signa per eum fecit, ut ipsum hominem deum esse ostenderet. Vnde eodem filio dicente, Clarifica

**2 Marc. 7.**  
**2 Matt. 17.**

**Johan. 17**

me tu pater apud te metipsum claritate, quam habui  
 priusquam mundus fieret, respondit pater: Et clari-  
 ficauit, & iterum clarificabo. Clarificauit alibi filius pa-  
 trem, quando dixit: Ego a meipso non ueni, sed pater  
 meus misit me. Clarificauit etiam, quoniam opera & uirtu-  
 tes, quas fecit, ad patris gloriam reduxit, dicens: **Mea**  
 doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris. **Vñ** Johan. 12  
 alibi scriptum est: Pater sancte, ego te clarificauit sup-  
 terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem.  
**Ex** nulla uero causa alia magis Iudaei contra dominum  
 irascebantur, quam ex ea, quod deum illorum patrem su-  
 um esse dicebat, sicut idem Iohannes alibi ostendit, cum  
 dicit: Propterea quarebant Iudaei Iesum interficere,  
 quia non solum sabbatum soluebat, sed etiam patrem  
 suum dicebat deum, equalem se faciens deo. Sed quauis  
 irasceretur, quauis indignaretur, quauis fremerent,  
 ueritas semper tamen dicebat ueritatem, ostendens nobis,  
 quia quotiescumque pro ueritate scandalum nascitur, me-  
 lius est ut scandalum sustineatur, quam ueritas relinqua-  
 tur. **Et non cognouistis eum.** In hoc se Iudaei pa-  
 trem non cognouisse ostenduntur, quia filium eius ab  
 eo missum non crediderunt. Si enim patrem cogno-  
 uissent, utique & filio eius credidissent, sicut ipse filius  
 eis dicit: Si deus pater uester esset, diligeretis utique &  
 me, quia a deo exiui & ueni. **Bñ** etiam subditur: **Ego autem**  
**novi eum.** Aliter enim filius patrem nouit, & ali-  
 ter nos. Nos uero ex tempore ab illo illuminati, pater  
 de eius subtili natura sentimus. **Alii** autem nosse patrem  
 est, coaeternum & consubstantialem semper cum eo esse, sic-  
 ut ipse dicit, Sicut nouit me pater, & ego agnosco pa-  
 trem. **Et si direro, quia nescio eum, ero similis**  
**uobis mendax.** Cum enim (ut ait scriptura) omnis Johan. 10.  
psalm. 117

**Johan. 14.**

homo mēdax, deus autē solus uerax, sicut ipse ait: Ego sum ueritas. multo deterius Iudaei mēdaces erāt, qui filiū dei dæmonium habere dicebāt. **Sed scio eū, & sermonē eius seruo.** Ac si diceret, Si inuisibilem deum uidere non ualeatis, ex operibus, quæ in nomine eius facio, me ab illo misum esse cognoscere potestis, sicut ipse ait: Si mihi non creditis, uel operibus credite. Et iterū, Opera quæ ego facio in noīe patris mei, ipsa testimoniū phibent de me. Et quia inde me eū cognoscere manifesto, quia sermonē eius seruo, pfecto uos falso illū cognoscere gloriāmini, cuius præcepta contēnitis. Vñ Iohannes apostolus, Si quis dixerit, qm̄ diligit deum, & mandata eius nō custodit, mendax est. **Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meū. uidit, & gauisus est.** Quærit fortasse aliquis, ubi uel qñ beatus Abraā patriarcha diē Christi uidisse, & gauisus esse inueniat. Sed si eius opera diligenter inspicimus, & ea spiritualiter cōsideramus, citius cognoscimus, ubi uel qñ diem Christi uiderit, & gauisus sit. Legimus eū in Genesi, quia cum esset senex prouectusq; ætatis, seruū seniore[m] domus suæ uocauit ad se, & ait illi, Mitte manum tuā sub femore meo, & iura mihi per deū cæli, quod non accipias uxorē filio meo de filiabus Chanaan, inter quos habito, sed, p̄ficiscaris ad terram & cognationē meam, & inde filio meo Isaac accipias uxorē. Quid sibi uult talis adiuratio? Quid de<sup>o</sup> cæli ad femur Abraæ ptinet, aut femur Abraæ ad deū cæli? Si autē p femur, ut quid per deum? Et si per deū, ut quid per femur ad iurauit? Nimirum per femur, propago carnis designatur. Cū igitur seruū per deū cæli & femur adiurauit, ostendit qā intellexit illū de stirpe sua nasciturū, q sic ad

**Johan. 10.**

mei, ipsa testimoniū phibent de me. Et quia inde me eū cognoscere manifesto, quia sermonē eius seruo, pfecto uos falso illū cognoscere gloriāmini, cuius præcepta contēnitis. Vñ Iohannes apostolus, Si quis dixerit, qm̄ diligit deum, & mandata eius nō custodit, mendax est. **Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meū. uidit, & gauisus est.** Quærit fortasse aliquis, ubi uel qñ beatus Abraā patriarcha diē Christi uidisse, & gauisus esse inueniat. Sed si eius opera diligenter inspicimus, & ea spiritualiter cōsideramus, citius cognoscimus, ubi uel qñ diem Christi uiderit, & gauisus sit. Legimus eū in Genesi, quia cum esset senex prouectusq; ætatis, seruū seniore[m] domus suæ uocauit ad se, & ait illi, Mitte manum tuā sub femore meo, & iura mihi per deū cæli, quod non accipias uxorē filio meo de filiabus Chanaan, inter quos habito, sed, p̄ficiscaris ad terram & cognationē meam, & inde filio meo Isaac accipias uxorē. Quid sibi uult talis adiuratio? Quid de<sup>o</sup> cæli ad femur Abraæ ptinet, aut femur Abraæ ad deū cæli? Si autē p femur, ut quid per deum? Et si per deū, ut quid per femur ad iurauit? Nimirum per femur, propago carnis designatur. Cū igitur seruū per deū cæli & femur adiurauit, ostendit qā intellexit illū de stirpe sua nasciturū, q sic ad

**1. Johan. 2.**

mei, ipsa testimoniū phibent de me. Et quia inde me eū cognoscere manifesto, quia sermonē eius seruo, pfecto uos falso illū cognoscere gloriāmini, cuius præcepta contēnitis. Vñ Iohannes apostolus, Si quis dixerit, qm̄ diligit deum, & mandata eius nō custodit, mendax est. **Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meū. uidit, & gauisus est.** Quærit fortasse aliquis, ubi uel qñ beatus Abraā patriarcha diē Christi uidisse, & gauisus esse inueniat. Sed si eius opera diligenter inspicimus, & ea spiritualiter cōsideramus, citius cognoscimus, ubi uel qñ diem Christi uiderit, & gauisus sit. Legimus eū in Genesi, quia cum esset senex prouectusq; ætatis, seruū seniore[m] domus suæ uocauit ad se, & ait illi, Mitte manum tuā sub femore meo, & iura mihi per deū cæli, quod non accipias uxorē filio meo de filiabus Chanaan, inter quos habito, sed, p̄ficiscaris ad terram & cognationē meam, & inde filio meo Isaac accipias uxorē. Quid sibi uult talis adiuratio? Quid de<sup>o</sup> cæli ad femur Abraæ ptinet, aut femur Abraæ ad deū cæli? Si autē p femur, ut quid per deum? Et si per deū, ut quid per femur ad iurauit? Nimirum per femur, propago carnis designatur. Cū igitur seruū per deū cæli & femur adiurauit, ostendit qā intellexit illū de stirpe sua nasciturū, q sic ad

**Gene: 24.**

mei, ipsa testimoniū phibent de me. Et quia inde me eū cognoscere manifesto, quia sermonē eius seruo, pfecto uos falso illū cognoscere gloriāmini, cuius præcepta contēnitis. Vñ Iohannes apostolus, Si quis dixerit, qm̄ diligit deum, & mandata eius nō custodit, mendax est. **Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meū. uidit, & gauisus est.** Quærit fortasse aliquis, ubi uel qñ beatus Abraā patriarcha diē Christi uidisse, & gauisus esse inueniat. Sed si eius opera diligenter inspicimus, & ea spiritualiter cōsideramus, citius cognoscimus, ubi uel qñ diem Christi uiderit, & gauisus sit. Legimus eū in Genesi, quia cum esset senex prouectusq; ætatis, seruū seniore[m] domus suæ uocauit ad se, & ait illi, Mitte manum tuā sub femore meo, & iura mihi per deū cæli, quod non accipias uxorē filio meo de filiabus Chanaan, inter quos habito, sed, p̄ficiscaris ad terram & cognationē meam, & inde filio meo Isaac accipias uxorē. Quid sibi uult talis adiuratio? Quid de<sup>o</sup> cæli ad femur Abraæ ptinet, aut femur Abraæ ad deū cæli? Si autē p femur, ut quid per deum? Et si per deū, ut quid per femur ad iurauit? Nimirum per femur, propago carnis designatur. Cū igitur seruū per deū cæli & femur adiurauit, ostendit qā intellexit illū de stirpe sua nasciturū, q sic ad

eius femur pertinet, ut merito deus caeli crederet: & sic uidit **Abraam** diem **Christi**, & gauisus est: Ineffabili namque gaudio potuit exultare, quoniam eum de stirpe sua praevidebat nasciturum, per quem non solum ipse saluaretur, sed etiam totus mundus redimeret, & impleretur promissio domini ad eum dicentis: **In semine tuo benedicentur omnes gentes.** Siue aliter: **Abraam** diem **Christi** uidit, & gauisus est, quoniam in figura sanctae trinitatis tres angelos meridie hospitio suscepit. **Tres enim uidit, & unum adoravit,** quia in trinitate unitatem credidit. **Ibi ergo personam Christi intellexit, & tunc diem eius uidit, & gauisus est.** Unde ipsa scriptura statim subiunxit, dicens: **Credidit Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiam.** Et quia saepe praefati, perfidi Iudaei profundum diuinitatis mysterium penetrare nequebant, in aetate humanitatis caecis mentibus oberrabant, dicentes: **Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam vidisti.** Quia uiderunt Iudaei dominum Iesum Christum hominem, non considerabant deum esse coniunctum, ad humanitatem tantum respicientes, ideo dicebant nondum eum quinquaginta annos habere. Et quoniam dominus Iesus Christus uerus deus, sine initio, & sine fine ubique praesens est, ante quinquaginta annos **Abraam** uiderat, & uidebat. Sed ille, qui minus quam quinquaginta annos per humanitatem habebat, ut ostenderet se ante omnia secula per diuinitatem esse, adiunxit, **Amen amen dico uobis, antequam Abraam fieret, ego sum.** Vbi notandum, ut ostenderet se uerum deum esse, non dixit, ego fui, sed antequam **Abraam** fieret ego sum. Sum quippe praesentis temporis uerbum, nec praeteritum, nec futurum sonat, sed semper praesens. Et ideo illi soli congruit, cui nec praeterita transeunt, nec futura succedunt, sed semper illi est

*Gene. 22*  
*Gene. 18.*  
*Gene. 15*

esse, æternum & incōmutabilem permanere. Vnde  
 quarēti Moysi, Si dixerint mihi filij Israel, quod est  
 nomen tuum, quid dicam eis, respondit: Hæc dies fi-  
 lijs Israel, Ego sum qui sum. Qui est, misit me ad uos.  
 Nec solū ante Abraā est, sed etiā ante om̄e initium,  
 sicut ipse ait: Ego principium, qui & loquor uobis,  
 Cui in laude sapientiæ dicit: Dñs possedit me initio  
 uiarum suarū. Et iterū: Ego ex ore altissimi prodii.  
 Postquam autē à dño se superatos esse uiderūt, ita ut  
 uerba uerbis opponere non possent, felle inuidiæ cō-  
 moti, lapidibus eū necare conati sunt. Vñ & subdit:

Exodi. 3

Johan. 8

Proue. 8

Eccl. 24



Isa. 48.

Jezech. 11.

**Zulerunt ergo lapi-  
 des, ut iacerēt in eum.**

Recte ad lapides cucurre-  
 runt, q̄ lapideum cor habe-  
 bant, q̄bus bene congruit,  
 quod eorū patribus per p̄-  
 phetam dictū fuerat: Ner-  
 uis ferreus ceruix tua, &  
 frons tua ænea. Non enim  
 erāt de illis, q̄bus dñs per  
 prophetam ait: Auferam  
 à uobis cor lapideū, & da-  
 bo uobis cor carneū, sed in

faxorum soliditate duri erant, q̄m dñm Iesum Chri-  
 stum dei filium, qui per eorū prophetas eis fuerat, p̄-  
 missus, miracula facietem, p̄dicantem, & operantē,  
 sicut scriptum habebant, p̄sentialiter uidebant, &  
 non recognoscebant, sed lapidare uolebāt. Et q̄ nō  
 uenerat p̄tē, sed humilitate hostes suos uincere, iu-  
 re subditur: Iesus autē abscondit se, & eruit de  
 templo. Vñ ludæis à quibus se abscondit. Abscon-

dit enim se ab aspectibus eorum corpore, qui non merebantur eum uidere mente. Non enim dominus ante manus persequendum se abscondit, ut mori timeret, qui pro nobis mori uenerat, sed humilitatis gratia, ut congruo tempore congruam mortem susciperet, uidelicet crucis. Dignum namque erat, ut quia primus homo per lignum uetitum ceciderat, per lignum sancte crucis restauraretur, quod in sequentibus manifestius habetur. Sed pulchre utraque domini natura in fine huius lectionis, diuina scilicet & humana, nobis demonstratur, si hanc cum altera conferamus. Legimus enim quia cum ducerent eum usque ad supercilium montis, super quem ciuitas eorum edificata erat, & inde eum precipitarent, ipse transiens per medium illorum ibat. Et in eodem Iohanne, Quia cum misissent principes & sacerdotes milites, qui eum comprehenderent, Iesus processit obuiam illis, & interrogauit eos: **Quem queritis?** At illi responderunt, Iesum Nazarenum. Ait illis, Ego sum. Statim ut dixit, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quasi ergo homo ab oculis lapidantium se abscondit, sed quasi deus per medium persequendum transiit, & inimicos prostrauit suos. Qui enim solo uerbo inimicos prostrauit, deus est. Qui autem corporaliter, ut homo inter alios homines se abscondit, homo uerus erat.

Iohan. 18.

**SOFERIA SECUNDA**

post Iudica. Iohan. VII.

**In illo tempore Miserunt principes & pharisaei ministros, ut apprehenderent Iesum. Et reliqua.**



**M**iserunt ministros, ut cum comprehenderet, quem apprehendere non poterunt, adhuc nolentem ut comprehenderetur, sed audierunt docentem, qui uenerant apprehendere innocentem. **Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus uobiscum sum.** Quod modo uultis

facere, facturi estis, sed non modo, quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo? Quia [adhuc modicum tempus uobiscum sum, & tunc uado ad eum qui misit me.] Implere debeo dispensationem meam, & sic peruenire ad passionem meam. **Quereretis me, & non inuenietis me: & ubi sum ego, vos non potestis venire.** Hic iam resurrectionem suam praedixit. Noluerunt enim agnoscere praesentem, & postea quaesierunt eum, cum uiderent multitudinem iam credentem. Magna enim signa facta sunt, etiam cum dominus resurrexisset: & cum in caelum ascendisset, tunc per discipulos facta sunt magna, sed ille per illos, qui & per ipsum. Ipse quippe illis dixerat: **Sine me nihil potestis facere.** Quare non potuerunt venire? Quia non uoluerunt credere, quia nullus sine fide saluari potest. **Dixerunt ergo Iudaei, non ad ipsum, sed ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?** Non enim sciebant quod dixerunt, sed quia ille uoluit prophetauerunt. Iturus enim erat dominus ad gentes, non praesentia corporis sui, sed potest

Johan. 15



state diuina in discipulis suis, de quibus dixit p̄ propheta-  
 ram: Quam pulchri pedes euāgelizantium pacē, euan- 3 saig. 25.  
 gelizantium bona. In his pedibus Christus iturus erat  
 ad gentes, & p̄ eos docturus gentes, ut fidem accipe-  
 rent gentes, quam Iudæi spreuerunt. Qui uerū nesci-  
 entes p̄phetauerunt, quia ignorauerunt Christum di-  
 centem: [Et ubi sum ego, uos non potestis uenire.]  
 Quare uos nō potestis uenire? Quia nō uultis crede-  
 re. Quid ē q̄d dixit, [ubi sum ego,] nisi in sinu patris,  
 contempiternus patri? In terra loquebatur, sed in pa-  
 tris sinu se esse monstrabat. Ante ceteras dispēsatio-  
 nes domini nostri, & doctrinas salutis nostræ, & du-  
 bitationes Iudæorum de domino Iesu Christo, quæ  
 dixit, quibus alij confunderentur, alij docerentur, no-  
 tissimo festiuitatis illius die (Tunc em̄ ista agebant,  
 quæ appellabantur scenopegia .i. tabernaculorum  
 cōstructio, q̄ festiuitate iā ante meminit charitas ur̄a  
 fuisse differū) uocat dñs Ch̄s, & hoc nō ut eunq; lo-  
 quēdo, sed clamando, ut q̄ sitit, ueniat ad eū. Sitimus,  
 ueniamus: & nō pedibus, sed affectibus: nec migran-  
 do, sed amando ueniamus. Quanquam etiam secun-  
 dum interiorem hominē, & qui amat, migrat. Et ali-  
 ud ē migrare corpore, aliud corde. Migrat corpore,  
 qui motu corporis mutat locum. Migrat corde, qui  
 motu cordis mutat affectū. Si aliud amas, aliud ama-  
 bas, nō ibi eras. Clamat ergo nobis dñs, stabat em̄ &  
 clamabat. Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. 2. par. 16.  
Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de  
ventre eius fluēt aquæ uiuæ. Quid hoc esset q̄n  
 euāgelista exposuit, immorari nō debemus. Vnde  
 em̄ dixerit dñs, [Si quis sitit, ueniat ad me, & bibat.  
 Et qui credit in me, flumina de uentre eius fluēt aquæ

uiuæ, consequenter exposuit euāgelista, dicēs: [Hoc autē dixit de spiritu, quē accepturi erant credentes in eum.] Hoc tantū sciamus, quod de charitate hoc clamabat dñs Iesus. Clamabat ergo & dicit, ut ueniam⁹ & bibamus, si intus sitit animus. Et dicit, ga cum biberimus, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre nostro. **Venter interioris hoīs, est conscientia cordis eius. Bibito ergo isto liquore, reuiuiscit purgata conscientia, & hauriēs fontē habebit, etiā ipsa fons erit. Quid est fons, uel quid est fluuius, qui manat de uentre interioris hominis? Beneuolentia, qua uult consulere proximo. Bibunt ergo, qui credunt in domino. Si em̄ putat, quia quod bibit, soli ipsi debeat sufficere, nō fluat aqua uiua de uentre eius. Si autem proximo festinat consulere, ideo non siccatur, quia manat. Videbimus quid nunc sit, quod bibunt, qui credunt in deū, ga utiq; Christiani simus, & si credidimus, bibimus. Et unusquisq; in se debet cognoscere quod bibit, si bibit ex eo quod bibit. Nō enim nos deseret fons, si nō deseramus fontem. Exposuit euāgelista, & dixit unde dominus clamasset ad qualem potum inuissset, quid bibentibus propinasset, dicens: [Hoc autem dicebat de spiritu, quē accepturi erant credentes in eū.]**

**Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quem dicit spiritum, nisi sanctum spiritum? Nam unusquisq; homo habet in se, proprium spm̄, id est, animū. Animus enim cuiuscūq; eius est spiritus, de q̄ dicit Paul⁹ apostolus: [Nōdum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.] Nunquid non spiritus sanctus fuit**

1. Corin. 2

In sanctis dei prophetis, patriarchis, & multa per spiritum sanctum futura prædixerunt: Igitur & de Elizabeth legitur, spiritu sancto repletam esse, & de Zacharia patet Iohannis repletus est spiritu sancto, & prophetauit. Quid est quod dicit, spiritus sanctus nondum fuerat datus? Multa ergo indicia præcedētis spiritus sancti habemus, antequam dominus glorificaretur resurrectione carnis. Non enim aliū spiritū etiam prophetæ habuerūt, q̄ Christū uenturū p̄nunciauerunt, sed modus quidā futurus erat donationis huius, qui omnino antea congregatos hoīes accepto spiritu sancto, linguis omnium gentium fecit locutos fuisse. Post resurrectionem autē suā, primum quando apparuit discipulis suis, dixit illis: Accipite spiritū sanctū. De hoc ergo dictū est, Non erat sp̄s datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. & insufflauit in faciē eorū. Quo flatu primū hoīem quem fecit, uiuificauit & de limo erexit. Quo flatu animā membrīs eius dedit, significans eundē esse sp̄m, quem insufflauit in faciē eorū, ut à luto exurgerēt, & luteis operibus renunciarēt. Tunc primū post resurrectionē suā, quam dicit euāgelista glorificationē, dedit discipulis suis sp̄m sanctū. Dein de commoratus cū eis quadraginta diebus, ut liber Actū apostolorū demonstrat, ipsis uidentibus, & uidentibus deducētibz, ascendit in cælum. Ibi peractis decē diebus pentecostes, misit illis desuper spiritum sanctum, qui (sicut dixi) fuerant uno in loco cōgregati. Accepto autē spiritu sancto, omnium gētium linguis locuti sunt. Quærit aliquis forsitan, baptizati in Christo, & in charitate præceptorum eius uiuentes, quare omnium gentium linguis non loquatur, dum certū est

Luce. 2

Iohan. 20.

Spiritū sanctum eos accepisse: Quia ipsa ecclesia, quæ est corpus Christi, omnium gentium linguis loquitur. Quod tunc in primitiua ecclesia præsignatū est, quæ in Iudæa tantummodo gente initiata est, nunc uero ex omnibus gentibus congregata. Quomodo uero unus tunc homo loquebatur linguis, ita modo unitas sanctæ ecclesiæ omnibus loquitur linguis. Accipimus ergo & nos spiritū sanctū, si amamus ecclesiam, si charitate compaginamur, si catholico noīe & fide gaudemus. Igitur quantū quisq; amat ecclesiā Christi, tantum habet spiritum sanctum. Habemus ergo spūm sanctum, si amamus ecclesiam. Amamus autē, si in eius compage & charitate consistimus, quā Apostolus omnibus uirtutibus fiducialiter p̄posuit. Quicū que ipsam habet, cuncta habebit bona: quia sine illa nihil proderit, quicquid habere potuerit hō, de qua beatus Iacobus apostolus ait: Qui autē offenderit in uno, factus est oīis reus. De hac etiam & ipsa ueritas ait: In hoc enim cognoscent omēs quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.

Iacobi. 2.

Iohā. 13.

## FERIA TERTIA

post Iudica. Iohannis VII.

**In illo tempore Ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim uolebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Et reliqua.**

**H**oc infirmitati nostræ præbebat exemplum non ipse perdiderat potestatem, sed nostram

cōsolabatur fragilitatē. Futurū erat (ut dixi) ut aliq̄s  
 fidelis eius absconderet se, ne à persecutoribus inueni  
 ret. Erne illi pro crimine obijceretur latibulū, p̄ces  
 sit in capite, quod in membris confirmaretur. Potu  
 it em̄ Christus ambulare inter Iudæos & nō occidi,  
 qui ait: Potestatem habeo ponendi animā meam, & <sup>Johannes</sup>  
 potestātē habeo iterū sumendi eam. Hanc potestātē  
 ostendit dum uoluit, dum ad uocem illius retro ceci  
 derunt, qui eum cum armis uenerunt apprehēdere.  
Erat autem in p̄ximo dies festus Iudæo-  
rum scenopegia. Scenopegia dies festus erat taber  
 naculorū, quo Iudæi mense septimo in tabernaculis  
 sub ramis arborū habitare diebus septem iubebātur,  
 ad memoriā habitationis illorū in eremo. Iste erat di  
 es festus, quē Iudæi magna solennitate celebrabant,  
 ut reminiscerentur beneficioꝝ dñi, qui eos eduxit de  
 terra Aegypti. Dies festus more Iudæorū, dicitur non  
 unus dies, sed quatuor illius festiuitatis fuerunt, quasi  
 unum diem festum, propter unius festiuitatis cōsue  
 tudinem noiare solebant. Dixerūt ergo ad eum  
fratres eius: Transibuc. ⁊ uade in Judæā.  
 Fratres enim dñi usitatissimo sanctæ scripturæ mo  
 re, consanguinei sanctæ Mariæ semper uirginis dice  
 bantur. Nā Abraam & Loth fratres sunt dicti, cum  
 Abraam patruus esset Loth. Et Laban & Iacob fra  
 tres sunt dicti, cum esset Laban auunculus Iacob. Cū  
 ergo audieritis fratres dñi, Mariæ cogitate consan  
 guinitatem, non itē parientis ullam propaginē. Di  
 ximus frēs q̄ fuerint, audiamus q̄ dixerint. Transi  
binc. ⁊ uade in Judæam, ut discipuli tui ui  
deat opera tua quæ facis. Opera dñi discipulos  
 non latebant, sed istos latebāt. Isti em̄ fratres, id est,

consanguinei Christum consanguineū habere potuerunt. Credere aut̄ in eum ipsa propinquare fastidierunt, ideo continuo euāgelista securus est: **Hec enim fratres eius credebāt in eū.** Quare in eū nō credebant? Quia humanā gloriam requirebant, dicere ad eum: [Transi hinc & uade in Iudæam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis.] **Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse.** Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Nam his uerbis ostenditur, gloriam illius carnaliter quærere eos. Quasi dixissent: Facis mirabilia, se abscondite. Transi in Iudæā, ut principatus gēris, & ciuitas caput regni, uideāt mirabilia tua, Innotescere appare oībus, ut laudari possis ab oībus. Quid ergo ad hæc dñs Iesus dicit, audiamus. **Deum tempus nondū aduenit, tēpus autē uestrū semper est paratū.** Apostolus dicit, Postq̄ uenit plenitudo tēporis, misit deus filiū suum. Tēpus uero gloriæ Christi necdū uenit, cum hæc locutus est, quod illi uidentur quærere, qui ei suadebant ire in Iudæā, miracula facere mūdo, innotescere, ne latens ignobilis putaretur. Sed ille uoluit altitudinē humilitate pcedere, & ad ipsam celsitudinē per humilitatis uiam peruenire. [Tēpus autē uestrum,] id est, mundi gloriā, [semper est paratū.] Est em̄ tempus gloriæ, ut q̄ uenit in humilitate, ueniat in altitudine: qui uenit iudicāndus, ueniat iudicaturus: qui uenit occidi a mortuis, ueniat iudicare de uiuis & mortuis. **Uos ascendite ad diem festum hunc.** Quid est hunc? Vbi gloriā humanā quæritis. Quid est hunc? Vbi extēdere uultis carnalia gaudia, nō æterna cogitare. [Ego em̄ nō ascendam ad diē festū hunc, quia tempus nodum impleti]

Salu. 4.

est. ] In die festo gloriam uos humanā quæritis, [ me  
 um uero tēpus, ] id est, gloria mea, [ nōdum uenit. ]  
 Ipse enim dies festus meus, non diebus istis percur-  
 rens & transiens, sed permanēs in æternum, ipse erit  
 festiuitas, gaudium sine fine, æternitas sine labe, serene-  
 nitas sine nube. Hæc cum dixisset, ipse mansit in  
Salilæa. Ut autem ascenderūt fratres eius,  
tunc & ipse ascendit ad diem festum, non ma-  
nifeste, sed quasi in occulto. Ideo non ad diē fe-  
stum hunc, quia non gloriari temporaliter, sed ali-  
quid salubriter docere, corrigere homines, de die fe-  
sto æterno admonere, ab amore seculi auertere, & ad  
deū conuerrere. Quid est autē qđ quasi latenter ascen-  
dit ad diem festum? Non uacat & hoc dñi opus. Nā  
oēs dies festi Iudæorū, in figura fuerūt. Ideo Christus  
latenter ascēdebat in eis, quia Christus latuit in illis:  
populo uero priori occultus, mō uero meliori popu-  
lo manifestus. Quia quod ille populus in umbra age-  
bar, nos uero manifesta luce facimus. Licet quidā in  
telligere uelint, hāc dñi rñsionē, qua ait: Ego non ascē-  
do ad diē festum hūc, ad passionem illius pertinere:  
quia Chr̄s nō in festiuitate scenopegiæ, sed in festiui-  
tate paschali, qua agnus occidi solebat, crucē ascēdit.  
Judei autem quærebant eum in die festo, an  
tequam ascenderet. Priores enim fratres ascenderūt,  
& non tunc ascendit ille, quando illi putabant & uo-  
lebant, ut iam hoc impleretur quod ait: Nō ad hūc,  
id est, ad quē uos uultis, primum uel secundū diem.  
Ascendit autem postea, ut euangeliū loquit, media-  
to die festo, id est, cū iam illius diei festi tot dies præ-  
terissent, quot remansissent. Ipsam enim festiuitatē,  
quātum intelligendum est, diebus plurimīs celebrāt.

Johan. 7

**Dicebāt ergo: Ubi est ille? Et murmur multum erat de eo in turba.** Vnde murmur: De contentione. Quæ fuit contentio? **Quidam em dicebat quia bonus est, alij autē dicebant, nō, sed seducit turbas.** De omnibus eius seruis hoc dicitur modo, quicūq; eminet in aliqua gratia. Alij dicunt, bonus est: alij, nō, sed seducit turbas. Vnde hoc: gaura nostra abscondita est cum Christo in deo, Hoc paritur corpus Christi usq; in finē seculi à mundi amatoribus, quod tunc passus est à Iudæis murmuratoribus. **Necdum frumentū à paleis segregatum est, ut grana frumenti cōgregent in horreū, & paleæ cōburantur in igne æterno.** Quod dictū est ergo de dño, ualeat ad consolationē, de quocūq; hoc dictū fuerit Christiano. **Nemo tñ palā loquebatur de illo propter metum Iudæoz.** Quidam dicebant, bonus est: alij autē dicebant, nō, sed seducit turbas. Sonitus eoz apparebat tanquam aridor; finior;: seducit turbas, clarius sonabant: bonus est, pressius susurrabant. **Modo autē fratres, quamuis nondum uenerit illa gloria Christi, quæ nos æternos factura est, mō tamen ita crescit ecclesia eius, ita em dignatus est per cuncta diffundere, ut etiā susurretur, seducit turbas, sed clarius personat, bonus est. Nam noua hæresis in angulis occulte susurrat. Christus est adoprius: sed clarius uniuersalis sanctæ ecclesiæ uox resonat, Christus est filius dei. Proprius sibilant quoque serpentino ore, Christus nuncupatius est deus: sed expressus firmiusq; fidelium omnium unanimitas clamar, Christus deus est, bonus est, uerus deus ē, teste egregio prædicatore qui ait: Quorum patres ex quibus Christus, qui est super omnia deus benedictus.**

Matth. 3



post Iudica Iohannis. X.

In illo tempore Facta sunt encænia Hie  
rosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Ie  
sus in tēplo in porticu Salomonis. Et rel.



**E**Ncænia aut uocaba  
tur solennitas dedi  
cationis templi, quæ  
populus dei ex antiqua pa  
trum traditiõe, per annos  
singulos celebrare consue  
uerat. Sed notandum est,  
quod hæc encænia, quæ  
hic leguntur, non ad pri  
mam templi dedicationē,  
sed ad ultimam pertinēt:  
quod ex eo facile colligi

tur, q̄a hyeme facta referuntur. Prima siquidē eiusdē  
templi dedicatio à Salomone tempore autūni, sc̄da  
autē à Zorobabel & Iesu sacerdote tempore uerno,  
tertia à Iuda Machabæo tēpore hyemis est facta, q̄n̄  
specialiter cōstitutū esse legitur, ut eadem dedicatio  
per omēs annos in memoriã solēnibus reuocaretur  
officijs, quam etiam ad tēpus usq̄ dñicæ incarnatiōis  
obseruaram fuisse, sicut modo, cū legeretur euangeli  
um, audiuius. Quæ etiam dedicatio, salubri consue  
tudine, in ecclesijs Christi reseruari moderno tēpore  
dimoscitur. Considerandum nobis est, quare euange  
lista dixisset, hæc encænia hyemis tēpore facta esse.  
Om̄ino propter duritiam Iudæorū & infidelitatem,

qua frigoris nomine sepe designari legitur. [Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.] Si ergo dei filius ambulare uoluit in templo, in quo caro & sanguis brutorum animalium offerebatur, multo magis nostrae orationis domum, ubi carnis ipsius ac sanguinis sacramenta celebrantur, uisitare gaudebit. Si perambulare non despexit porticum, in qua rex quondam mortalis ac terrenus quauis potentissimus ad orandum stare solebat, quanto magis penetralia cordium nostrorum inuisere, atque illustrare desiderat, si tamen ea porticum esse Salomonis, hoc est, si ea timore suum, qui est initium sapientiae, habere perspexerit. Neque enim putandum est, quia domus solummodo sit, in qua ad orandum uel ad mysteria celebranda conuenimus: multo amplius templum eius appellamur & sumus, cum manifeste dicat Apostolus: Vos estis templum dei uiui, sicut dixit deus: Inhabitabo in eis, & inter illos ambulabo. Ostendit uero euangelista cur dixisset huiusmodi tempore, dum inquit: **Circumdederunt eum Iudaei.** Circumdederunt itaque eum tentationis gratia, non ueritatis agnoscendae uoluntate. **Et dicebant: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.** Haec uero non uoluntate fidei inquirendo, sed illi quem interrogabant insidiando, et calumniam instruendo dicebant, ut inuenirent quod accusarent eum, nolentes eum credere deum, sed hominem purum tantummodo futurum, & regem ceteris omnibus excelsiorem esse uenturum. Qua etiam dementia posteri eorum usque in praesens, & donec Antichristum pro Christo suscipiant, errare non cessant. Et si se Christum esse rident, cogitabant eum tradere potestati praesidis puniendum, quasi contra Augustinum

2. Corin. 6

repugnās, illicitū sibi usurparet imperiū. Sed ipse no-  
 strā salutē cōsulens, ppter quos hęc scribenda erāt,  
 ita responsum tēperauit suum, ut & calumniantium  
 ora concluderet, & quia Christus est, fidelibus apta  
 uoce pāderet. Illi em̄ de homine Christo quærebāt,  
 ipse autē diuinitatis suæ, qua æqualis est patri, palam  
 mysteria narrat. Quid ergo Iudæi circūdantes dñm  
 dixerunt, uideamus. [Quousq; inquit] ani mā no-  
 stram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam, ] Non  
 uenit Christus in se credentibus animam tollere, sed  
 animam uiuificare. Sed ipsi sibi Iudæi animā per infā-  
 delitatem tulerūt, qui tentare Christum, nō in Chri-  
 stum credere congregati sunt. **Respondit eis Je-  
 sus: Loquor uobis, et non creditis. Proprie**  
 ostendit, quis esset dum dixit: [Loquor uobis, ] id  
 est, uerbum dei, coæternū patri, [quia opa quæ ego  
 facio in nomine patris mei, hęc testimonium perhi-  
 bent de me. ] quod est filius dei, qui gloriam suā non  
 quæsiuit, sed eius qui misit illum, quia una est gloria  
 patris & filij. Sed hanc fidem corda infidelium acci-  
 pere nequuerunt, de quibus ait: **Sed vos nō cre-  
 ditis. Causamq; reddit, cur nō crederent: Quia nō**  
**estis ex ouibus meis.** Oues sunt credendo, oues  
 sunt pastore sequēdo, oues sunt redemptore nō com-  
 temnendo, oues sunt per ostium intrando, oues sunt  
 exeundo, & pascua inueniendo. Quō ergo istis dixit,  
 [nō estis ex ouibus meis? ] Quia uidebat eos ad sem-  
 piternam futuros perdicionem, nō ad uitam æternā  
 sui sanguinis precio comparatos. [Oues meæ uocē  
 meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequunt me,  
 & ego uitam æternā do eis. ] Dicit em̄ cognosco eas.  
 Consuetudo sanctæ scripturæ est dicere, deum nosse.

1. Timo. 2.

quicquid eligit, Apostolo dicente: Nouit dñs q̄ salute eius: & illud nescire, quod non approbat dignū uitæ æternæ. Vnde ad impios dicturus erit: Nō noui uos.

Matth. 7.

Sequitur de ouibus: Et ego uitā æternā do eis.

Hæc sunt pascua q̄ superius promisit ouibus suis, ubi nulla herba arefcit, totū uirer, totū uiget, totum integrū permanet: & quicquid semel accipit, semp habetur. Et nō peribunt in æternum. Hic subaudiendū est, quō uos peribitis qui non estis ex ouibus meis. Et non rapiet eas quisquam de manu mea,

id est, de potestate mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Quod dedit pater filio, maius omnibus est, ut ipse illi esset unigenitus filius, æqualis & cōsubstantialis. Quid est quod dedit?

Utiq̄ gignendo dedit, quia non minorem sibi genuit, non tempore posteriorē, sed cōeternum, sine initio temporis semp deum. Non est dicendū, non erat anteq̄ natus erat: nunq̄ em̄ non natus erat, qui patri cōæternus erat. Qui sapit, capiat: qui non caput, credat.

Nutriatur fide, ut possit capere uerbum dei, quia uerbum filius. Semper ergo filius, & semper æqualis. Nō em̄ crescēdo, sed nascendo æqualis est, qui semper natus de patre filius, de deo deus, de æterno cōæternus.

Pater aut̄ non de filio deus, filius de patre deus. Ideo deus pater, ideo gignendo dedit ut deus esset, gignendo dedit ut æqualis esset: hoc est, quod maius est omnibus. Ideo transcendit iste Iohannes omnes altitudines creaturarum, & millia exercitus angelorum, & magna omnia, peruenitq̄ ad illud, quod maius est omnibus, & dixit: In principio erat uerbum, & uerbū erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc est quod maius omnibus est, i. ut sim uerbum eius, ut sim unigeni-

tus filius eius, ut sim splendor lucis eius. Ideo nemo  
 rapit oues de manu mea, & nemo potest rapere de  
 manu patris mei. Manus patris & manus filij, una ma-  
 nus, .i. una potestas, una diuinitas, una maiestas, una  
 eternitas, una æqualitas. Quam uidelicet æqualita-  
 tē ipse dñs in diuinitate habuit, priusq̃ mundus esset  
 apud patrē, ipse in humilitate ex tēpore incarnatiōis  
 accepit. Et nemo pōt rapere de manu patris  
mei. Aperte dat intelligi, unā atq; indistimilē esse ma-  
 nū, hoc est, uirtutē suā & patris, atq; ideo se Christum  
 esse credendū, qui non sicut ceteri sancti factus p̃ gra-  
 uā ex tēpore, sed uerus semper extiterit filius dei, qđ  
 etiā sequēti sentētia luce clarius aperit, dicēs: Ego &  
 pater unū sumus. Vñū (inquit) iumus, una nobis sub-  
 stātia, una est diuinitas, una est eternitas, p̃fecta æq̃-  
 litas, dissimilitudo nulla. Quibus, p̃fecto uerbis nō  
 præsentem solummō iudæorum quæstionem, quā,  
 an ipse esset Christus, interrogabant, explicauit, sed  
 etiā hæreticorū perniciam, quā futurā præuidit, quan-  
 tū sit execranda, mōstrauit. Conticescat Sabellius, au-  
 diēs, Ego & pater, qui unā personā patris & filij pra-  
 ua doctrina disseruit. Nā, & ego & pater, duę p̃sonæ.  
 Item erubescat Arrius, audiens, unum sumus, qui du-  
 as naturas in patre & filio astruit, dum unum, unam  
 naturā significat, sicut sumus, duas personas. Sequa-  
 mur ap̃ tolicā fidē, quā beatus Petrus princeps apo-  
 stolorū confessus est: Tu es Christus filius dei uiui. Iu-  
 dai uidelicet uerba dñi audientes, hucusq; festinaue-  
 runt. Dum uero ait: [Ego & pater unū sumus,] non  
 pertulerūt, sed more suo duri ad lapides cucurrerūt,  
 sicut euangelista dicit: Tulerunt lapides ut lapi-  
darent eum. Dominus non patiebatur, quod nole-

Johan. 1. 10

Matth. 16

bar pati: & non est passus, nisi qđ uoluit pati. Adhuc eos lapidare cupientes alloquitur. **Sustulerunt lapides Iudaei, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis a patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? At illi responderunt: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. & quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum.] Ad illud responderunt quod dixerat: [Ego & pater unum sumus.] Ecce Iudaei intellexerunt, quod Arriani nō intelligunt. Ideo enim irati sunt, quā senserunt non posse dici, Ego & pater unū sumus, nisi ubi aequalitas est patris & filij. **Deus autē, uidete, quid rñ derit prauis. Videt eos nō ferre splendorē ueritatis, & eos tentauit in uerbis. Hōne scriptum est in lege uestra, i. uobis dara. Quia ego dixi, dñs estis. Deus dicit p Prophetam in psalmo omnibus: Ego dixi dñs estis, Et legem appellauit dñs generaliter oēs illas scripturas, quāuis alibi specialiter dicat legē, a pphetis eā distinguens, sicuti ē: Lex & ppheta usq; ad Iohannē. Et iterū, In his duobus pceptis tota lex pendet & ppheta. Aliqñ autem****

**Zucę. vii.** in tria distribuit easdē scripturas, ubi ait: **Oportebat impleri oīa q̄ scripta sunt in lege Moyſi, & pphetis, & psalmis de me, Nunc uero etiā psalmos legis nō nūcupauit, ubi scriptū est, Ego dixi dñs estis. [Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scriptura, quē pater sanctificauit, & misit in mundum? uos dicitis, q̄ blasphemias, quia dixi, filius dei sum?]** Si sermo dei factus ē ad hoīes, ut dicerent dñs, ipsum uerbū dei quidē apud eum, quō nō est deus? **Si p sermonē dei fiunt hoīes dñs, unde participāt non est deus? Si lumina illuminata dñs sunt, lumen qđ illu**

**Zucę. 16**  
**Matth. 22**

**Zucę. vii.**

minat quō non est deus? Si calefacti quodam modo igne saluari diu efficiunt, unde calefiunt nō est deus? Accedis ad lumen, illuminaris, & inter filios dei numeraris: si recedis à lumine, obscuraris & in tenebris cōpuraris. Illud tñ lumē non accedit ad se, q̄a non recedit à se. Si ergo uos deos fecit sermo dei, quō non est uerbum dei p̄ris? Ergo sanctificauit filium suū, & misit in mundū. Forte aliq̄s dicat, Si pater eū sanctificauit, aliq̄n non sc̄tūs fuit. Ad q̄d dicendum: Sanctificauit, quō genuit eū, ut sanctus esset. Gignēdo ei dedit, quia sc̄tū genuit eum. Nā si q̄d sanctificatur, ante non erat sanctū, quō dicimus deo patri, sanctificet nomen tuum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autē facio, & si uobis in uobis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia in me est pater, & ego in patre. ]Nō enim filius sic dicit, [in me est pater, & ego in illo] quō possunt dicere homines. Si eū bñ cogitemus, in deo sumus, & si bene uiuamus, deus in nobis est. Fideles eū participantes eius gratiam, & illuminati ab ipso, in illo sumus, & ipse in nobis: sed non sicut unigenitus filius ille in patre, & pater in illo, tanquā æqualis in eo, cui est æqualis. Deniq; nos aliq̄n possumus dicere, In deo sumus, & deus in nobis: non autē possumus dicere, Ego & deus unum sumus. Nonne possumus dicere, In deo es, q̄a deus te cōtinet? Deus est in te, q̄a templū dei factus es? Sic. Sed nunquid quia in deo es, deus es? uel q̄a in te deus est, potes dicere, qui <sup>Johan. 14.</sup> me uidet deū uidet, quō unigenitus dixit: <sup>Johan. 10.</sup> Qui me uider, uider & patrē? Et iterū, Ego & p̄r unū sumus? Nō. Agnosce ppriū dñi, & munus serui. Propriū dñi est, æq̄litas p̄ris: munus serui ē, participatio saluatoris,

**SO FERIA QVNITA**

post Iudica. Iohannis VII.

**I**n illo tempore **C**um audissent quidam de turba sermones Iesu, dicebant: **Hic est uere propheta. Et reliqua.**



**C**um ergo loquebatur Christus in die nouissimo festiuitatis, ea quæ supra huius textu euangelij posita sunt, nata est de illo in turba dissensio, alijs puriãtibus, quod ipse esset Christus: alijs dicentibus, quia de Galilæa nõ exurgeret Christus. Qui uero missi fuerant, ut eõt uenerent, redierunt immu-

nes a crimine, & pleni signo admirationis. Nam & testimonium perhibuerunt diuinæ doctrinæ eius, cum dicerent à quibus missi erant: **Quare nõ adduxistis eum? Responderunt eis nunquã se audisse hominem sic locutum. Non em̃ usquam sic loquitur homo. Ille aut̃ sic locutus est, q̃a deus erat & homo. Tamen pharisæi testimonium eor̃ repellentes, dixerunt eis: **¶ Nunquid & uos seducti estis? Videmus em̃ delectatos uos esse sermonibus illius. [Nunquid aliquis de principibus credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.] Qui non nouerant legẽ, ipsi credebant in eum qui miserat legem. Et eum, qui miserat legẽ, contemnebant illi, qui docebant legẽ, ut impleretur quod****



dixerat ipse dñs: Ego ueni, ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant. Cæci enim facti sunt pharisæi doctores, illuminati sunt populi legem nescientes, & in autorem legis credentes. Nicodemus tamen unus ex pharisæis, qui ad dñm nocte uenerat, & ipse quidē non credulus, sed timidus (Nā ideo & nocte uenerat ad lucē, quia illuminari uolebat, & sciri timebat) respondit iudæis: Hunquid ler uestra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? Volebant enim illi perueri ante esse damnatores, quā cognitores. Sciebat enim Nicodemus, uel potius credebat, quia si tantūmodo eum patienter uellent audire, forte similes fierent illis, qui missi sunt tenere eum, & maluerunt credere illi, quā tenere illum. Responderunt ex præiudicio cordis sui: Hunquid et tu Galilæus es? Id est, quasi à Galilæo seductus. Dominus enim Galilæus dicebat: ur, quoniam de Nazareth ciuitate erant patres eius, secundum Mariam dixi parentes, nō secundum uirile semen. Non enim quæsiuit in terra nisi matrem, quia iam habebat desuper patrē. Nam utraq; eius natiuitas mirabilis fuit: diuina, sine matre: humana, sine homine patre, Inquūt ergo illi qñ legis doctores ad Nicodemum: Scrutare & uide quia propheta a Galilæa nō surgit. Sed domini prophetarum, secundum ordinem prophetarum inde surrexit. Et reuersi sunt (inquit euangelista) unusquisque in domum suam.

FERIA SEXTA

post Iudica, Iohan, XI.

**In illo tempore Collegerunt pontifices & pharisæi cōcilium aduersus Iesum, et dicebāt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Et reliqua.**

**N**Ec tamē dicebāt, credamus in eum. Plus enim perditii homines cogitabant, quō nocerēt & perderent, q̄ quō sibi consulere ne perirent: & tñ t̄mebāt, & quasi consulebāt. **Dicebant em̄: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: dimittimus eum sic, omnes credēt in eum. Et uenient Romani, & tollēt nostrum locū & gētem.** ] Temporalia perdere noluerunt, etiā uiram æternā nō cognouerūt, ac sic utrunq; amiserunt. **Nā & Romani, ppter dñi passionē & glorificationē tulerunt ab eis locū & gentē, & pugnādo & transferēdo, Et illud eos sequitur, qd̄ alibi dictū est: Filij aut̄ regni ibūt in tenebras.** **Hoc aut̄ timuerūt, ne si oēs in Chr̄m crederēt, nemo remaneret, q̄ aduersus Romanos ciuitatem dei templūq; turaret: qm̄ cōtra ipsum templū, & contra suas p̄nas leges doctrinā Chr̄i esse sentiebāt.** **Unus aut̄ ex ipsia Caiphas noie, cū esset pōtifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicq̄, nec cogitatis q̄a exedit uobis, ut unus moriat̄ homo pro populo, & nō tota gens pereat. Hoc aut̄ à semetip̄o nō dixit, sed cum esset pōtifex anni illius, p̄phetauit.** ] **Hic docuit etiā per hoies malos, p̄phetiæ sp̄m̄ futura p̄dicere, qd̄ tñ euāgelista diuino attribuit sacramēto, q̄a pōtifex fuit. i. summus sacerdos. Potest aut̄ uos mouere, quō dicat̄ pōtifex anni illius, cū dñs statuerit unū summū sacerdotē, cui mortuo unus succederet. Sed intelligendum, qd̄ per ambitiones & cōtentiones inter ludḡos**

Matth. 8.

postea constitutum est, ut plures essent, q̄ per annos singulos suis vicibus ministrarēt. **Nā** de Zacharia hoc dicitur: **Factū** est aut̄, ut cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante deū, secundū cōstitutionem sacerdotij, sorte exijt ut incensum poneret, ingressus in tēplum dñi, &c. **Hinc** apparet plures eos fuisse, & uices suas habuisse. **Nam** incensum nō licebat ponere, nisi summo sacerdoti, & sorte etiam unū annū plures administrabāt, quibus alio anno alij succedebāt, ex quibus sorte exiebat, qui incensum poneret. **Quid** est ergo q̄d̄ p̄phetauit **Caiphas**, q̄a le us moriturus erat pro gente, et non tm̄ pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unum? **Hoc** euangelista addidit. **Nam** **Caiphas** de sola **Iudæorū** gente prophetauit, in qua erant oues, de quibus ait ipse dñs: **Nō** sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. **Sed** nouerat euangelista alias oues, quæ non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, ut essent unum ouile & unus pastor. **Hæc** autem secundū prædestinationem dicta sunt, quia neq̄ oues eius, nec filij dei adhuc erant, quia nondum crediderant. **Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerent eum.** **Iesus** autem iam non in palam ambulabat apud **Iudæos**, sed abiijt in regionem iuxta desertū, in cuius tatem quæ dicitur **Ephraim**, & ibi morabatur cū discipulis suis. **¶** **Nō** quia potētia eius defecerat, in qua utiq̄ si uellet, & palā cū **Iudæis** conuersaret, & nihil ei facerent: sed in hoīs infirmitate uiuendi exemplū discipulis demonstrabat, in quo apparet non esse peccatum, si fideles eius qui sunt membra eius, oculis persecutorum sese subtraherent, & furorem sceleratorū latendo potius deuiarent, q̄ se ostendendo magis accenderent.

**Luce. 1**

572 **SABBATO POST****Iudica in uigilijs palmarum. Iohannis VI.**

**In illo tēpore Dixit Iesus turbis Iu-  
dæorum: Amen amen dico uobis, nisi mā-  
ducaueritis carnem filij hominis, & biberi-  
tis eius sanguinem, nō habebitis uitam in  
uobis. Et reliqua.**

**Q**uomodo quidem detur, & quisnam modus  
sit manducandi istum panē, ignoratis. Verun-  
tamen [nisi manducaueritis carnem filij hominis, &  
eius sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uo-  
bis.] Hæc nō utiq; cadaueribus, sed uiuētibus loque-  
batur. Vnde ne istam uitam intelligentes de hac reli-  
garent, secutus adiunxit: **Qui manducat meam  
carnem, et bibit meum sanguinem, habet ui-  
tam æternam.** Hanc ergo, non habet, qui istum pa-  
nem noui manducat, nec istum sanguinem bibit. Nā  
temporalem uitam sine illo utcuq; homines in hoc  
seculo, qui non sunt per fidē in corpore eius, habere  
possunt: æternam autem nunquam, quæ sanctis pro-  
mittitur. Ne autē putarēt, sic in isto cibo & potu (quē  
carnaliter sumūt, & non spiritualiter intelligunt in fi-  
de) promitti uitam æternam, ut qui eam iurerent,  
iam nec corpore morerentur, huic cogitationi est dig-  
natus occurrere. Nam cum dixisset, [qui māducat  
meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitā  
æternam,] continuo subiecit, & dixit: **Ego resusci-  
tato eum in nouissimo die.** Vt scilicet habeat in-  
terim secundū spiritū uitam æternam in requie, quæ  
sanctorum spiritus suscipit: quod autē ad corpus æt-

tinet, nec id uita æterna fraudei in resurrectione mor-  
 tuorum in nouissimo die. Caro enim mea (inquit) ve-  
re est cibus. & sanguis meus vere est potus.  
 Cū enim cibo & potu id appetant hoīes, ut non esuriāt  
 neq; sitiāt, hoc ueraciter nō p̄fitar, nisi iste cibus & po-  
 tus, qui eos à quibus sumitur, immortāles & incor-  
 ruptibiles facit, i. societas ipsa sanctorū, ubi pax erit &  
 unitas plena atq; p̄fecta, Propterea quippe, sicut etiā  
 hoc ante nos intellexerūt hoīes dei, dñs noster Iesus  
 Christus corpus & sanguinē suū in eis rebus cōmen-  
 dauit, quæ ad unū aliquid redigūtur ex multis. Nāq;  
 aliud, scilicet panis, in unū ex multis granis cōficitur.  
 Aliud, scilicet uinū, in unū ex multis acinis cōficitur.  
 Deniq; itā exponit, quō id fiat quod loquit, & quid sit  
 māducare corpus eius, & sanguinē bibere. [ Et q mā-  
 ducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me  
 manet, & ego in eo. ] Hoc ē ergo māducare illā escā  
 & illum bibere potum, in Christo manere, & illū ma-  
 nentē in se bibere. At per hoc qui non manet in Chri-  
 sto, & in quō non manet Christus, proculdubio nec  
 manducat spiritaliter eius carnem, licet carnaliter &  
 uisibiliter premat dentibus sacramētum corporis &  
 sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum  
 ad iudiciū sibi manducat & bibit, qui immūds præ-  
 sumpsit ad Christi accedere sacramēta, quæ alius ne-  
 mo digne sumit, nisi qui mundus est, de quibus dicitur:  
 Beati mūdo corde, qm̄ ipsi deum uidebūt. [ Sicut  
 me misit (inquit) uiuēs patēr, & ego uiuo propter pa-  
 trē. Et qui māducat me, & ipse uiuet propter me. ]  
 Non enim filius participatione patris fit melior, quā  
 natus est æqualis: sicut participatione filij, per unita-  
 tem corporis eius & sanguinis, qd̄ illa māducatio p̄

Matth 5.

ratioꝝ significat, efficit nos meliores. **Viuius ergo** nos, propter ipsum manducantes eum, id est, per ipsum accipientes æternam uitam, quam non habebamus ex nobis. **Viuit autē ipse** propter patrem missus ab eo, quia semetipsum exinanitiuit, factus obediens usque ad lignum crucis. [Sicut me misit uiuēs pater, & ego uiuio propter patrem. Et qui manducat me, & ipse uiuit propter me.] Ac si diceret: **Ut uiuam propter patrem**, id est, ad illum tanquam ad maiorem referam uitā meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit, **Ut autem quisquam uiuat propter me**, participatio facit, quia manducat me. **Ego itaq; humiliatus uiuio propter patrem**, ille rectus uiuit propter me. **Non de eadem natura dixit**, qua semper est æqualis patri, sed de ea, in qua minor factus est patre: de qua etiam superius dixit: **Sicut pater habet uitam in semetipso**, ita dedit filio uitā habere in semetipso. i. genuit filiū uitā habentem in semetipso. **Hic est panis qui de celo descendit**, ut illum manducando uiuamus, quia æternā uitam ex nobis habere non possumus. **Non sicut manducauerunt (inquit) patres vestri manna, & mortui sunt.** Qui manducat hūc panem, uiuet in æternū. [Quod ergo illi mortui sunt, ita uult intelligi, ut nō uiuāt in æternū. Nā temporaliter pfecto & hi morientur, qui Christum manducant: sed uiuunt in æternum, quia Christus est uitæ æternæ signū. Qui manducat & bibit, hoc est, si manet & manetur, si habitat & inhabitatur, si hæret ut non deseratur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis uerbis, ut simus in eius corpore sub ipso capite in mēbris eius, edentes carnē eius, nō relinquentes unitatem eius. Sed qui aderant plures, nō intelligēdo scandalizati sunt. Nō em̄ cogit

Johan. 5

rabant hæc audiendo, nisi carnē, quod ipsi erāt. **Apo-**  
**stolus** autē dicit, & uerum dicit: **Sapere** secundum car-  
 nem, mors est. **Carnē** suam dicit nobis dominus mā- **Roma. 8**  
 ducare, & sapere tamen secundum carnem mors est,  
 Cum de carne sua dicat, quia cibus est uitæ æternæ, er-  
 go nec carnem debemus sapere secundum carnem,  
 sicut in his uerbis. **Multi itaq; audientes, nō ex-**  
**inimicis, sed ex discipulis eius, dixerunt: Durus**  
**est hic sermo, quis potest eū audire?]** Si discipuli du-  
 rum habuerunt istum sermonem, quid inimici: Et ta-  
 men sic oportebat ut diceretur, quod non ab hominī-  
 bus intelligeretur. Secretum dei intentos debet face-  
 re, non aduersos. Isti autē cito defecerunt, talia loquē-  
 te dño Iesu Christo, non crediderūt aliquid magnū  
 dicentem, & uerbis illis aliquā gratiam cooperātem:  
 sed prout uoluerunt, ita intellexerunt, & more homi-  
 num, quasi q̄ apud eos erat Iesus, hoc disponeret, car-  
 nem, qua indurum erat uerbum, ueluti concisam dis-  
 tribuere credentibus in se. **Durus est, inquit, ser-**  
**mo, quis potest eum audire? Sciens autē Iesus apud**  
**semetipsum, quia murmurabāt discipuli eius de eo.**  
 Sic enim apud se ista dixerunt, ut ab illo non audirē-  
 tur: sed ille qui eos nouerat in seipsis, audiēs apud se-  
 metipsum respondit, & ait: **Hoc uos scādalisat?**  
 Quia dixi, carnem meam do uobis māducare, & san-  
 guinem meum bibere, hoc uos nempē scandalizat.  
**Sic ergo uideritis filiū hominis ascenden-**  
**tem, ubi erat prius.** Quid est hoc? Hic soluit quod  
 illos mouerat, hinc eruet unde fuerant scandalizati,  
 hinc plane uidebitur quod non intellexerunt. Illi em̄  
 putauerunt illum erogaturum corpus suum, ille autē  
 se dixit ascensus: in cælum, utiq; integrum. [Cum uē]

deritis filiū hominis ascendente, ubi erat prius, ] certe uel tunc uidebitis, quia nō eo modo, quo putatis, erogat corpus suum: certe uel tūc intelligeris, q̄a gratia eius nō consumitur morsibus. In his uerbis perspicue intelligitur, Christum esse unam personā, dū dixit filium hominis esse prius in cælo. In terra loquebatur, in cælo se esse dicebat. Quod pertinet, nisi ut intelligamus unam personā esse Christum deū & hominē, nō duas: ne fides nostra sit quaternitas, nō trinitas. Christus ergo unus ē, uerbū, anima, caro: unus Christus, filius dei, & filius hoīs. Vnus Christus filius dei semper, filius hoīs ex tempore. Tñ unus Christus secundū unitatem p̄sonæ in cælo erat, q̄i in terra loquebatur. Sic erat filius hoīs in cælo, quō filius dei erat in terra: filius dei in terra, in suscepta carne: filius hoīs in cælo, in unitate personæ. Quod mox latius exponit, quid intersit inter sp̄m & carnē, & qd̄ inter carnaliter Christum manducare uelle, uel spiritaliter accipere. Ait em̄: **Spiritus est qui uiuificat, caro nō prodest quicquam.** Paulo ante dixit, Nisi manducaueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitam in uobis: ] & mō dicit: [Caro nō prodest quicquā] . i. si carnaliter uultis intelligere quę dico. [Caro nō prodest quicquā] si sic carnem intelligitis manducandā, sicut alium cibum, sicut carnes q̄ emunt̄ in macellis. [Spiritus ergo est q̄ uiuificat, ] per sp̄m̄ prodest caro, quæ per se ipsam non prodest: quia lit̄a occidit, sp̄s autem uiuificat. Nā p̄ carnem sp̄s aliquid p̄ salute nostra egit. Caro uas fuit, quod habebat, perquā spiritus saluauit nos, utens organo carnis ad salutem humani generis: q̄a diabolus uidebat̄ serpente quasi organo, ad

1. Corin. 3<sup>o</sup>



subuersionē primi parentis nostri. [ Spiritus est qui uiuificat, caro autē nō prodest quicquā. sicut illi intellexerunt carnem, non sicut ego do ad manducandū meam carnē. Proinde: Verba (inquit) quæ ego locutus sum uobis, spūs et uita sunt. Diximus em̄ hoc dñm cōmendasse in mādicatione carnis sue, & potatiōe sanguinis sui, ut in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus autē in illo, cum sumus membra eius: manet autē ipse in nobis, cum sumus templū eius. Ut autem simus membra eius, unitas nos compaginat: ut cōpaginet unitas, quid facit, nisi charitas dei? Vñ Apostolus: Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spm̄ sanctum, qui datus est nobis. Ergo spūs est, qui uiuificat: spūs em̄ facit uiua mēbra. Nec uiua mēbra spiritus facit, nisi quæ in corpore, qđ uegetat ipse spiritus, inuenit. Nam spūs qui est in te o hō, quo cōstas ut hō sis, nūquid uiuificat membrū, quod separatum inuenerit à carne tua? Spiritum tuū dico animā tuā. Anima tua nō uiuificat, nisi membra quæ sunt in carne tua: unum si tollis, iam ex anima tua non uiuificatur, quia unitati corporis tui nō copulatur. Hæc dicuntur, ut amemus unitatē, & tē meam separationē. Nihil em̄ sic debet formidare Christianus, q̄ separari à corpore Christi. Si em̄ separatur à corpore Christi, non est membrum eius: si nō est membrū eius, non uegetatur spiritu eius. Quis q̄ autem (inquit Apostolus) spiritū Christi non habet, hic non est eius [ Spiritus ergo est qui uiuificat, caro non prodest quicquā. Verba quæ ego locutus sum uobis, spūs & uita sunt. ] Quid est spūs & uita sunt? Spiritualiter intelligēda sunt. Si ergo intellexisti spiritualiter, spūs & uita tibi sunt: si intellexisti carnaliter, etiā

Roma. 8

fic illa spūs & uita sunt, sed tibi non sunt d̄ hō, qui spiritaliter ea non intelligis, nec fide ea uenērari nosti.

Sed sunt quidā in uobis qui non credunt.

Grate. 7. se  
cūdam se  
p̄uaginta

Et ideo nō intelligūt, quia nō credunt. Propheta em̄ dixit: Nisi credideritis, non intelligeris. Per fidem cōpulsamur, p̄ intellectu uiuificamur. Prius hāreamus per fidem, ut sic post uiuificemur p̄ intellectu. Sciebat em̄ ab initio Iesus, qui essent credentes, et quis traditurus esset eum. Nā ibi Iudas erat inter eos qui scādalizātū sunt, quē Christus nō siluit, nec aperte ostendit: ut omnes timerent, quāuis unus periret. Sed posteaquam dixit, & distinxit credētes à nō credētibz, expressit causam quare non credāt.

Propterea dixi uobis (inquit) q̄ nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo.

Dabitur em̄ a patre credentibus fides, ut nemo gloriatur in fide sua, quā à se nō est, quasi propria, sed à deo data, quasi grata. Et hoc multi discipulorū eius abierunt retro, et iā non cum illo ambulabant. Abierunt retro, nō post Christū, sed post sātānam. Isti autē sic redierūt retro, quō prācisi à corpore Christi, nec ultra redeūtes ad eū, quia fixi fideliter in corpore eius nō fuerunt: & hi nō pauci, sed multi.

Audiamus ergo quod ad paucos dixerit, q̄ remanserunt. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid et vos uultis abire? Non discessit tunc Iudas, sed quia remanebat cum dño, iā non apparebat, postea manifestatus est. Respondit Petrus, p̄ omnibus, unus, p̄ multis, unitas, p̄ uniuersis. Ait em̄ Euangēlista: Respondit ergo ei Simon Petrus: Dñe, ad quē ibimus? Quasi dicat: Repellis nos à te, da nobis alter, similē te, ad quē ibimus, si te relinqm⁹?

Si a te recedimus, ad quem ibimus? Verba uita  
aeterna habes. Videte quemadmodum Petrus dat  
 te dno, recreante spu sancto intellexit. Vnde, nisi ga  
 credidit uerba uita aeterna? Vitam em aeterna habes  
 in ministracione corporis & sanguinis tui. Et nos  
credimus & cognouimus. No dixit: Nos cogno  
 uimus & credim, sed credimus & cognouimus. Cre  
 dimus enim ut cognosceremus. Nam si prius cogno  
 scere, & deinde credere uellemus, nec cognoscere nec  
 credere ualeremus. Quid credimus, uel qd cognoui  
 mus? Quia tu es Christus filius dei. Id est, id  
 ipsa uita uita aeterna tu es, & no das in carne & san  
 guine tuo, nisi quod es. Respondit Iesus: Nonne  
ego uos duodecim elegi, & unus er uobis di  
abolus est. Dicebat aut de Iuda Simonis  
 Scariothis. Hic em erat eum traditurus, cu esset unus  
 ex duodecim. ¶ Unus ex duodecim erat, non fide, sed  
 numero: no ueritate, sed simulatioe. Sed quo intelli  
 gendu e, Nonne ego uos duodecim elegi, du ille unus  
 .i. filius diaboli dr esse, nisi quia aliter electi sunt illi  
 undecim, aliter & ille unus? Electi sunt illi ut mane  
 rent in Christo, & ut sonus illorum exiret per orbem  
 terrarum: electus est ille unus, ut dispesatio diuinæ mi  
 sericordiae in salute humani generis impleretur per  
 eum: unde bonitas dei bene ueritur malitia eius. Sicut  
 in uenditione Ioseph bn usus est deus malitia fratru,  
 ut ex opere malo illoru, bonitas dei ostederet in salu  
 tem multoru: sic malu Iudae in bonum uersum est no  
 stru. Quod facit malus, male ut edo bonis dei, sibi noc  
 er, no bonitate dei destruere poterit. Quare duode  
 cim elegit Chrs: Duodenarius numerus sacratu est.  
 No em, ga periit inde unus, ideo illius numeri honor

ademptus est, nam in loco pereuntis alius subrogatus ē. Māsit numerus cōsecratus, numerus duodenarius: quia per uniuersum orbem, hoc est, per quatuor cardines mundi trinitatem fuerāt annūciauri. Ideo quaterni electi sunt, ut sancta trinitas p̄ quatuor partes orbis pr̄dicāteretur. Nā & annus duodenario numero currit, & ordo signorū in cælis, per quē sol & luna currere noscuntur, duodenario numero distinguitur. Ideo hoc numero primos pr̄dicatores dominus Christus direxit in mundum. Nec numerus Iuda per eunte uiolatus est, sed alius eius loco subrogatus, de cuius numeri sacratissima significatione ipse Christus in euangelio ait, de excellētissima sanctorum gloria: **Cum autem sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Israel.**

Matth. 19

**DOMINICA PALMARUM** Matthæi. XXI.

**In illo tempore Cum appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage. Et reliqua.**

**C**um appropinquassent, dñs uidelicet & apostoli illius Hierosolymis, tendebat Iesus ad passionem, quia iam instabat tempus passionis suę. Quingē siquidem dies ante paschalem festiuitatem, uenit cū turba multa in Ierusalē. Post hanc autē uicem nō recessit inde, donec ibi pateretur & ibi resurgeret. **Ad montem oliueti.** Mons oliueti non longe ab Ierusalē erat, sed distat (sicut in libro antiquorū inuenimus)

spatium mille passuum. Bethphage uiculus est, uiculus dico, quia in terra repromissionis omnes uillae maxime muratae erant, unde & uici & uillae una appellatio censentur. Bethphage enim interpretatur domus buccae uel maxillae, ea de causa, quoniam sacerdotes in templo domini per octonon dies uicem suae administrationis explentes, completo diuino mysterio, nocte ad eundem uiculum succedebant: & hostias & sacrificia, quae in die a populo accipiebant, nocte ibi consumebant & comedebant. Vel certe ideo domus buccae uel maxillarum interpretatur, quia sacerdotes ibidem iugiter legem domini corde meditabantur, & ore ruminabant. Cum ergo dominus ad hunc montem oliueti uenisset, & ad hunc uiculum Bethphage, misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est. Castellum despectiue appellauit Ierusalem. Quae enim antea ciuitas magni regis appellabatur, & urbs sancta, postmodum imminente tempore dominicae passionis, quia dominus erat interfectura, non iam ciuitas, sed castellum despectiue nuncupatur. De quo bene dicitur [quod est contra uos,] quia & doctrinae Christi, & doctrinae apostolorum contraria existerat. Spiritually Bethphage, significat ecclesiam primitiuam. Et bene Bethphage uicus in monte positus dicitur, quia omnis ecclesia Christi in monte positus dicitur, hoc est, in Christo. Vnde per prophetam dicitur: Venite, ascendamus ad montem domini &c. Et bene etiam in latere montis positus esse dicitur, quia uidelicet ex domini latere praecessit consecratio & redemptio primitiuae ecclesiae. Legimus enim cum dominus in cruce positus esset, & iam spiritum emisisset, unus ex militibus lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Quo sanguine sancta ecclesia redimitur, aqua uero quoti

die à peccatis abluitur. Cū ergo uenisset dñs p incarnationis mysteriū ad populū Iudeorū saluandū, misit duos discipulos Ierusalē, hoc est, in hunc mundum ut sua p̄dicatione rebellium corda gentiū, fidei Christi subiugarent, & uniuersas gentes fidei suæ subicerent. Et bñ dicit, [Qd est contra uos,] q̄a totus mundus iugum fidei recipere nolebat, misit duos discipulos, hoc ē, duos ordines p̄dicatoꝝ, scilicet Iudeorū & gentiū. Vel duos misit, p̄pter geminā dilectionis p̄ceptum, quo p̄cipimur, ut diligamus deum ex toto corde, & proximum nostrum tanquam nos ipsos. Vel ideo binos misit, propter doctrinā & operationem, q̄a doctor & in doctrina & in opere perfectus debet esse. Ite. & inuenietis asinā alligatam, et pullum cum ea. Iuxta literam quidem humilitas magni saluatoris commendatur, qui Ierusalem tendens, nō equo superbo neq; phalerato inuehi uoluit, sed potius asinam & pullum eius, uisā scilicet animalia, ad sedēdum quæsiuit. Iuxta spiritalē intelligentiam, per hæc duo animalia, onus duorum populorū aperte declaratur. Asina enim, quæ oneribus ferēdis assuera ē, populū Iudeorū significat, qui lōgo tēpore sarcinā legis traxerat. Pullus ergo, q̄ lasciuus & liber est, significat gentiū plebē, quæ ante aduentū dñi sine legis doctrina & prophetarū q̄si libera & uaga incessit. Et bene utriq; alligati dicant fuisse, q̄a ueniens redēptor in mundū, utrunq; populū uinculis peccatorū suorū alligatū inuenit. Vnde & Ap̄tus Paulus dicit: Quia nō est distinctio, omēs em̄ peccauerunt, & egent gloria dei. Soluite. Soluite gētes à uinculis p̄ctōrum, Et adducite mibi uestra p̄dicationē & miraculis. Licet em̄ omnipotens deus gentes ad terra

pus dereliquerit, ut saluaret: non tñ in æternū contē-  
 pū, ut pderet. **N**ecessē est em̄ ut fiat hoc quod p̄ Psal-  
 mistam dixit: **H**oies & iumenta saluabis dñe. **Et si** *psalm. 134*  
quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dñs  
his opus habet. **P**ræcepit dñs apostolis suis, ut tē-  
 pore suæ p̄dicationis non cederent principibus & re-  
 gibus gentium, phubentibus eos à doctrina & salute  
 populorū. **L**egimus em̄ sc̄dm̄ alios euangelistas, quia  
 cum discipuli uenissent ad domū soluētes pullū, di-  
 xerūt dñi domus: **Q**uid facitis soluētes pullū? **A**t illi  
 dixerūt, quia operā eius desiderat. **M**ox em̄ ut sancti  
 apostoli accepto diuinitus p̄cepto, mundo prædica-  
 uerunt, statim reges gentiū & principes eius obsiste-  
 re cœperūt, ne pullū soluerent. i. ne populū gentiū à  
 cultura idolorū auerterent: sed discipuli illis constan-  
 ter insinuaerunt, quod dñs operā illorū consideras-  
 set. **Q**uo in loco queri potest, cur discipuli de anima  
 libus dicūt, [ dñs his opus habet, ] cū ecclesia ei decē-  
 ter, **B**onarū meorū non indiges? **G**entibus (ut de nu-  
 merositate illarū construat sibi ecclesiā, nō habentem  
 maculā neq; rugā) ideo dñs opus habet, ut dāna pa-  
 triæ cælestis, q̄ habentibus prauis angelis cōtraxerat,  
 multitudinē gētiū reparent. **Et cōfestim dimittet**  
**eos.** **C**ōpleto ministerio illorū animalīū, aīalia qui-  
 dem ad pristinū dñm̄ reductā sunt, sed figura illorū  
 animalium penes dñm̄ remansit. **N**ō ergo debemus  
 putare, quod postquā animalia, hoc est, populus cre-  
 dentium ad dominū adducunt, iterū ad pristinos do-  
 minos. i. ad seruitium dæmonum dimittātur: sed ita  
 potius intelligendum est, quod dicit: [ **Et cōfestim**  
**dimittet eos:** ] quia cum homines ad fidem Christi  
 adducuntur, mox remittuntur, nō in dæmoniacū ser-

nitium, sed in libera arbitrium rediguntur. **Vocastum factum est.** Quid totū? Vt dñs propter animalia adducenda discipulos in ciuitatē mitteret, ut nihilis animalibus in ciuitatē regiam portaret. Conseruato est beati **Matthæi** euāgelistæ, ut cūcta quæ de dño nostro **Iesu Christo** narrat esse completa, dicat etiam testimonijs prophetis ante fuisse p̄dicta. **Dicite filiæ Sion.** Hoc exēplum de **Zacharia** p̄pheta sumptum est. Sciens em̄ sanctus p̄pheta p̄ spiritum sanctum incredulitatē animi **Iudæorū**, p̄uocans etiam spiritu s̄ctō reuelante, quod ueniente domino **Ierusalem**, essent eum contradicturi, & blasphemij & contumelij affecturi, p̄sumptionē cordis eorū antea curauit reprimere, & aduentum redēptoris studuit p̄dicere, q̄bus indicij possent eū agnoscere. Et est uox p̄phetæ cōuersa ad apostolos, & ceteros qui dñm comitabantur, alloquentis: [Dicite filiæ Sion] Vos apostoli & ceteri, qui dñm comitmini **Ierusalem** tendentē, [dicite filiæ Sion]. i. populo **Ierusalem** ad festiuitatē cōgregato. Historialiter filiam **Sion** appellat **Ierusalem**. **Sion** em̄ arx erat emmens in medio ciuitatis, & principatum tenens super ædificia ciuitatis. **Eccerertus**, non alienigena, nō extrane⁹ ut **Herodes**, de te carnis originē sumēs. **Venit tibi.** Non uacat quod dixit [tibi]. Hoc est, si intellexeris aduentum eius, & eum deuote receperis [uenit tibi]. i. ut saluet te. Si autē non intellexeris aduentum illius, repelleris, ueniet contra te, hoc est, ut perdat te. **Manuerus.** Ista sunt in dicitis regis tui. **Manuerus**, non ferox, non crudelis, sicut alij reges, q̄ antea dominabātur tui, sed mitis, sicut ipse di-

**Matth. xi. xii.** Discite à me q̄a mitis sum & humilis corde. **Se**



dens super asinam & pullum. i. non uenit ad te  
 sedens super equū amatorē litis & discordiæ: sed se-  
 dēs super asinā pacis & tranquillitatis amicā. **Allego**  
 rice Sion illam partē sanctæ ecclesiæ debemus intel-  
 ligere, q̄ est in illis sanctis, q̄ iam cum Ch̄ro regnant,  
 & claritatē illius contēplantur. Filia uero Sion debe-  
 mus intelligere præsentē ecclesiam, q̄ adhuc à Ch̄ro  
 peregrinat in terra. Quæ merito filia supernæ ciuita-  
 tis dicit, quia illi q̄ nos ad cęlestē patriam p̄ceserunt,  
 fidē & bona opa nos docuerūt, illi etiam sacro bap̄ti-  
 smate nos regenerauerūt. Est igit̄ uox p̄pheta ad p̄-  
 dicatores dicētis: **Dicite uos sancti p̄dicatores, q̄ ad-**  
**huc peregrinamini in terris à Ch̄risto, dicite sanctæ**  
**ecclesiæ: [ Ecce rex tuus. ]** Rex sanctæ ecclesiæ in p̄-  
 mo aduentu ueniet mā suctus, ut eā redimeret: in secū-  
 etiā aduentu ueniet mansuetus, ut eā ab hoc seculo  
 subtrahat, & in nūmerū cęlestium ciuiū transferat. **Iu-**  
**xta literam nō facile est credendū, ut dñs in tā paruo**  
**itinere utriq; animali infederit.** Ferūt em̄ doctores, à  
 mōre oliueti usq; Ierusalē mille t̄m sparium pedūm  
 interesse, sed aut asinæ infedit, & pullus liber incessit  
 aut q̄d potius credēdū est, pullo infedit, & asina absq;  
 fessore fuit. **Sed ubi cunq; historia deficit, aut aliquid**  
**turpitudinis habet, ad spūalem intellectum est recur-**  
**rēdum.** Nam & si dñs utriq; animali infederē non po-  
 tuit, iuxta mysteriū t̄m utriq; populo, Iudæorū uideli-  
 cet & gentium præsider, & p̄sidendo ducit eos Ierusa-  
 lem, hoc est, ad uisionē patriæ cęlestis. **Euntes aut̄**  
**discipuli** Accepto p̄dicandi præcepto, apostoli unū  
 uersum orbē peragrauerunt, & seminariū diuinæ fi-  
 dei ubiq; disperferūt. **Et imposuerunt super eos**  
**uestimenta sua.** **Vestimētia** apostolorū, quæ nudis

tergis animalium imposuerunt, significant doctrinam  
 & praecepta eorum, quibus corda gentium calefecerunt,  
 ut dominum potuissent habere sessorem. Nisi enim illi, qui  
 in Christo crediderunt, uestimentis apostolorum adorna-  
 ti fuissent, nequaquam dominum sessorem habere meruissent.  
**Plurima autem turba.** Plurima turba quae uestimenta  
 sua stravit sub pedibus animalium dominum portantium,  
 multitudinem martyrum significat, qui uestimenta sua  
 .i. corpora sua in uia istius uitae strauerunt, ut anima-  
 libus portantibus dominum .i. simplicibus, iter gradien-  
 di ad patriam caelestem facerent. & ut nos quoque in offen-  
 so gradu possimus peruenire ad Ierusalem .i. ad caele-  
 stem patriam. Potest & aliter intelligi, quod aialia domi-  
 num portantia, super se quidem uestimenta apostolorum  
 ferebant, quasi maioris dignitatis; turbae uero con-  
 fusae & uulgares uestimenta sub pedibus conculca-  
 bant. Turbarum enim uestimenta, ceremonias ueteris  
 legis significant: uestimenta apostolorum, doctrinam &  
 praecepta noui testamenti demonstrant. Aialia ergo  
 dominum portantia, uestimenta apostolorum super se  
 habent, uestimenta turbae sub pedibus suis conculcant:  
 quia omnes in Christum credentes, praecepta apostolo-  
 rum super se attendunt, mandata uero & neomenias  
 atque institutiones testamenti ueteris pro nihilo de-  
 putant. Quotiescunque enim circumcisionem spernimus,  
 sabbatum uolamus, neomenias abijcimus, quid aliud  
 quam uestimenta turbarum pedibus nostris conculcamus?  
**Autem caedebat ramos de arboribus.**  
 Per arbores debemus intelligere diuinas scripturas.  
 Ramos ergo de arboribus caedunt, qui de scripturis di-  
 uinis utilia quaedam excerpunt, ad utilitatem illorum, qui  
 ad caelestem patriam tendunt. Potest & aliter intelligi

Per arbores possumus intelligere paganos: p ramos arborum, paganorum filios. Ramos ergo de arboribus abscidit, quisquis filios paganorū à ritu & superstitione patrum suorum abstrahit. Turba autem quæ præcedebat, & quæ sequebatur. Memores turbæ mirabiliū, quæ dominus inter eos fecerat, mortuos suscitando, leprosos curādo, super mare nō infusus uestigijs ambulando, & cætera talia mirabilia faciendo, appropinquante illo ad passionē, laudes & gratias ei deuota mente referre studebant de miraculis & bonis operibus, quæ inter eos fecerat, dicentes: Osanna filio David &c. Sed spiritualiter, quod turba, quæ dominum præcedebat, & quæ sequebatur, consona uoce laudis dominum collaudabāt, hoc significat, quod populus Iudæorum, qui in fide præcessit, & gentes quæ eos secutæ sunt, pari & æquali fide & concordia deum omnipotentem collaudant. Eadem enim fides quæ fuit in patriarchis & prophetis ante aduentum saluatoris, eadem est in omnibus gentibus post resurrectionem illius. [Osanna filio David.] Osanna compositū est ex duobus sermonibus Hebræis. Osa enim, apud illos saluifica uel saluum fac, sonat, & na interiectio obsecrantis est, sed cōposito nomine fit osanna per elisionē i uocalis, & per geminationem, n, consonantis, cum rectius diceret Osana: interpretatur aut salua, siue saluifica, ut subaudiatur, populum tuum Israel, uel totum mundū, uel (ut alij uolunt) interpretatur salus, ut fit sensus: Osanna filio David, i. salus filio David. Benedictus qui uenit in noie dñi. Quod dicit, [benedictus qui uenit in noie dñi,] intelligit, qd filius à patre uenit in mundum. Quia quicquid secundum carnem in hoc

588 **PASSIO CHRISTI**

mūdo egit, totum ad gloriam & nomen patris sui re-  
tulit, dicens: **Pater in me manēs, ipse facit opera.** Quod  
addunt, **Osanna in excelsis,** est sensus, quod in car-  
natio & passio domini saluatoris non solum homini-  
bus salus fuit, sed etiam salus & gaudium angelorū  
in cælo. Dum enim multitudo credentium ad cælos  
transfertur, numerus angelorum, qui labentibus pra-  
uis angelis, imminutus fuerat, multitudine gentium  
restauratur.

**PASSIO DOMINI**  
**nostri Iesu Christi secundū Matthæū.**

**In die sancto Palmarum Matth. XXVI.**

**In illo tempore Dixit Iesus discipulis  
suis: Scitis quia post biduum pascha fiet,  
Et reliqua.**

**L**egimus dominum ante sex dies paschæ uenisse  
se Hierosolymam, cum frequentia turbarū, &  
cum ramis palmarū. Ab illo ergo die quo Hierosoly-  
mā uentus asino intrauit, usque ad hunc diem, quo hæc  
predicebat apostolis suis, intelligimus p̄cessisse qua-  
triduum & superesse biduum usque ad pascha. Allego-  
rice uero, biduum significat duo testamenta, uetus  
& nouū, quæ sectatores & obseruatores suos ad cla-  
ritatem uitæ æternæ perducunt. Post biduum uero,  
id est, post manifestationem duorum testamentorum,  
uerum pascha in mundo celebratum est. Pascha autē  
non est græcum, ut quidam autumant, sed hebreum.  
Hebraice enim p̄sach interpretatur trāsicus, Primū

**SECUNDVM MATTHAE. 589**

ideo trāsitus, q̄a in hac die trāsit dñs sup **Aegyptū**, **Aegyptios** uastās, & **Israeliticū** populū liberās. Deinde, q̄a ipsa die transiens exterminator per regnū **Aegyptiorum**, primogenita eorum interfecit. **Tertio**, qm̄ in hac celebritate festiuitatis, redēptor noster de hoc mundo transiuit ad patrē, sicut **Iohannes** plenius manifestat, dicens: **Ante diem festum pasche** sciens **Iesus** quia uenit eius hora, ut transeat ex hoc mūdo ad patrē. **Quarto** modo, ut nos mysticē informare mur, quia per **Christi** passionē transiuit ab hac mortalitate ad ueram immortalitatem trāsire habuimus.

*Iohan. 13.*

**Et filius hominis tradetur, ut crucifigatur.**

Errant qui putant dñm horruisse uel timuisse passionē, cum non solum ante biduū passionē suam prädixit, uerū multo antē eandem passionē prädixerat. Et instāre eadē passionē, noluit declinare insidias, sed ceteris ire nolentibus, sponte se ad passionē obtulit.

Multis modis traditus est dñs: **Primū** tradidit eū deus pater, sicut **Paul⁹** apostolus dicit, **Proprio filio suo** non pepercit deus, sed pro omnibus tradidit illū.

*Roma. 8.*

Deiū de tradidit ipse filius semetipsum, sicut idem **Paulus** dicit: **Qui tradidit semetipsum pro nobis.** **Tertio** tradidit eū **Iudas Iudæis**, **Iudæi** tradiderunt eū **Pilato** ad iudicandū, **Pilatus** miliribus ad crucifigendū. **Tūc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicitur Caiphas.** Reprehendit in hoc loco iniquitas & maleuolentia **Iudæorum.** **Qui enim uicino pascha** debuērant se pręparare, parietes tēpli leuigare, pauimētum uertere, & hostias & sacrificia, quę offerenda erant in solennitate paschę, pręparare, & semetipso ad festū paschę celebrandum prę-

parare, congregantur, ineuntes cōsiliū, quomodo  
dominū morti tradant. Dicebāt autē: Non in die  
festo, ne forte tumultus fieret in populo. Sic ut  
detur simplex sermo sonare, quasi ob seditionem ca-  
uerint Iudai dñm in die festo cōprehendere, timen-  
tes seditionē turbaram. Quod nō pcedit, sed potius  
ita intelligendū est, quia timebant, ne auxilio popu-  
li de manibus illorū tolleretur, quia omēs sicut pphē-  
tam eū habebant. Ne forte tumultus. i. ne motio fie-  
ret in populo. Cum autē esset Iesus in Betha-  
nia, in domo Simonis leprosi. Recte exequen-  
dum putabat euangelista, quid dñs egerit in Betha-  
nia ante sex dies paschæ, pridie anteq̄ iret Ierusalē se-  
dens asino. Quod autē dicit, in domo Simonis leprosi,  
Simonem hunc non debemus putare eo tpe fuisse le-  
prosum, sed quia pridē leprosus fuerat, & mirabiliter  
à dño curatus, pristino scilicet noīe pmanente, ad me-  
moriā curationis illius: sicut Mattheus publicanus  
dicitur, nō quia adhuc publicanus esset, sed q̄ olim  
publicanus extiterit. Et pulchre dñs ante passionē in  
Bethania fuisse legitur, Bethania quippe interpreta-  
tur domus obediētīæ, ut aperte ostenderet, quia per  
summā obediētiam ad passionē ueniret. Accessit  
ad eū mulier, habens alabastrū unguētī pre-  
ciosi. Hæc mulier ipsa est Maria Magdalena, de qua  
dñs septem dæmonia eiecit. Quæ primū quidem ad  
dñm accedēs in domo pharisæi, lachrymis pedes ei⁹  
abluit, et capillis terfir. Postmodū uero familiaris do-  
mino effecta, ad ipsum caput ungendum accessit. Et  
quia multū dilexit, multorum peccatorū ueniā pme-  
ruit. Alabastrū genus est marmoris p̄ciosi, uarijs co-  
loribus interincti, quod ferūt medici optimū esse ad

unguenta incorrupta seruāda. [Preciosū] Alius euāgelista dicit, quōd hoc unguentum fuerit p̄ciosum, nardus illud ex nardo pistica factū. Nardus aut̄ frutex est aromaticā, pingui & tenui radice, principatū tenēs inter omēs species, de quibus conficiunt unguēra. Pistica. a. fidelis, nō corrupta, sicut solēt medici quibusdā herbis ueritatē unguentorū corrūpere. Alius euāgelista ut ostēderet hoc unguentū p̄ciosissimū fuisse, narrat quia ex spicis nardi fuerit cōfectum. Fit quidē ex radice optimū, sed p̄ciosius est, quod fit ex spicis. Myrice, deuotio Mariæ, fidē ecclesiæ significat, quæ dñi quidē caput ungit, cum potentia diuinitatis illius prædicat, dicens cū Iohāne apostolo: In principio erat uerbū. Pedes ungit, cū infirmitatē humanitatis eius prædicat, dicens cū eodem Iohanne: Et uerbū caro factum est. Uideres aut̄ discipuli indignati sunt, dicētes: Ut quid perditio hæc? Hic uidentur dissonare Mattheus & Iohannes, cū Iohānes solummodo hāc indignationem Iudæ designauerit, reddens causam quare indignatus sit in effusione unguenti, scilicet quia fur erat, & oculos habēs, ea quæ mittebantur portabat. Sed tropus quidam est, qui appellatur synecdoche, plerumq; singularem pro plurali, frequenter uero pluralem pro singulari numero ponens. Hoc ergo genere locutionis possumus dicere hic a Mattheo positum esse plurale pro singulari, discipulos uidelicet dicens indignatos fuisse. Dixerim aut̄, quia si alij discipuli indignati sunt, causa utiq; pauperū indignati sunt: Iudas autē nō causa pauperū, sed causa inuidiæ, dolēs sacculis suis subtrahi, quod in domini capite fundebatur. Portius enim istud uenundari multo, subauditur p̄cio:

& dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonū operata est in me. Misit & benignus magister non arguit discipulos de mulieris indignatione, non addit ad ultimū, ipsum suum p̄ditorem & traditorē inuidia erga se laborantē, sed dixit: [Opus bonum operata est in me. Nam semp pauperes habebitis uobiscum, me autē semp non habebitis.] Et hoc contrarium esse uidetur illi sermōni quo dicit dominus: **Ecce ego uobiscum** sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. **Sed** illud de diuinitate accipiendum est, istud uero de humanitate: nam secundum humanitatem non semp cum eis est moraturus. Nam, inquit, semp habebitis pauperes, & misericordiam eis poteritis impendere [me autē non semp habebitis. Mittens em̄ hęc unguentū hoc in corpus meum, ad sepeliēdum me fecit.] Et est sensus istorū uerborū: **Vnguētum** quod uos puratis esse causam perditionis, officium est meę sepulturę. [Mittens em̄ hęc unguētum hoc in corpus meum, ad sepeliēdum me fecit.] Id est, corpus meum prauenit ungeri, dum adhuc uiuo, quod factura est mortuo, si licuerit ei. **Legimus** namq; quia Maria, posito dño in monumento, cum alijs sanctis mulieribus emit aromata & alia unguenta preciosa, ut uenientes ungerent corpus dñi. **Quod** tamē minime implere potuit, quia prauenta fuit resurrectione domini. **Hoc** illō pertinet quod dominus ait: [ad sepeliēdū me fecit,] .i. quod mortuo factura est, si licuerit ei, uiuo mihi exhibere studuit. **Amen dico uobis, ubi cūq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hoc fecit in me-**

Matth. 23



**moriam eius.** Notandum est, quia dñs post biduū passurus, & crucifigendus à Iudæis, euāgelium suum prædicat per uniuersum orbem esse prædicandū. Prædicatur ergo inter alia miracula saluatoris, etiā **Mariæ** beneuolentia, & eius deuotio ab omnibus laudat, scilicet q̄ caput domini unxerit, quod pedes illius lacrymis infuderit, quod capillis terferit. Et non tam deuotio **Mariæ** prædicat, quam fides & deuotio sanctę ecclesię. [**Dicetur & quod hoc**] subauditur opus [fecit in memoriã eius. **Tūc abiit vnus de duodecim, qui dicitur Judas Scarioth, ad principes sacerdotum.** Dicendo [tunc abiit,] ostendit hunc nō inuitum dñm saluatorem prodidisse, sed sponte ad perditionē accessisse, & cupiditate ductū, eius perditionem promississe. **Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam?** Non constituit eis precium, sed in illorū arbitrio posuit, quid ei dare uellent, ut non dñm, sed quasi uile mācipium uendere putaretur. **Et illi constituerunt ei triginta argenteos.** Impletū est hoc, quod omnipotens deus per Zachariam questus fuerat, dicens: **Si bonū est in oculis uestris, afferetē mihi mercedem: sin aut, quiescite,** & appenderunt mercedem meam triginta argenteos, de corā precii, quo appreciatus sum ab eis. Pro uniuersis beneficijs quę dñs operatus fuerat in eis, triginta argenteorū precio appreciauerunt eum. Sciendū uero est, quod Ioseph non uiginti aureis uenditus est (ur quidam putant, scđm quod editio Septuaginta declarat) sed potius uiginti argenteis, ne seruus precio cariori dño uenderetur. **Et erinde querebat opportunitatem, ut eum traderet.** Id ē, opportunitatem loci, quo eum tradere posset, querebat. Quā

opportunitatē quarebat, alius euangelista manife-  
 stat, uidelicet, ut traderet eū sine turbis. i. sine suffra-  
 gio populi: quia timebat eū de manibus suis adiuto-  
 rio populi liberari. **Prima autem die azymorum**  
**acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum.** Primam azy-  
 morum appellat quartamdecimā diem primi men-  
 ſis, quando ad ueſperam agnus immolabatur. Azy-  
 ma autē dicebantur reliqui dies ſeptem ſequentes, eo  
 quod ſine zyma, id eſt, ſine fermento eſſent. Non enim  
 licebat in illis diebus fermentatum aliquid comede-  
 re. Ponitur tamen & azyma pro paſcha, & paſcha  
 pro azyma, ſicut hic, ubi ipſam feſtiuitatem paſchalē  
 azyma appellat. **Ubi uis paremus tibi comede-  
 dere paſcha?** Intelligimus in hoc loco, quod Iu-  
 das ſimul cum alijs diſcipulis acceſſerit ad eum. Pau-  
 per (inquiunt) es, & pauperē te nos pauperes ſumus  
 ſecuti, cauſa tui amoris, quicquid habere potuimus, de-  
 reliquimus, [ ubi uis ergo paremus tibi comedere  
 paſcha? **Et Jeſus dicit: Ite in ciuitatē ad quē-  
 dam, & dicite ei: Magiſter dicit, tempus meū  
 prope eſt, apud te facio paſcha cū diſcipulis  
 meis.** Idioma Hebraicā linguā eſt, ſine denomi-  
 natione certarum perſonarū loqui, quod in hac ratio-  
 ſeruatum eſt. Et pulchre dominus non exprimit no-  
 men illius, apud quē celebraturus ſit paſcha, oñdens  
 quia nemo excipitur à celebritate paſchali, quicumq;  
 cum domino uoluerit ea celebrare. [ **Et dicite ei: Ma-  
 giſter dicit, tempus meū** ]. i. tempus paſſionis meae  
 [ **prope eſt, apud te facio paſcha cum diſcipulis meis.**  
**Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Jeſus, & pa-  
 rauerunt paſcha.** ] Alius euāgelista dicit, quia euntes  
 diſcipuli inuenerunt cœnaculum magnum ſtratū,

& ibi parauerunt. Non em̄ uacat à magno mysterio, quod dominus in cœnaculo pascha celebrauerit. **S**ignificat em̄ cœnaculū, altitudinem spiritalis intelligentiæ. **T**ranscens ergo carnalis literæ instrumentis, in cœnaculo celebrauit pascha, hoc est, in altitudine noui testamenti, dans nobis exemplum, ut si pascha cū domino uolumus celebrare, ima & infima trāscendamus, & in cœnaculo, hoc est, in diuinæ contemplationis altitudine pascha cum dño celebremus. [**V**espere aut̄ factō, discumbebat cū duodecim discipulis suis] **V**esper significat ultimā ætatē, in qua uerus sol occubuit partiēdo crucē, quā pro salute gñis humani sustinuit. **H**oc ergo uespere discubuit cū duodecim discipulis suis, hoc ē, quietē æternā per sanguinis sui effusionē eis præparauit. [**A**mē dico uobis, quia unus uestrū me traditurus ē.] **P**oterat qdem dñs traditorem noiatiū exprimere, sed noluit, ne impudētia uictus, in barathrum negationis incideret. **A**dmonet ergo illū generaliter ad salutē, ut admonitiōe correctus, pœnitentiā ageret. [**E**t contristati ualde, cœperunt singuli dicere: **N**unquid ego sum dñe?] **E**t uere ualde sunt cōtristati, quia non solum nō poterant mortem dñi meditari, sed etiam nec audire. **V**nde **P**etrus apostolus audiēs dñm de passione sua loquētem, dixit: **A**bsit hoc à te, non morieris. Sciebant qdem oēs apostoli, quod nil tale in dñm cogitauerūt, sed consciētiæ fragilitatis, plus magistro quā suæ fragilitati credentes, dicebāt: [**N**unquid ego sum dñe? **A**t ipse respōdens ait: **Q**ui intingit mecum manū in paropse de, hic me tradet.] **I**am superius dixerat: [**V**nus uestrum me traditurus est, sed quia ille admonitus non egerat pœnitentiā, iā apertius illū designat, dicēs

Matth. 26

[Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.] Paropsis uas est quadratum, dictum quod sit paribus absidibus. i. æquis lateribus. Est autem uas escarium, quod Marcus euangelista catinum appellat, quod est uas fictile. Intelligitur ergo in mensa domini fuisse aliquid quod uas escarum, quod contineret liquam, in quod ludas manum cum magistro intinxit, ut bonam conscientiam mentiretur. **Filius quidem hominis uadit**, subauditur ad passionem, sicut scriptum est de illo. **Ux autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.** Sed usque hodie uxor homini illi, qui corpus sui redemptoris non Iudæis, sed membris suis peccatoribus tradidit, integritatem fidei corrupentibus. Multi sunt quod scelus Iudæ detestatur, quod impie egerit, quod magistrum suum tradiderit: illum autem reprehendentes, ipsi reprehensionem minime in semetipsis cauent. Dum enim ueritatem pro pecunia subuertunt, quid aliud quam Christum tradunt? Ipse enim dixit: **Ego sum ueritas.** Dum fraternam charitatem aliqua fractione uiolant, quid aliud quam Christum tradunt? Unde scriptum est: **Deus charitas est. Bonum erat ei. finatus non fuisset homo ille.** Non ira est intelligendum, quod Iudas antea fuisset, uel esse posset, quam nasceretur, qui nec bene nec male agere posset: sed simpliciter accipiendum est, quia melius est non subsistere, quam male subsistere. **Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dicit: Nunquid ego sum rabbi?** Quod dicit rabbi, signum est infidelitatis, uel etiam argumentum est excusationis, quod non dominum, sed magistrum eum uocat: quasi aliquam excusationem habeat, ut non dominum, sed magistrum saltem tradiderit. [Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem,

**SECUNDVM MATTHAE. 597**

& benedixit, ac fregit & c. ¶ Expletis solennijs ueteris paschæ, trāsīt dñs ad sacramenta noui paschæ demōstrāda. Postq̄ cœnauit, dedit eis panē & uinū, in mysterio uidelicet corporis & sanguinis sui. Quia enim panis confirmat cor hominis, & uinum auget sanguinem in homine, merito idem panis in carnem domini muratur, & idem uinū in sanguinem dñi transferatur: nō per figuram neq; per umbram, sed per ueritatem. Credimus em̄, quia in ueritate caro est Christi, si militer & sanguis. Sed quia humana fragilitas nō cōsueuit carnibus crudis uesci, & sanguinē potare, trās-lata est eadem caro in panem, & idem sanguis in uinum. Sed merito quæritur, cur nos ieiuni tantum sacramentum quotidie sumimus, cum dñs finito conuiuio, panē corporis sui & calicē sanguinis sui, in mysterio discipulis suis propinauerit. Ad quod dicendū est, q̄ primū decebat significatiuū pascha cōsummari, ac deinceps pascha uerum induci. Post modū uero patres noui testamēti, uidelicet apostoli & sequaces illorum, statuerunt ut in ueneratione tanti sacramenti à ieiunis quotidie sumeretur. Illud uero perpendēdū est, quod à nullis panis solus, neq; uinū sine aquæ p̄mixtione offertur. Quia em̄ dicente Iohanne, aquæ populi sunt, miscetur aqua uino, ut uidelicet nos intelligamus, quia passio Christi pro nobis perpetrata est. Neq; passio Christi absq; utilitate generis humani celebrata est, & nos sine Christi passioe saluari nō poteramus. Si em̄ solum uinum sine aquæ p̄mixtione offerretur, posset talis esse intelligentia, q̄d nos absq; adiutorio Christi & passione saluari possemus. Sed iungitur aqua uino, & panis cōficiur cum aqua, ut aperte detur intelligi, quod neq; passio Christi si-

399 **Π** PASSIO CHRISTI

ne salutē nostrā possit fieri, neq; nr̄a salutē sine illius adiutorio consistere ualeat. [Accipit panē,] quod erat corpus suū, [benedixit & fregit.] ut ostēderet corpus suū om̄i benedictiōe esse repletū, & ita p̄ passionem esse frangendū, ut tamen diuinitatis plenitudine esset repletū. **Dedit q; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite.** Hoc ualet cōtra eos, q; mortuis hoībus eucharistiā largiunt. Cū em̄ dominus dicit, [accipite] statim subiunxit, [ & comedite: ] quia non sufficit accipere, nisi q;sq; comēdat: ad salutē suā, q; quod in uita sua accipere nō potuerunt, post mortem accipere nō poterunt. **Similiter accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omēs.** Vt sciamus, quia quisq; accipit, bibere debet. **Hic est em̄ sanguis meus noui testamenti.** Quod enim dicit, [hic est noui testamenti sanguis,] ad differentiā ueteris testamenti dicit. In ueteri testamento sanguis hircoꝝ & uitulorū effundebat, & inde aspergebant, qui mundādi erant. **Qui p̄ multis effundetur in remissionē peccatorum.** Pro omnibus effusus est Christi sanguis, sed non omnibus prodest, sed illis solūmodo, qui credunt in passionē suam: & illis, qui eodē spiritu sancto regenerantur, quo Christus in utero Mariæ est cōceptus. **Dico aut̄ uobis, nō bibā a modo de hoc genimine uitis,** usq; in diē illum, cū illud bibā uobiscum nouū in regno patris mei. ] Iuxta literam, p̄mittit se nequaquam esse bibiturū de genimine uitis, donec resurgeret à mortuis. Post quā aut̄ resurrexit, non solū comedit, sed etiā bibit cū discipulis suis, sicut Petrus apostolus declarat, dicēs: **Nobis q; mādūcauimus & bibimus cū illo, post q̄ resurrexit à mortuis.**

Actus. 10.

Sed q̄ altius intelligūt, spiritale mysterium ibi requirūt. Vitis em̄ noīe significat: ut plebs Israelitica, ut in Psalmo, Vineam de Aegypto transtulisti. Et iterū in Isāia, Vinea em̄ dñi Sabaoth, domus Israel est. Dicit ergo, [Nō bibā de hoc genimine], i. de generatione huius vitis, [donec bibā illud nouum in regno patris mei.] Regnū patris sui appellat hic, fidē credētium. At ergo: Non recipiā ab hac hora mea passionis carnales uictimas ac ceremonias, donec uinum dulcissimum bibam. i. fidem illorū uobiscum in regno patris mei. Nam post resurrectionē illud uinum bibit. Bibit em̄ dulcissimum uinū de genimine istius vitis, in illis uidelicet, q̄ post resurrectionē crediderunt p̄dicantibus apostolis, sicut in Actibus apostolorū legimus, p̄dicante Petro una die credidisse quinq; milia, alia die tria millia, & deinceps multa millia: in illis bibit uinum dulcissimū post suam resurrectionē.

Et hymno dicto, crierunt in inōtem Oliueti.

Hoc est, quod Psalmista ait: Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt dñm, qui requirent eū. Hinc etem̄ consuetudo exorta est, ut qñ caelesti pane pascimur, siue terreno cibo reficimur, hymnum deo dicamus. Vel etiam hymnū possumus intelligere illam orōnem, p̄ quam patri discipulos cōmendauit, quā Iohannes ad plenum executus est, quē ita inchoatur: Pater, uenit hora, clarifica filiū tuū, ut filius tuus clarificet te: in qua non solum p̄ apostolis orauit, sed etiā pro omnibus qui credituri erant per uerbū illorū in ipsum. Quod autē dominus post cœnam in montē Oliueti exiit, a pete dedit nobis exēplum, ut post q̄ diuino pabulo pascimur, ad culmē uirtutū quātocyus properemus. [Tunc dixit illis Iesus: Omnes uos

Psalm. 79.  
Isaie. 5

Psalm. 137

Johan. 17

scandalum patiemini in me in ista nocte, **Ἰωάν. 12. 10.** enim græce, latine dicitur offensio, siue impactio pedum. Prædicat enim dominus quod scādalum passuri essent in eum, ut ueniente hora scādali non desperarent, ppter scādalum, sed potius ad pœnitentiã conuerterentur. Et pulchre ait, [ in ista nocte ] qm̄ sicut qui inebriantur, nocte inebriantur, ita q scādalum patiuntur, in nocte, hoc est, in tenebris incredulitatis & ignoratię patiuntur. **Scriptum est enim: Percutiam pastorem & dispergētur oves gregis.** Hoc in Zacharia, ppheta scriptum est, alijs quidem uerbis, & ex alterius persona. Ibi enim propheta persona loquitur ad dñm: **Percute pastorem. i. Christum,** qui dicit: **Ego sum pastor bonus, & dispergētur oves gregis,** id est, apostoli, qui relicto eo omēs fugerunt. [ Postquam autē resurrexero, præcedam uos in Galilæã. ] Impletū est hoc, qñ duodecim apostoli post resurrectionē abierunt in Galilæam, in montem ubi cōstituerat illis Iesus. Et uidentes eum adorauerūt. [ Respondens autē Petrus, ait illi: Et si omēs scandalizati fuerint in te, ego nunquã scandalizabor. ] Nō temeritatis quidē hæc sunt uerba, sed potius ardoris magni, quem in dñm Petrus habebat. Eodē autē ardore, quo & cætera loquebatur, & faciebat, etiã hæc loquebatur. Sed Petrus, qui infirmus erat, de infirmitate sua præsumebat, dñs autē om̄ium conscius, quod futurus erat prædicebat. [ Tunc uenit Iesus cū illis in uillã, quæ dicitur Gethsemani. ] Gethsemani uallis est iuxta Ierusalem, in qua monstratur usq; hodie locus ubi dñs orauit, cum ecclesia super extructa. Intrapretatur autē Gethsemani uallis pinguium, uel pinguedinum. Non autē frustra in mōte aliquñ orabat,

Zach. 11.  
Johan. 12.



& aliquñ in ualle. In monte etem orat, ut tēpore orationis nostræ humilitatē, & cōtritionē cordis nos habere doceat. **Et hoc in ualle pinguium siue pinguedinum, ut scilicet oratio nostra condita sit pinguedine charitatis. Vel aliter, in mōte unusquisq; orat, q̄ cælestis patriæ præmia poscit. In ualle autē nihilominus orat, qui carnalia à deo petit, mortem uidelicet inimicorū, ultionē hostiū, abundantiam temporalium facultatum.** **Et assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & moestus esse.** Contristabatur, nō timore uicinæ passionis, propter quā sufferendā uenerat, sed p̄pter perditionē Iudæ, & propter dispersionem populi Iudæorū, & scandalū discipulorū, & euerfionem miseræ Ierusalē, his causis cōtristabatur dñs. **Tunc ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortē.** Errant q̄ putant dñm nō ueram aiām habere: si em̄ non habuit uerā animam, quare dicit, [Tristis est anima mea usq; ad mortē?] Et notandū est, quia non dicit p̄pter mortē, sed usq; ad mortē, hoc est, donec apostolos meos & om̄es credentes effusione sanguinis mei redimā. **Sustinete hic, & uigilate mecum.** Non admonet ergo dñs uigiliā corporis, quæ tunc tēporis nō erat, sed potius spiritalem uigiliam mētis, ne uidelicet mens apostolorum siue fidelium sopore infidelitatis torperet. **Et progressus pusillum, procidit in faciem suā.** Procidit autē dñs in faciem suam, ut humilitate corporis, humilitatē mentis demonstraret. **Di pater. Blauditis affectu loquitur. Si possibile est, transeat a me calix iste.** Orat, ut si fieri possit, quatenus genus humanum saluetur sine passione sua, transeat ab eo calix passionis, non timens eandem passionē sus-

ferre, sed dolens Iudæos tantum scelus admittere in  
 passione sua. **Vel** potest aliter intelligi, [ Si possibile  
 est, transeat à me calix iste, ] id est, si possibile est, ut  
 Niniue saluetur, nisi cucurbita auerit, hoc est, si fieri  
 potest, ut gētilitas per uniuersum mundū libe recur  
 sine Iudæorū perditione & interitu, transeat à me ca  
 lix passionis. Sed quia ex infirmitate carnis patri hæc  
 dixerat, redit ad semetipsum: & quod per infirmita  
 tē abnegauerat, ex diuinitatis persona confirmat, di  
 cēs: **Ueruntamen non sicut ego uolo, sed sic  
 ut tu,** id est, ut non hoc fiat, quod ego ex parte huma  
 nitatis loquor, sed propter quod ad terrā tua uolunta  
 te descendi. **Et uenit ad discipulos et inuenit  
 eos dormientes.** Quia uidelicet grauati erāt tam  
 tristitia, quā dñi passiōe. **Et dicit Petro: Sic nō  
 potuisti una hora uigilare mecum?** Ach diceret:  
 Quomodo pro me mori poteritis, q̄ pro me una ho  
 ra uigilare non potuistis? [ **Vigilate & orate, ut non  
 intretis in tentationē.** ] Impossibile est hoīem, quan  
 diu in hac uita fuerit, nō tentari: unde omnes tam ini  
 iusti quā peccatores, quotidie in oratione dicūt: **Ne  
 nos inducas in tentationem.** Non ergo præcipit dñs  
 orandum, ut non tētemur, sed ne in tentationem in  
 ducamur. Aliud est enim tentari, & aliud in tentatio  
 nem induci. **Tentatur** quilibet, quādo uel animo uel  
 corpore in delectatiōe alicuius uitij titillatur: induci  
 tur uero in tentationem, si suæ delectationi cōperit  
 cōsentire. Verbi gratia, tētatus est autem quidā mar  
 tyr, cū cogereēt dñm negare, sed nō inductus est in tē  
 tationem. Si eī negasset dñm, utiq; in tentationē in  
 duceretur. **Hoc ergo præcepit dñs, ut orent, ne intret  
 in tentationem.** i. ne metu persecutorū recedāt à fide

**SECUNDVM MATTHAE. 605**

Christi, ut cogantur illum negare. Spūs quidem promptus est ad passionē sufferendā, caro aut infirma. Exponit quare superius dixerit, [tristis ē anima mea usq; ad mortē,] quod scilicet spiritus illius promptus erat ad passionē sufferendā, [caro aut infirma] ad supplicia tolerāda. Itē secūdo abiit, & orauit, dicens: [Mi pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua.] Id est, si non potest genus humanū sine passiōe mea saluari, uel si nō potest uniuersus orbis salutem cōsequi, nisi populus iudæorū in perditionem ruat, fiat uoluntas tua. Non secundū hoc fiat qđ ex parte humanitatis loquor, sed propter quod ad terram tua uoluntate descendi. Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonē dicens. Orauit tertio, ut in ore dixorū uel trium testium stet omne uerbum. Orauit autem non pro se, sed pro nobis, scilicet ut illa oratio esset discipulorum confirmatio. Tunc uenit ad discipulos suos. post q̄ orauit ad patrē, & impetrauit salutem discipulorum suorum, uenit ad eos & dixit: Dormite iā et requiscite. Ecce appropinquauit hora, & filius hoīs tradetur in manus peccatorū. Surgite, eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. Intelligimus, quia cū dixisset, ut dormirent discipuli & requiescerent, aliquātulum tacuisse, ut impleretur quod dixit, & inde diceret: Surgite, eamus. Adhuc ipso loquēte, ecce Iudas vnus de duodecim. Vnus nō merito, sed numero, sicut superius dñs dixit: Nonne uos duodecim Iohan. 6. elegi, & unus ex uobis diabolus est? Quis autē tradidit eum, dedit eis signum, dicens: Quemcūq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū.] Infelix Iudas astimans

dominum signa magicis artibus patrasse, recolēs eū transfiguratum fuisse in monte coram tribus discipulis, asstimans etiam eum in hora passionis suae similitudinem in aliam mutare, ideo dat signum persecutoribus suis, ut quemcunq; oscularetur, ipsum comprehenderent, asstimans dominū persecutores suos eludere, & in aliam formā se transfigurare. **Et confestim accedēs ad Iesum, dixit: Aue rabbi. Et osculatus est eum.** Summa demencia infelicis Iudae. Nam osculum pacis porrigit ei, quem uult tradere persecutoribus suis. Adimpletum est hoc loco qd per Psalmistam dicitur: Qui edebat panem meū, amplexauit aduersum me supplantationem. **Amice, ad quod uenisti?** Duobus modis est intelligendum & distinguendum est. Sed ita distinguendum est, ut dicamus, [ Amice, ad quod uenisti? ] ut interrogantis modo legatur, uox dñi est miser, increpantis, & dolentis quod à summo gradu apostolatus ad apostasiam deuolutus erat: ut sit sensus: Amice, ad quod uenisti? id est, ad quātum malum deiectus es, ut de apostolo fieres apostata, & de doctore ueritatis, fieres magister erroris? Si uero plenam distinctionē ibi fecerimus, ut dicamus: Amice ad quod uenisti, ut subaudiatur, perfice, acsi diceret: Relinque osculum pacis, & imple traditoris officium. **Et ecce uisus est eis, qui erant cum Iesu, extendens manum, erexit gladium suum, et percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius.** Hoc Petrus apostolus fecisse legitur secundum Iohannem eo ardore mentis, quo & cetera faciebat. Nam seruus principis sacerdotum, cuius auricula amputata est, Malchus uocabatur, q̄ interpretatur rex.

**SECUNDVM MATTHAE. 608**

In quo seruo nihil aliud q̄ Iudeorū populus designatur, cuius dextera auricula amputata est, quia ablata spiritali intelligentiā, sola in eis ariditas literæ remansit, tanq̄ uidelicet sinistra auricula. **Sed dñs restaurauit ractu manus suæ auriculā dexterā illius, q̄a in illis, qui credituri sunt circa diem iudicij, spiritalē intelligentiā reparabit.** Vnde idem, rex & seruus principis sacerdotū dicitur. **Quō em̄ rex & seruus? Si rex, quomodo seruus? Sed rex in illis, q̄ fidē Christi accepturi sunt, seruus in illis, qui in seruitute peccati remansuri sunt.** [Tunc ait illi **Iesus: Conuerte gladium tuum in locū suū. Omnes em̄ qui acceperint gladium, gladio peribunt.**] Iuxta literam non omnes accipientes gladium, gladio pereunt. Nā & multi homicidijs insitūt, & tamē gladio non ceduntur. **Sed alius ostēdit esse intelligendū, ac si diceret: Ea temeritate, quā aliū punis uel iudicas, necesse est, ut eadem temeritate à domino puniaris.** **An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mibi plusquā duodecim legiones angelorū?** Ac si diceret: **Nō indigeo auxilio duodecim apostolorū, qm̄ si uoluerō patrem meū rogare, possum ab eo impetrare duodecim legiones angelorū.** Legio enim apud ueteres sex millibus constabat. **Duodecim autē legiones, septuaginta duo millia efficiunt.** Tot autem gentes legunt ad turrim Babel in diuersitatē linguarum diuisæ esse. Et est sensus: **Non egeo auxilio & defensione duodecim apostolorū, qm̄ si totus mundus in necē meā conspirauerit, possum rogare patrem meū, & exhibebit mihī contra unamquāq̄ gentem mille angelos.** **Zanquā ad latronem eritis cum gladijs & fustibus & tumultu, ad me cōprehendēdum, & in**

nocte, qui manifeste uobis in die apparui, & in tēpō  
 quōdie docui. Stultū est ergo cum gladijs me q̄rere, &  
 sponte me uestræ potestati trado. Hoc aut̄ totum  
 factū est, ut adimplerentur scripturæ prophe-  
 taz. Id est, ut implet̄ur uaticinia, p̄phetarum, quæ  
 de Christi passione p̄dicta erant, quæ longū est enu-  
 merare. **E** quibus unū est: **Foderunt manus meas &  
 pedes meos &c.** **E**t: **Sicut ouis ad occisionē ducetur.**  
**E**t iterū, **Ab iniquitatibus populi mei ductus sum ad  
 mortē.** [At illi tenētes Iesum, duxerūt ad Caiphā  
 principē sacerdotum, ubi scribæ & pharisei cōuenerāt.]  
 Præceperat oīpotēs de⁹ p̄ Moysen, ut legitima  
 successio sacerdotū in perpetuo p̄maneret. Inscite au-  
 tē tēpore dñicæ passionis, destructa erat sacerdotalis  
 dignitas. A deo erat præuaticata, ut quicūq; sacerdo-  
 tiū pecunia redimere posset, sacerdos efficeretur. Nō  
 eīm seruabatur ibi iam successio generis, sed potius in-  
 tuitus cupiditatis. Iste ergo Caiphā (sicut Iosephus  
 narrat) redemerat sibi unius anni pontificatū à Ro-  
 manis. Mirum aut̄ nō est, si iniustus sacerdos, iniustā  
 sententiā de dño proferat. **Petrus autē sequeba-  
 tur a longe, vsq; in atrii principis sacerdotū.**  
 Diuina uerba sic aliud dicunt, ut tamen aliud intelli-  
 gendū significant. Iuxta literā, Petrus à longe cum se-  
 quebatur, q̄a timebat ne pariter cum illo teneretur.  
 Allegorice, longe eum sequebat̄, q̄a uidelicet in pro-  
 ximo erat eum negaturus. **Et ingressus introse-  
 debat cum ministris, ut sinem uideret.** Vel a-  
 more dñi ingressus est post illum in atrium principis  
 sacerdotum, uel etiā curiositate humanitatis, ut uide-  
 ret sinem illius, an si ei parcerent, & castigatum eum  
 dimitterent, an etiā morti adiudicaret. **Nonissime**

Psalm. 21.  
 Iesai. 53

**SECUNDVM MATTHAE. 607**

ait venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dicit: Possum destruere templum dei, & post triduum reedificare illud. Mirum ualde est, cur dicantur esse falsi testes, cum illa dicant, quæ dominum alibi legimus dixisse. Sed falsus testis est, qui uerba alio sensu interpretatur, quàm ille qui dixerat, sicut isti, qui non solum sensum, sed etiam uerba permittunt rauerant. Quod enim ille dixerat de templo corporis sui, hoc isti interpretati sunt de templo materiali, quod erat in Ierusalem. Sed in his uerbis quædam calumniam struunt contra dominum. Illi dixerunt, Possum destruere templum dei: ipse autem dixerat, Soluite templum hoc, id est, uos soluite, non ego: quia illicitum est, ut nobismetipsis manus inferamus. Illi dixerunt, [Et post triduum reedificabo illud,] ut de templo materiali dicere uideretur: ille autem dixerat de spiranti & animati corpore: Et in triduo excitabo illud, quasi dormientem à somno. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Prouocat princeps sacerdotum ad respondendum falsis testibus, ut quem falsi testes damnare non poterant, ex responsione sua eum arguerent. Sed dominus prouidens, quia quicquid diceret, ad calumniam diceret, principi quidem sacerdotum nulla respondit, Pilato uero pauca. Dicit illi Iesus. Tu dixisti. subaudit, quia ego sum. Et Pilato et principi sacerdotum eisdem uerbis dominus respondit, ut utrumque propria sententia condemnaret. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei, et uenientem in nubibus cæli. Illis Iudæis dicit, quos post suam resurrectionem credituros esse sciebat,

[Veruntamē dico uobis, amodo]. i. ab hac hora siue tempore meæ passionis, [uidebitis]. i. intelligetis & crederetis: [filium hominis sedentem in dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cæli] ad iudicandum uidelicet. **Tunc princeps sacerdotū** scidit uestimēta sua, dicens: **Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus?** Ipse furor, qui cum superius de folio suo excusserat, ipse etiam furor prouocat eū ad uestimenta scindenda. Erat autem consuetudo in populo Iudæorū, ut quotiescunq; aliquid durum uel blasphemiat cōtra dñm audirent, uestimenta sua scinderent, ut ex scissione uestimentorum dolorem cordis ostenderent. **Quod legimus Paulū & Barnabam fecisse in quadam ciuitate, cū populus eis uellet immolare uictimas & sacrificia, quasi deos adorantes. Spiritualiter, scissio uestimentorū principis sacerdotū, significabat: scindēdam esse dignitatem sacerdotū in populo Iudæorum. In excussione sacerdotis de folio suo, significabatur uacua esse remansuram sedem pontificis in populo Iudæorū. Et illi respondentes, dixerunt: **Reus est mortis. Impletum est quod olim Psalmista ex psona domini dixerat: Circumdederūt me canes multi. Tunc erpuerunt in facie eius, & colaphis eum ceciderunt. Ut impleretur quod prædictum erat p prophetam: Faciē meā non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Alij autē palmas in faciem ei dederūt, dicētes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?** Ut impleretur illud ppheticum: Dedi genas meas uellētibus, & maxillas meas pcutientibus. **Et accessit ad eum vna ancilla, dicēs: Et tu cum Jesu Balilæo eras. Quid sibi uult, qd in dñi pa-****

Isaie. 50

Isaie. 50



stone, non uir, sed fœmina Petrum ad negandũ com-  
pulle? Diuinitus hoc actum est, ne uidelicet iste sexus  
in dñi passione uideretur esse immunis, sed sicut ergi  
sexus uideretur peccasse in dñi passione. Et congrua  
similitudine. Sicut em̄ mulier primũ parēnti ad pec-  
carum allexit, ita etiam mulier ostiaria Petrũ ad ne-  
gandum compellebat. [Et iterũ negauit eum cũ iura-  
mento, quia nõ noui hoïem.] Excusant quidam Pe-  
trum apostolũ, quod non negauerit Christum dñm,  
sed potius hominẽ, quasi diceret: Deum scio, hoïem  
nescio, quasi minoris culpæ sit, hominẽ negare quã  
deum, cum constat esse uerũ deum & hominem. Sed  
qui Petrũ uolũt defendere, Chr̄m cogunt mendaciũ  
arguere, q̄ dixit: Ante q̄ gallus cãter, ter me negabis.  
[Nã & loquela tua manifestũ te facit.] Vna quidẽ  
erat loquela & illorũ q̄ arguebãr, & illorũ q̄ arguebã-  
tur, ut nec dissimilis erat locutio, q̄ a oĩs Hebr̄gi erãt.  
Sed q̄ unaquæq; puincia uel ciuitas uernaculũ lo-  
cutionis sonũ habet, quẽ non pōt uitare, ideo dicũt  
[Nam & loquela tua manifestum te facit.] Sicut le-  
gimus in libro Iudicum, quod Ephrãtæi transeũtes  
uada Iordanis, cum cogerent ab hostibus ut dicerẽt  
theboleth, quod interpretatur spica, cum nõ poterãt  
exprimere, dicebant seboleth. **Et recordatus est**  
**Petrus uerbi Jesu, quod dixerat: Priusquã**  
gallus canter, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit  
amare.] Sicut alius euãgelista dicit, respexit dñs Pe-  
trum. Respectus domini, misericordiam illius desi-  
gnat, qua Petrum dubitãtẽ respexit, & in fide con-  
firmabat: quia p̄tiores etiam quosq; respicit, & corda  
illorum ad p̄nitentiam cõuertit. Et hoc notãdum  
est, quia gallo cantante Petrus ad p̄nitentiam rediit.

quia uidelicet quādo p negligentiam corporis delin-  
quimus, per p̄dicatorem admonitiōē ad p̄nitenti-  
am redire debemus. Saep̄ em̄ gallō nomine p̄di-  
catores solent significari. **Dane autē factō cōsi-  
lium inierunt omnes principes sacerdotum  
et seniores populi aduersus Iesum, ut eum  
morti traderent.** Notanda est sollicitudo Iudeorū,  
q̄ tota nocte in malū laborauerunt, ut effunderent  
sanguinē innocentē, & mane factō cōsiliū inierūt,  
& tradiderunt Iesum Pilato. Et nō solum Pilato tra-  
ditus est, sed (sicut Iohannes clarius manifestat) pri-  
mum deductus est ad Annam, deinde ad Caiphā, &  
principatū inter p̄ōifices gerebant eo tpe: tertio du-  
ctus est ad Pilatū, nouissime ad Herodē. Et (sicut Lu-  
cas euangelista dicit) spreuit illū Herodes cū omni ex-  
ercitu suo, & indutū ueste alba, remisit illū ad Pilatū.  
Ad oēs missus est, ut oēs eum illuderēt, & nemo im-  
munis esset à passione Christi. **Et uinctū duxerūt  
eū, & tradiderūt. Nōtio Pilato p̄sidi.** Cōsue-  
tudo autē erat, ut quēcunq; morti traderēt, uinctū illū  
p̄sidi adducerēt. **Tūc uidēs Iudas, qui eū tra-  
didit, quod dānatus esset p̄nitentiā ductus,**  
retulit triginta argēteos principibus sacerdotum &  
senioribus, dicens: Peccaui, tradens sanguinē iustū. **J**  
**uidēs Iudas dñm morti adiudicatū, & se quoq; mor-  
ti aternæ in proximo esse damnandū, propterea qd̄  
tradiderit dñm & magistrū, p̄nitentiā ductus, re-  
tulit triginta argēteos, quos acceperat à principibus  
sacerdotū: quasi in eius potestate esset persecutorū  
sententiam permutare. Sed licet mutauerit uoluntate  
suam, tunc nihil profuit, quia priorem exitum  
non immutauit. Sed si Iudas peccauit, sicut ipse di-**

**SECUNDVM MATTH. 61**

kir, [Peccaui, tradens sanguinem iustū,] quid meruerit, qui discipulum ad traditionē sanguinis magistrū puocauerunt? **Quid ad nos?** subauditur p̄tinet. **Tu uideris.** Tu (inquiūt) illud p̄basti cum accepisti, tu uideris qd acturus sis. **Et proiectis argenteis in templo, recessit: et abiēta laqueo se suspendit.** Auaritiæ magnitudinē impietatis pondus excludit. Nihil p̄fuit Iudæ quod p̄nitentiā egit de dñi prodicione, qm̄ culpam quam cōtraxerat, soluere nō potuit. Sic quicūq; in fr̄em suum peccat, ut hoc quod in eo offendit, emendare ualeat, ei dimitti potest: qui autē ita peccat, ut hoc quod peccauerit, non ualeat emendare, nō dimittetur ei. Quia frustra assuimit in uoce p̄nitentiæ, quandiu manet culpa. De Iuda autē & de similibus eius p̄ Psalmistā dicit: **Et oratio eius fiet in p̄ctm̄.** In peccatum ergo oratio Iudæ reparata est, quia non solum prius peccatum soluere nō potuit, sed etiam homicidium prodicioni dñi copulauit. **Non licet eos mittere in corbanam, quia precium sanguinis est.** Corbana Hebraice, latine interpretatur donum. Quo nomine gazophylacium appellatur, locus scilicet ubi thesaurus à populo oblatu seruabatur. **Et impletum est hic, quod dominus impropert scribis & pharisæis ante passionem suam, dicens: Culicem excolantes, & camelum glutientes.** Si em̄ in corbanam precii sanguinis mittere non licuit, multo magis ipsum sanguinem innocentem effundere nō licuit. **Et cōsilio inuito, emerunt ex illis agrū figuli in sepulturā peregrinorum.** Illi quidē hoc alia mente fecerunt, tamen etiam facientes nostræ saluti p̄uiderunt. **Ager nāq; domino interpretante, hic mundus intelligitur, figu**

Matth. 23

lus uero ipse dñs ē, q̄ finxit mare & mundū, & omnia  
 quæ in eis sunt. De precio ergo sanguinis Christi em-  
 ptus est ager, quia nos qui peregrini eramus à testa-  
 mēto dei, requiē animæ & corporis in sanguine Chri-  
 sti habere cœpimus. **Tunc impletum ē. quod di-**  
**ctum est per prophetā Jeremiam dicentem:**  
**Et acceperunt triginta argenteos.** Et reliq̄.  
 Hoc exemplum non inuenitur scriptum in Jeremia,  
 simile aut̄ aliqd̄ in Zacharia inuenimus: proinde nō  
 curauit Matthæus euangelista uel primū ponere Za-  
 chariam, uel etiam postea emendare, quia uidelicet  
 uniuersa q̄ spūs sanctus p̄ ora prophetarū locutus est,  
 & cōmunia sunt omnium, & propria singulorū. Quic-  
 quid em̄ dixit Ieremias, reputandum est Zacharię, &  
 quod Ieremias dixit, & ceteri prophetarū locuti sunt,  
 utique fuerunt Zacharię. Quia (sicut dixi) uniuersa  
 quę spiritus sanctus per ora prophetarū locutus est,  
 & coia fuerunt oīm, & propria singulorū. **Et inter-**  
**rogauit eum p̄ses. dicens: Tu es rex Ju-**  
**dxorū.** **Dicit illi Iesus: Tu dicis.** Subauditur,  
 quia ego sum. Notandum est, quia hoc quod ei obie-  
 ctum fuerat à scribis & pharisæis, hoc etiā Pilatus in-  
 terrogat, utrum uidelicet se regem Iudæorū esse di-  
 ceret, sicut scribæ & pharisæi eum accusauerunt. Sed  
 dñs ita suum temperauit respōsum, ut ueritatem di-  
 ceret, & tamen sermo illius calūniæ non pateret. **Et**  
**cum accusaretur a principibus sacerdotum**  
**7 senioribus. nihil respondit.** Intendum est, qd̄  
 dñs Pilato interroganti, patice respondit: idē, quia  
 nō suo arbitrio, sed populī accusatiōe eum motū ad-  
 iudicabat. Principibus aut̄ interrogantibus, nihil re-  
 spondit, quos sua respōsione indignos esse iudicabat.

**SECUNDVM MATTHAE. 63**

Vel certe ideo non respōdit, ne si semetipsum digna  
respōsione purgaret, uilitas passionis differretur, &  
genus humanū sine passione sua saluari nō poterat.  
Per diē autē solennē cōsueuerat praeses unū  
dimittere et vincētis quem uoluisent. Memores em̄ ludaei liberationis suae de Aegypto, hāc habe  
bāt consuetudinē, ut in die festo unū uinctum a mor  
te eriperēt, in memoriā suae liberationis, qm̄ de Aegy  
pro liberati sunt. Habebant autem tunc unum  
uinctū insignem, qui dicebatur Barabbas.  
Barabbas autē, ppter seditionē & homicidiū (sicut Lu  
cas testat) cōclusus tenebatur in carcere. Sedente  
autem illo pro tribunali. Tribunal est sedes iudicis,  
sicut solū sedes regis, cathedra autē sedes magistri.  
Disit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi 7  
iusto illi. Tūc primū intellexit diabolus per passio  
nē dñi se potestate, quā habebat in mūdo, priuandū,  
& spolijs, quae apud inferos & super eos habebat, esse  
spoliandum: & ideo satagere conatus est, ut saltē per  
passionem uxoris Pilati dominum a morte retrahe  
ret. Uult enim passa sum hodie per uisum  
propter eum. Notandum est, quia gentilibus saepe  
somnia reuelātur a deo, nō ob eorū merita, sed aut p  
scientia futurorū, uel etiam pro cautela aliorū, sicut le  
gimus Nabuchodonosor distributionē omnium re  
gnorū terrae uidisse: et sicut legimus Pharaonē somni  
um uidisse, quod Ioseph cū prudenter differuisset, do  
minus constitutus est in terra Aegypti. Principes  
autem sacerdotum 7 seniores populi per sua  
serunt populis, ut peterent Barabbam. Ie  
sūm uero perderent. Non est mirū si ludaei quiete  
& pace carent, qui principē seditionis: eligerūt, & au



ois, ut crucifigeretur. ] Inconsequens esse uidetur, ut ille qui superius dñm uoluerat liberare, mō cum flagellauerit, & flagellatum potestati eorū tradiderit. Quod duobus modis soluendū est: Ideo flagellasse, ut satisfaceret legibus Romanorū, quorū consuetudo erat, ut is q̄ morti esset addictus, primū flagellaretur, & postmodū occideret. Siue ideo flagellauit eū, ut uidelicet illi satiati p̄nis illius, cessarēt ultra mortem eius perere, ut crucifigeretur. [ Cohortem uniuersam cōgregauerunt. ] Cohors erat apud Romanos milites triginta. [ Et exuentes eum uestimentis proprijs, chlamydem coccineam circūderunt ei. ] Opproprij causa dño chlamydem coccineā circūderunt, p̄ purpura regali: & p̄ corona aurea, coronā de spinis imposuerunt capiti illius: & pro sceptro imperiali, arundinē in manu dextra illi dederunt. In his autē om̄ibus nostræ salutis celebratur sacramentū. Quod em̄ dominus coccinea ueste, i. rubro uestimēto induitur, significatur nostrorum peccatorum susceptio: quoniam cum sine peccato esset, nostra p̄ctā in semetipso suscepit. Quod autē spineam coronā in capite accepit, hoc significabatur, quod p̄ctā nostræ quæ p̄ spinas intelliguntur, ipse esset ablaturus à nobis: & maledictū, qd̄ primo homini dictū est, Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi, per suā passionē solueret. Quod autē arundinem in dextra manu ferebat, designabat se sacrilegium Iudæorū scribere. Siue etiā hoc significabatur, quod in sua passione uaticinia prophetarū implebantur. Solemus em̄ calamo plerunq; scribere. Et in calamo uenenata aialia occidit. [ Aue rex Iudæorū. ] Quasi dicerent, q̄ te dixisti regem esse Iudæorū. [ Et exuentes in eum, accepe-

1 Cor. 11.

runt arūdinem, & percutiebant caput eius. ] **S**emel hoc factū est dño corporaliter, quotidie heretici hoc faciunt, qui spiritaliter caput eius pcutiunt, & in faciē illius spuunt. Caput em̄ Christi deus est, teste Paulo apostolo. Caput ergo Christi pcutit, quisquis in illo diuinitatem illius abnegat fuisse, sicut **A**rrius, qui dicit filiū minorem esse patre. In faciē spuit, q̄squis præsentem illum in carne uenientem denegauerit, sicut **M**anichæus, qui dicit ueram in Christo nō fuisse carnem. [ Et postquam illuserunt ei, exuerunt illū chlamyde, & induerunt eum uestimentis suis. ] **Q**uandiu dñs illusionem passus est, & spura sustinuit, & coronā spineam in capite habuit, non ppria uestimenta habuit induta, sed aliena. **M**ox autē ut hora d. festiōis transit, ppria uestimēta resumpsit. **Q**uia quod passus est, & quod flagellatus est, non fuit, pprium diuinitatis illius. **Q**uod autē die tertia resurrexit, quasi pprium uestimentum resumpsit, p quod significabat, quod ad horam mortem erat gustaturus, & iterum ad tempus pacta passiōe de sepulchro resurrecturus. **I**mpleta est in eo, ppheta quæ dicit: **U**t faciat opus suum, alienum est opus eius: ut operetur opus suum, peregrinū est opus eius ab eo. **U**t em̄ operaret opus suum. i. salutē generis humani, opus illius alienum fuit, quia passionē quam pertulit, eius diuinitati aliena fuit. **E**xeuntes autē, inuenerunt hoīem **C**yrēnā nomine **S**imonē, hunc angariauerūt ut tolleret crucem eius. ] **N**ō est contrarius **M**atthæus Iohanni euangelistæ, qui scripsit dñm crucem sibi baiulasse, sed intelligēdum quod primum exiens de prætorio, crucem sibi portauerit: deinde uero obuiante **S**imone, angariauerunt eum ut tolleret crucem dñi, usq̄ ad lq̄

1 Mat. 28.



um quo figenda erat, quod à magno mysterio non uacat, siquidem Simon qui interpretatur obediens, gentilem populum designat. Vnde bene Cyrenæus fuisse dicitur, qui hæres interpretatur. Nam de gētili populo à deo patre filio repromittitur: Dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terræ.

In locū qui dicitur golgartha, quod est caluarie locus. Quidā locū caluariæ dictū autumāt à sepultura primi parentis, eo qđ caput, hoc est, caluaria ipsius, eodē loco sit tumulata. Quod pspicue falsum est, gauidelicet (sicut liber Iesu Naue refert) nō iuxta Ierusalem, sed inter Hebron & Cariatharbē tumulatus est. Verior ergo sensus est, qđ caluariam dicimus locum illum ex consuetudine antiqua, siquidem extra oēs ciuitates locus deputatur, ubi reorum capita decurcabantur. In caluaria ergo ibi truncabātur capita eorum. & recte idem locus caluariæ nuncupabatur. i. à capitibus damnatorū. Et merito ibi dominus crucifixus est, ut ubi prius erigebant aræ damnatorū, ibi erigerentur uexilla martyrij. Vel ubi abundauit delictum, superabundauit gratia. [Et dederunt ei bibere uinum cū felle mixtū.] Impletū est hic quod p Prophetam dicitur: Et dederunt in escam meā fel, &

*Psalm. 68*  
in siri mea potauerunt me aceto. Quod erant, hoc ei dederūt. Ipsi em̄ erant acetū, degenerantes à uino patriarcharū & pphetarum, & nequaquā aliud ei poterāt dare, quā quod erant. Quod aut dicitur, [Et cū gustasset, noluit bibere,] & non accepit: uinum fellitū qdem gustauit, sed nō bibit, aperte designans, quod passionem & mortē ad tēpus suscepit, sed in æternū eadem morte teneri noluit. [Postquam autē crucifixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem iac-

tentes. ] Vestimenta quidem dñi diuiserunt, sup tantam  
 uero quæ inconfutilis erat, & diuidi nõ poterat,  
 sortem miserunt. Vestimenta etem dñi, significat ele-  
 ctos illius. Quadripartita autẽ uestis illius, ecclesiã  
 designat, per quadripartitum orbem diuisam. Tuni-  
 ca autem illius in cõiurulis desuper rexta, unitatẽ ipsi-  
 ecclesiæ designat, quia omnis unitas regni in corpo-  
 re sanctæ ecclesiæ consistit. Quæ unitas nõ humano  
 arbitrio, sed diuina dispensatione regitur, per charita-  
 tem dei omnipotẽtis, de qua Paulus apostolus dicit.  
 Adhuc excellentiorem uia uobis demonstro. Ideo iu-  
 re eadem tunica desuper cõtexta perhibetur. [ Et im-  
 posuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. ]  
 Causam uidelicet mortis capiti illius superscripserunt.  
**Hic est rex Iudæorũ.** Et scripserunt hoc Hebrai-  
 cis literis, Græcis & Latinis, ut Iohannes euangelista  
 dicit, quia tunc temporis hæ tres lingue principatum  
 tenebãt inter reliquas linguas. Hebraica propter Iu-  
 dæos gloriantes in lege, Græca aut propter gentiliũ  
 philosophos, Latina autem propter Romanos, qui  
 tunc tẽporis omnibus gentibus imperabant. Velint  
 nolint Iudæi, ois lingua & ois natio confitetur quod  
 Iesus est rex Iudæorũ, hoc est, oim in se credẽtium &  
 se contentiũ. **Tunc crucifiri sunt cum eo duo  
 latrones,** unus a dextris, & unus a sinistris. ] Iuxta li-  
 terã impletũ est illud, quod per prophetã dicitur: Et  
 cum iniquis deputatus est. Allegorice aut duo larro-  
 nes, qui cum dño crucifixi sunt, significant duo gene-  
 ra hoim, qui sub confessione nois Christi, uel agonẽ  
 martyrii, uel arctioris uitæ instituta subeunt. Illi em  
 qui solo intuitu remuneratiõis sup se talia assumũt,  
 laude & merito dextro latroni coequantur. Illi autẽ

2. Cor. 12.

Iste. 53

**SECUNDVM MATTHAE. 619**

qui qualibet alia causa, uel agonē martyrii, uel arctioris uitæ instituta ducunt, sinistri latronis p̄fidia desigant, q̄ sub confessione nōis Christi, sed nō amore illius arctioris uitæ instituta subeunt. **Prætereūtes autē blasphemauerunt eū.** Prætereūtes dicuntur, q̄ præterierunt uia. i. Christū, mouētes capita sua contra dñm, qui prius mouerant pedes à rectitudine uitæ iustitiæ. **Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.** Velint nolint Iudæi confitentur, quod dñs Iesus alios saluos fecit. Sed q̄ alios fecit saluos, cōsequens est, ut etiam semetipsum saluū faciat si uult. Sed si dominus tunc temporis in illorū insultatione de cruce descenderet, etiam illorū insultationibus cedens, uirtutem patientiæ nobis nō mōstraret. Sed sustinuit dominus probra, & irrisiones per tulit. Plus eñ fecit, qui de cruce noluit uiuus descendere, de sepulchro surrexit mortuus, & non crediderūt ei. Plus eñ fuit de morte resurgere, q̄ de cruce uiuens descendere. [Idipsum autē & latrones, qui cruci fixi erant cum eo, improperebant ei.] Hoc synecdochicos intelligendum est. Non enim uterq̄ latro domino insultauit, sed sicut Lucas distinctius loquens manifestat, uno in blasphemia perseverante, alter de cruce increpauit eum, dicens: **Nūquid & tu times deum, quod in eadem damnatione es? Nos quidem digna factis recepimus, hic autem quid fecit? Et conuersus ad Iesum, dixit: Memento mei dñe, dū ueneris in regnū tuū.** Possimus autē dicere, quod primū quidē uterq̄ latro dñm blasphemauerat, sed uisā magnitudine signorū, obscurate uidelicet solis & cōmotio ne terræ, & apertione sepulchrorū, unus cōfessim poenitentia egerit, alter uero in blasphemia p̄seuerarit.

A sexta autem hora tenebrae factae sunt super uniuersam terram, usque ad horam nonam. Sexta hora dominus crucifixus est, secundum tres euangelistas. Nam quod Marcus confirmat eum in tertia hora esse crucifixum, ad uoces Iudaeorum debemus respicere, quorum uocibus tertia hora crucifixus est. Bene autem dominus sexta hora crucifixus legitur, quoniam eadem hora legimus primum hominem in paradiso peccasse: & dignum erat, ut per passionem filij dei eadem hora redimeretur. Quidam autem contraria ueritati sancti euangelij intelligentes, dicunt naturale solis deliquium contigisse, quod non intelligentes apostoli, super domini passionem interpretati sunt. Quibus respondendum est, quod deliquium solis nunquam nisi prima luna fieri potest. Constat autem festiuitate paschali, quando crucifixus est dominus, plenilunium fuisse. Ne autem ista solis obscuritas repente & subita fuisse dicatur, non solum una hora, sed etiam tribus horis proclata est, id est, a sexta hora usque ad nonam horam. Credendum uero est, quod sicut sol super terras obscuritatem passus est, ita etiam luna sub terris radios lucis suae abstraxit. Impleta est hic prophetia Iaelis dicentis: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Subtraxit autem radios suos, ne uel morientem dominum suum in cruce uideret: siue etiam, ut Iudaei ministri iniquitatis lumine illius non fruerentur. [Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicens: **Eli, Eli, lammasabachani.**] Sicut sitire, & lassari, & dormire non est proprium diuinitatis, sed humanitatis: ira etiam haec uox ex parte humanitatis processit, non ex parte diuinitatis. Nam secundum diuinitatem nunquam relinquitur a patre, secundo uero humanitatem ad tempus uisus est derelinqui

Joelis 2.

**SECUNDVM MATTHAE. 629**

à patre, quando permissus est cruci affigi. El enim dicitur deus: i. meus: lamina, ut quid? sabachani dereliquisti me. Eliam vocat iste. Hoc non Iudæos, sed Romanos intelleximus dixisse milites, quia nō intelligebant Hebraicam proprietatem. Sed si quis contentiosus extiterit, & dixerit non à Romanis, sed potius à Iudæis dictum fuisse, non aberrat à fide: quoniam more solito quicquid diceret dominus, ad infamiam detorquebant. Et cōtinuò currens vnus ex eis, accepram spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Quod erant, hoc ei propinabant, quia iam à uino degenerauerant, id est, à bonis operibus patriarcharum & prophetarum. Spongia cauernosa significat cor Iudæorum malitiosis fraudibus plenum. Hyssopus autem herba humilis, & pectus purgans, humilitatem Christi designat. Hyssopo circumdederunt spongiam, quoniam humilitatē Christi circumdederunt: & circumuenisse putauerunt, quā uarijs fraudibus circumdederunt. Calamus autem in quo posita est spongia, significat scripturam quæ hoc facto implebatur. Jesus autem itez clamans uoce magna, emisit spiritum. Diuinæ potestatis indicium, spiritum emisisse. Nemo enim potest spiritum emittere, nisi creator omnium spirituum. Spiritum autē pro anima posuit, quia anima utiq; spiritalis natura est, sicut in Psalmo legimus: Auferes spiritum eorum, & deficient. Et ecce uelum templi scissum est in duas partes, a summo usq; deorsum. Duo erant uela templi, unū interius ante arcam, & aliud exterius ante altare. Viderunt ergo beato Hieronymo illud exterius uelum scissum esse, ut paterent nobis sacramenta cælestia, quæ in ueteri testamento tenebā

tur occulta. Et non solum uelū templi scissum est, sed etiam uirtutes angelicā, potestātū ibi audita sunt, dicentiū: **Trāseamus ab his locis, uel sedibus. Et terra mota est, & petra scissa sunt.** Iuxta literā cōmotio terrā & petra, scissio, terrorem creaturarum significat, non sustinentiū mortem dñi sui. Sed si alio rem intelligēciam ibi requiramus, per cōmotionem terrā & scissionem petra, significatur terrenorū corda hoīm ad pēnitentiā cōmouenda. **Et multa corpora sanctorum, quæ dormierant, surrexerunt.** ] Sicut Lazarus suscitatus est, ita & isti suscitati sunt, ut domino resurgenti testimonia perhiberēt. Licet etiā domino pendēte in cruce monumenta apta sunt, tūc nemo illorū scōrū surrexit, usq; quo dñs resurgeret, ut ipse esset primogenitus ex mortuis. [ Venerunt in sanctam ciuitatem. ] Sanctam ciuitatē appellat Ierusalem, non qd tunc sancta esset, sed qā olim sancta fuisset propter cultum unius dei, nomine scilicet pristino permanente. [ Et apparuerunt multis, ] nō omnibus, sed illis duntaxat, qui digni fuerunt eorū uisōe. [ Centurio autem, & qui cum ipso erant, custodientes Iesum, uiso terrā motu, & his quæ fiebant, timuerunt ualde, dicentes: Vere, filius dei erat iste. ] In fide centurionis, qui gentilis erat, fides omnium gētium designatur. Credente autem centurione, Iudæi non solum non crediderunt, sed etiam timuerūt: quia gētib; Christū suscipientibus, Iudæi in sua perfidia remanserunt. **Erant autem ibi mulieres multe a longe, quæ secutæ erāt Iesum a Galilæa ministrantes ei.** ] Consuetudo erat apud Iudæos, nec reputabatur ad culpam, si mulieres religiose ministrarent proceptoribus suis de substantia sua. Quod Paulus apo-

**SECUNDVM MATTHÆ. 62**

Volus, ne scandalum gentibus faceret, uirauit, dicendo: Nunquid potestatem non habemus circumducendi sorores nostras? Hæ ergo mulieres, quæ uiuēti domino ministrauerant, etiam ad passionem procedentem sequebantur, ut cui uiuenti seruerant, etiā mortuo obsequerentur. [Inter quas erat **Maria Magdalene**.] **Maria Magdalene** ipsa est, de qua dominus septem dæmonia eiecerat. **Dicta autem Magdalene à Magdalo castello.** et **Maria Jacobi** Mater uidelicet **Jacobi & Ioseph**, qui in euāgelio fratres domini appellātur. Hæc **Maria** fuit domini matertera. **Cū sero autem factum esset**, uenit quidam homo diues ab **Arimathia**, nomine **Ioseph**, qui & ipse discipulus erat **Iesu**. **Hic accessit ad Pilatum**, & petiit corpus **Iesu**. **Arimathia ipsa est Ramathaim**, ciuitas uidelicet **Elcanæ & Annæ**. **Diues autem Ioseph** dicitur, nō ob iactantiam scriptoris, ut dominus diuitem discipulum habere uideret, sed ut ostendatur, quia aliter à præfecto corpus domini non poterat impetrare, nisi si diues esset. **Tunc enim temporis** nemini licebat, nisi potenti & diuiti ad præsidem intrare. **Diues etiam**, & non minus iustus dicitur. **Si enim diues non esset**, corpus domini impetrare non potuisset. **Si autem iustus non esset**, nequaquam dignus dominica sepultura fuisset. **lungitur autem iustitia cum potētia**, ut impeteret corpus **Christi**. **Et accepto corpore Christi**, **Ioseph inuoluit illud in sindone munda**. **Ex simplici sepultura domini**, condemnatur ambitio diuitum, qui neq; in tumulis quidē possunt carere diuitijs. **Et ex hoc possumus simpliciter intelligere**, quod sicut corpus domini linteo puro inuolutum fuit in monumento, ita mysterium sancti altaris non liceat

in pannis de auro textis celebrari, sed in multa *finis*  
done. Per significationem em ille Iesum, in mūda *finis*  
done inuoluit, qui sacramentū illius pura mēte susci-  
pit. **Et posuit in monumento suo nouo quod**  
**exciderat in petra.** Bene in monumēto nouo dñs  
ponitur, & non in ueteri, ne scilicet alijs remanenti-  
bus, domino resurgente, alios surrexisse fingant. De  
monumento ferunt, qui illud uiderunt, quod sit do-  
mus rotunda, excisa de subiacente rupe: & tantæ alti-  
tudinis, ut qui intus fuerit, extenta manu cacumen il-  
lius tangere possit. Habens introitum ab orientali  
parte, cui lapis ille magnus appositus est. In cuius a-  
quilonari parte corpus domini iacuit, habēs septem  
uel octo pedum longitudinē, trium palmarum emi-  
nens à cætero pauimento. Erat autem rubri & can-  
didi coloris huiuscemodi lapis, quod personæ salua-  
toris aptissime conuenit, cui ecclesia in Cāntico amor-  
ris dicit: Dilectus meus cādidus & rubicundus. Can-  
didus scilicet, quia peccatum non fecit: rubicundus,  
quia propriæ passionis cruore respersus est. [Et ad-  
uoluit saxum magnū ad ostiū monumenti, & abiit.]  
Diuina providentia actū est, ut magnum saxum ad-  
uoluerint ad ostium monumenti, ne si modicum ad-  
uolueretur, calumniam struerent scribæ & pharisæi,  
quod furto mulierum uel discipulorum sublatum  
fuisset corpus Iesu. [Erat autem ibi Maria Magda-  
lene & c.] Sanctæ mulieres, qui dominū arctius amā-  
uerant, etiam morientem usq; funus subsequutæ sunt.  
Alteram autem die, quæ est post parasceuen,  
conuenerunt principes sacerdotum & phari-  
sæi ad Pilatum. Altera autem die, id est, die sab-  
bati. Siquidē sexta feria dominus crucifixus est, sab-

Sepul-  
chri domi-  
nici forma

Canti. 5.



**SECUNDVM MATTH.** 625

bato quieuit in sepulchro, octauo, qui est primus, re-  
surrexit. Et pulchro ordine, quia homo sexta die fa-  
ctus ē, & deus septimo requieuit die ab omnibus ope-  
ribus suis, pulchra ratioe dominus sexta feria genus  
humanū sua passione redemit, sabbato in sepulchro  
quieuit, octauo die resurrexit. **Quod etiam pro no-**  
**stra salute constat esse actum.** Siquidem per sex secu-  
li ætates cum domino patimur, septima autem, quæ  
nunc est, post domini aduentum in anima cum do-  
mino requiescimus, expectantes diem octauum, &  
resurrectionem generalem, ut receptis corporibus,  
simus immortales in corpore, & incorruptibiles in  
mente. Domine, recordati sumus, quia seduc-  
tor ille dixit adhuc uiuens post tres dies re-  
surgam. Et nomine seductoris & furis, licet nolentes,  
ueritatem loquuntur Iudæi. Seductor autem est  
dominus, non à ueritate ad falsitatem, à bono ad ma-  
lum: sed è contrario ab iniquitate ad iustitiā. **Fures**  
autem apostoli fuerūt, quia fidem Christi, quam Iu-  
dæi respuerunt, à Iudæis auferre, & ad populos gen-  
tium transducere studuerunt. [Illi autem abeuntes,  
munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum cu-  
stodibus.] Non autem sufficit scribis & pharisæis, ut  
dominum interficerēt cruce, sed etiam ad sepulchrū  
ipsius custodes adhibuerunt. Et quantum in illis fu-  
it, resurgenti manus oppofuerunt. Sed quanto maio-  
ri diligentia sepulchro custodes adhibuerunt, tanto  
nos certiores de fide illius reddiderunt.

**FERIA SECUNDA**

**Palmarum. Iohannis XII.**

**In illo tempore Ante sex dies paschæ uenit Iesus Bethaniam, ubi Lazarus erat mortuus, quem suscitauit. Et reliqua.**

**S**Ciens autem dñs conspirasse de se occidēdo Iudæos, nō fugit insidiantium manus, sed certus de gloria resurrectionis, primo uenit Bethaniā proximam Hierosolymis ciuitatē, ubi Lazarum suscitauerat à mortuis: deinde etiā Hierosolymam, ubi ipse pateretur, & resurgeret à mortuis. Hierosolymā quidem, ut ipse sibi moreretur: Bethaniā uero, ut resuscitatio Lazari cunctorū memoriæ arctius imprimetur, & magis magistis cōfunderentur, atq; inexcusabiles conuincerentur impij principes, qui occidere nō timerent eum, qui suscitare posset à mortuis. Et nec beneficijs suscitationis ꝑuocati, nec diuina suscitātis uirtute ꝑterriti, animos ab iniusta cęde retraherent. Nec trāsitorie legēdum est, q̄re ante sex dies paschæ uenisset Iesus Bethaniā. Magna uero dignitas senarij numeri est in sacris scripturis, & multa opera dñi dei nostri in senario numero perfecta esse demonstrant. Quia senarius numerus in seipso per suas ꝑprias partes diuisus, uel cōiunctus, perfectus eē cōstat. Habet em̄ partes tres in seipso denominatas. i. unū, duo, & tres. Nam sexta eius pars unum est, tertia uero duo, dimidia itaque tres. Vnum uero, & duo, & tres, sex esse dinoscuntur. Nec aliud ex his tribus partibus coniunctis confici potest, nisi sex tantum: nec in alias partes senarius numerus diuidi potest, nisi in has tres. i. unum, duo, & tres. Nam ipse dominus creator omnium, huius mūdi creaturas sex diebus perfecisse notissimum est, & sexta die hominem fecisse cōstat.

quem serpentina fraude perditū, ante sex dies pasche  
 uenit ipse filius dei, per quē creatus est, Bethaniā ad  
 liberandum: ut qui sexta die creatus est, sexta feria li-  
 beraretur. **N**ā sexta feria Christū esse passum, neminē  
 ignotum esse reor. Igitur & mense sexto, annuciāte  
 archangelo, uirgo sacra inspiratione spūs sancti cum  
 dem redemptorem nostrū cōcepisse legitur. **Q**ui etiā  
 sexta hora perfecta ætate super puteum sedēs, mulie-  
 ri Samaritanæ diuini fontis fluena aperire dignatus  
 est. **S**exta quoq; ætate mundi ipse creator redēptor  
 mundi, iuxta fidem sacræ historiæ, uenisse iā legitur.  
**H**abent quoq; tres partes. i. unum, duo, & tres, ex q-  
 bus (ut diximus) senarius constat, aliquid mysterij in  
 dispensatione salutis humanæ. **P**rimo itaq; tempore  
 sub lege naturæ, ueluti in quadam unirate, sancti pā-  
 tres deo seruebant. **S**ecundo uero tēpore, lex addita  
 est ad naturā, ut quod mala cōsuetudo uitiauit in na-  
 tura, lex reformaret in litera. **E**t fuerunt duo, natura  
 & lex. **T**ertio itaq; tempore uenit gratia cælestis per  
 Iesum Christū, & sunt tria, natura, lex & gratia. Sicut  
 nec lex naturæ bonū destruit, nec gratia legē soluit,  
 sed adimpleuit, naturamq; pristinē reddidit nobilita-  
 ti. **N**atura tñ & lex, sine gratia impleri nō potuerūt.  
**N**ec sic homini liberum arbitrium datū est, uel legis  
 præceptū, ut gratiæ nō indigeret, sicut Pelagiana hæ-  
 resis affirmat. **E**t ne dicerent machinatores calūnia-  
 rum phantastice suscitatum fuisse Lazarum, facta ibi  
 dñi cœna, & ipse unus ex discubentibus cum eo erats  
 ut dum uiuentem, loquentē, epulantē, cum suis fa-  
 miliariter cōuersantem uiderent, siue audirēt, uel sic  
 suscitantis potentiā agnoscerent, & gratiam accipe-  
 rent. **M**ystrice autem, cœna hæc dominica, ubi Mar-

tha ministrabat, & Lazarus inter alios discumbebat, fides est ecclesie, quæ per dilectionem operatur, in qua cœna Martha ministrat, anima quæq; fidelis operam dño suæ dilectionis impendit. **Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo.** Cum etiam hi, qui post peccatorum mortem resuscitati ad iustitiam sunt, una cum eis qui in sua iustitia permansere, de presentia ueritatis exultant, pœnitentes simul cum innocentibus cœlestis gratiæ muneribus aluntur. Et bene eadē cœna in Bethania celebratur, quæ est ciuitas in latere montis Oliuæ, & interpretatur domus obedientiæ. Domus namq; obedientiæ, ecclesia est, quæ fideliter iussis dñi obtemperat. Et ipsa est ciuitas, quæ super montem misericordiæ cōstituta, nūquam potest abscondi: ipsa, quæ de sui latere constructa redemptoris, id est, aqua ablutionis, & sanguine sanctificationis, quæ de ipsius latere pro se morientis exiit, imbuta est. Vbi etiam altera soror Lazari Maria, magnæ indicium dilectionis ostendit, sicut in sequentibus monstrat euangelica lectio. **Acceptit libram unguenti nardi pisticæ preciosi, & unxit pedes Jesu, & ceteris capillis suis pedes eius.** Quo non solum suæ dat indicium deuotionis, sed & aliarum fidelium deo animarum signat pietatis obsequium. [Maria autem accepit libram unguenti nardi pisticæ preciosi. Quid namq; per libram unguenti, nisi pfectio iustitiæ exprimit, qd unguentū ex nardo pistica dicit esse confectum? Quid enim per unguentū, nisi bonus odor opiniōis insinuat. Et hoc unguentum ex nardo pistica, id est, nardo fideli. Nam nisi græce, latine fides dicitur. Sine fide enim deo placere impossibile est: nec bona fama, sine fide catholica fiet.

ri poterit. **O** homo, unge pedes Iesu bene uiuēdo, do-  
 minica sectare uestigia, et capillis exerge, ac si habe-  
 as, supflua, pauperibus eroga, hoc ē, capillis pedes Ie-  
 su tergere, quæ tibi superflua sunt, pedibus domini  
 necessaria sunt, id ē, minimis quibusq; in ecclesia, de  
 quibus in fine dicturus erit dominus: **Q**uandiu feci-  
 stis uni ex minimis his, mihi fecistis. **D**omus autem  
 pietatis est odor, id est, ecclesia, uitæ religiosæ fama  
 bona. **N**am odor bonus, est bona uita. **A**udi **A**posto-  
 lum, **C**hristi bonus odor sumus (inquit) in omni lo-  
 co. **E**t in **C**antico canticorum: **V**nguentum effusum  
 nomē tuum, **I**tem, **D**um esset rex in accubitu suo, nar-  
 dus mea dedit odorem suū. **V**bi aperte, quid **M**aria  
 semel fecerit, typice autem quid omnis ecclesia, quid  
 aīa quæq; perfectā semper faciat, ostēditur. **D**ixit er-  
 go **Y**uus et discipulis eius **J**udas **S**cario-  
 this, qui erat eū traditurus: **Q**uare hoc **Y**-  
nguentum non uenit trecētis denarijs, et da-  
tum est egenis: **V**æ impio traditori, uæ cōplicitibus  
 eius nequitia, etiam nunc membra **C**hristi perseque-  
 ribus, qui famam uirtutis, quam ipsi nō merentur ha-  
 bere, proximis q; habent, inuidere non cessant. **E**t q-  
 dem putare possumus **I**udā cura pauperum hęc fuis-  
 se locutum, sed prodit mentem illius testis uerax, qui  
 ait: **D**ixit autem hoc, non quia de egenis pertineret  
 ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea q; mit-  
 tebantur portabat. **N**on ergo tunc **I**udas periit, qñ  
 pecunia corruptus dñm prodidit, sed iam pditus do-  
 minum sequebatur, qui loculos habens dñicos, ea q;  
 mittebantur, portabat in ministerium pauperū, quæ  
 etiam infideli mente furari solebat. **V**idens ergo do-  
 minus cor illius cupiditatis iam sorde pollutum, præ-

2. Cor. in. a  
 Cantico. e

uidens peiori conditionis sordē polluendum, cōmisse  
 eius fidei quicquid habebant in sacculis, eumq; de his  
 quæ uellet facere p̄misit, uelut collati honoris uel ha-  
 bitæ memoria pecuniæ mentē ab ipsius uenditione  
 reuocaret. **Verū** quia semper auarus eger, neq; unq̄  
 beneficiorū per fidem meminit impius, a furto pecu-  
 niæ, quam portabat, puenit ad traditionē dñi, qui pecu-  
 niam sibi seruandā cōmendabat. **Dixit ergo Je-  
 sus: Sine illam, ut in die sepulturæ meæ ser-  
 uet illud.** Quasi innocenter interroganti Iudæ dñs  
 simpliciter & mansuete, quo ministeriū Mariæ p̄ri-  
 neret exposuit: quia ipse uidelicet moriturus, & ad se-  
 peliendū aromatisibus esset ungendus: ideoq; Mariæ,  
 cui ad unctiōnē mortui corporis eius, quamuis mul-  
 rum desideranti puenire nō liceret, donatū sit adhuc  
 uiuenti impendere obsequiū, quod post mortē celeri  
 præuenta resurrectione nequiret. **Vnde bñ Marcus**  
**dñm de illa dixisse testatur: Quod habuit hæc, fecit,**  
**præuenit ungere corpus meū in sepulturam. Quod**  
**est aperte dicere: quia corpus meū iam defuncti tan-**  
**gere nō potuit, solū quod potuit fecit, puenit uiuum**  
**adhuc funerandi officio donare. Pauperes enim**  
**semper habebitis uobiscum, me autē nō semper**  
**habebitis.** Et hic magnæ moderamine patientiæ,  
 dñs non Iudam arguit auaritiæ, & nō pauperū gratia  
 de pecunia loquitur, sed ex ratione demonstrat, nō esse  
 culpandos eos, qui ei inter hoies cōuersanti de facul-  
 tibus suis ministrarent, cum tã paruo tēpore ipse,  
 apud ecclesiam corporaliter māsurus, pauperes autē  
 quibus elemosyna fieri posset, in ea semper essent ha-  
 bēdi. **Loquuntur ergo turba multa et Iudæ-**  
**is, quia illic ē et uenerunt nō propter Iesum tñ.**

Marci. 14.

sed ut **Lazarus** viderent. quē suscitauit a mortuis. Curiositas hos, & nō charitas duxit ad Iesum. Sed nos uera uice frēs charissimī, si cognoscim⁹ ubi Iesus ē, ubi mansionē facit, ubi Bethaniā. i. domū anīmā obedientis, in q̄ habitat inuenit, ueniamus illic contēplatione, non ppter hoīem tm̄, quem à morte animē suscitātū spūitaliter uiuere donauit, sed ut bonam hoīs uitam imitādo, per hoc ad uisionē Iesu ptingere mereamur. Quia, p certo cognouimus ubi Iesus est, resurrexit em̄ post mortē, & ascendit in caelum, ubi habet mansionem perpetuā, ipsa est ciuitas uera, Bethania scilicet caelestis, quā nullus ualeat, nisi obediēs intrare. **Cogitauerūt principes sacerdotum, ut & Lazarus interficerent, quia multi propter illū abibāt ex Iudaeis, & credebāt in Iesum.** ] O caeca caecorum uersutia, occidere uelle suscitātū, quasi nō possit suscitare occisum, qui poterat defunctū. Et quidē utrūq; posse docuit, & qui Lazarum defunctū, & semetipsum suscitauit occisum. Postquā dñs quatuoriduanū mortuorum suscitauit, stupētib⁹ Iudaeis, & alijs eorū uidēdo credentibus, alijs in uidēdo peunib⁹: & post q̄ discubuit in domo Iesus, recumbente quoq; Lazaro, qui fuerat à mortuis suscitatus, post unguentū effusum sup pedes eius, unde domus odore cōpleta est, de quibus in superioribus, quantū potuimus tractauimus, nunc uidendū est, quid ante q̄n passionē gestū esse cōstat. Dicit enim euāgelista: [In crastinū autē turba multa, quae cōueuerat ad diē festum, cū audisset q̄ Iesus uenit Hierosolymā, accēperunt ramos palmarū, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Osanna, bñdictus q̄ uenit in nomine domini, rex Israel. ] Rami palmarū laudes sunt signifi-

cantes uictoriam, qua erat dñs mortem moriēdo su-  
peraturus, & trophæo crucis diabolus mortis prin-  
cipem triumphaturus. [ **O** sanna, benedictus qui ue-  
nit in nomine dñi. ] Notandū sane, quod oīa uerbū  
**Hebraicum**, cōpositum est ex duobus corruptis & in  
regro: salua nanq; siue saluifica apud Iudæos dicitur.  
**Na** uero interiectio deprecantis, quō apud **Latinos**  
interiectio est dolentis lieu, & interiectio admirātis  
papę. Deniq; in **Psalmo**, ubi **Septuaginta** interpretes  
transulerunt: **O** dñe saluum me fac, in **hebræo** scri-  
ptum ē: **Anna adonai** osiana, quod interpres noster  
**Hieronimus** diligētius elucidās, ita transulit: **Ob-**  
**secro** dñe, salua obsecro. **Idem** nanq; significat o per  
interiectionē obsecrantis, qđ obsecro dñe, per: p̄ im  
uerbum obsecrationis. **Osanna** itaq; salua obsecro,  
significat, consumpta litera uel uocali, quæ uerbum  
prius interminat, cum perfecte dicitur osi, p̄ uirtutē  
literæ uocalis aleph, a qua uerbum sequēs incipit an-  
na, quod metrici in uerbis scandēdis synalæphen uo-  
cant, quamuis illi scriptam literā scandentes transili-  
ant. In hoc aut uerbo osanna, iot litera nec saluē scri-  
bitur, sed sensu loquētium saluo, funditus intermit-  
tatur. [ **Benedictus** qui uenit in nomine dñi, rex **Isra-**  
**el.** ] Sic accipiendum est, ut in nomine dñi, in noīe pa-  
tris intelligatur, quamuis possit habere intelligenā  
in noīe suo. Quia & ipse dñs est, unde alibi scriptum  
est: **Pluit dñs a domino.** **Verba** eius melius nostrum  
**Johan. s.** dirigant intellectū, q̄ ait: **Ego** ueni in nomine patris  
mei, & nō suscepistis me: alius ueniet in noīe suo, hūc  
suscipietis. **Humilitatis** em̄ magister est **Christus**, qui  
humiliauit semetipsum, factus obediēs usq; ad mor-  
tē, mortē aut crucis. **Non** itaq; amittit diuinitatē, qñ



nos docet humilitatē. In illa patri est æqualis, in hac nobis similis. Per hoc qđ patri æqualis est, nos ut esse mus creauit, p quod nobis ē similis, ne periremus redemit. Has em laudes turba dicebat: [Osanna, bene dictus qui uenit in noīe domini rex Israel.] Quā uocem mentis inuidētia principes Iudæorū perpeti nō poterant, qñ regem suū Christum tanta multitudo clamabat. Sed quid fuit dño, regē esse Israel? qđ magnum fuit, regē seculorum regem fieri hoīm? Non em rex Israel Christus, ad exigendū tributū, uel ferro exercitiū armādo, hostesq; debellādo: sed rex Israel, qui mentem regat, qui in æternum consular, qui in regnum cælorū credentes, sperantes, amantesq; pducat. Dei ergo filius, æqualis patri, uerbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse uoluit Israel, dignatio est, non promotio: miserationis indicium est, non potestatis augmentum. Qui enim appellatus est rex Iudæorum, in cælis est dominus angelorum. Et inuenit Iesus asellum, et sedit super eum. Hic breuiter dictum est. Nam quemadmodum sit factū, apud alios euāgelistas plenissime legitur. Adhibetur autem huic factō propheticum testimoniū, ut appareret, quod maligni principes Iudæorū eum non intelligebant, in quo implebant, quæ legebāt. Inuenit ergo Iesus asellū, & sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi, sedens super pullum asinæ. Hæc filia Sion, cui diuinitus ista dicunt, in illis erat ouibus, q̄ uocē pastoris audiebant: in illa erat multitudo, quę dñm uenientē tanta deuotiōe laudabat, tātō agmine deducebat. Dictū est, [Noli timere] Illū agnosce, qđ te laudatur, & noli trepidare cum loquit, q̄ ille

sanguis fundetur, per quem tuum delictum deleat, & uita redimatur. Sed et super pullum asinae, in quo nemo sederat (hoc enim apud alios euangelistas inuenit) intelligitur populus gentium, qui legem domini non acceperat. Super asinam uero seder, quia utrumque iumentum domino adductum est, plebem eam significans, quae ueniebat ex populo Israel, non indomitam esse, sed quae praesepse domini agnouit. **Hec non cognouerunt discipuli eius primum**, sed quando glorificatus est Iesus. Id est, quando uirtute suae resurrectionis ostendit, tunc recordati sunt, quia haec sunt scripturae de eo. Recolentes quippe secundum scripturam, quae ante passionem siue in passione domini completa sunt, ibi & hoc inuenerunt, ut secundum eloquia prophetarum in pullo asinae sederet. **Testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo**, quando Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum hoc signum fecisse. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Turba turbauit turbam. Quid autem iniudes caeca turba, quia post eum uadit mundus, per quem factus est mundus? **Erant autem gentiles quidam ex iis qui ascenderat ut adorerent in die festo**. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, & rogabant eum dicens: Domine, uolumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreas. Andreas rursus et Philippus dicebat Iesu. Videamus quid dominus ad ista responderit. Ecce uoluerunt eum Iudaei occidere, gentiles uidere. Sed etiam illi ex Iudaeis erant, qui clamabant: Benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel. Ecce, illi ex circumcisione

Illi ex spūtio, uelut parietes de diuerso uenientes, &  
 in unam fidem Christi pacis osculo concurrētes. Au-  
 diamus ergo uocem lapidis angularis. Jesus autē  
(inquit) respondit eis, dicens: Venit hora, ut cla-  
rificetur filius hominis. ¶ Hic quisquam forsitan pu-  
 tat, ideo se dixisse glorificatum, quia gentiles eum uo-  
 lebant uidere. Non ita est, sed uidebat ipsos gentiles  
 post passionem & resurrectionem suam in omnibus  
 gentibus credituros. Quia sicut dicit Apostolus: Cæ-  
 citas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gen-  
 tium intraret. Ex occasiōe igitur istorum gentium,  
 qui eum uidere cupiebant, annunciat futuram pleni-  
 tudinem gētium. Et promittit iam iamq̄ adesse ho-  
 ram glorificationis suæ, qua facta in cælis, in eum gē-  
 tes fuerant credituræ. Vnde prædictum est: Exalta-  
 re super cælos deus, & super oēm terram gloria tua.  
 Hæc est gentium plenitudo, de qua dicit Apostolus:  
 Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo  
 gentiū intraret. Sed altitudinē glorificationis oportu-  
 it ut præcederet humilitas passiōis, ideo secutus ad-  
 iunxit, Amen amen dico uobis, nisi granum frum-  
menti cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solū ma-  
net. Si autē mortuū fuerit, multū fructū affert. ¶ Se autē  
 dicebat ipsum granū esse mortificandū, & multiplicā-  
 dū. Mortificandū infidelitate Iudæorū, multiplican-  
 dū fide oīm populorū. Iā uero exhortās discipulos su-  
 os ad passionis suæ sectandū uestigia, ait: Qui amat  
(inquit) animā suā, perdet eā. Qd̄ duobus modis  
 intelligi potest: Qui amat, perdet. i. si amas, perdes. Si  
 uicā cupis tenere in Ch̄o, noli timere mori p̄ Chri-  
 sto. Item alio mō: Qui amat animā suam, perdet eā. ¶  
 Noli amare in hac uita, ne perdas in ḡerna uita. Hoc

¶ Salin. 56

¶ Roma. 11

autem quod posterius dixi, magis habere uidetur eius angelicus sensus. Sequitur: **Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.** Ergo quod supra dictum est, [ qui amat, ] lubintelligitur, in hoc mundo, ipse utiq; perdet. Qui autem odit, utiq; in hoc mundo, in uitam æternam ipse custodit eam. Magna & mira sententia, quæ admodum homini sit in animam suam amor ut pereat, odiu ne pereat. Si male amaueris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando. Hic animæ nomine, uita præsens designatur, uel etiam huius uitæ delectatio, quæ perdenda est, ut feliciter inuenias uoluntatem tuam in regno dei, quæ fortiter uicisti in hoc seculo. Nam sancti martyres odio habuerunt hanc præsentem uitam pro Christi nomine, dum magis uoluerunt hanc præsentem uitam perdere, quam Christum negare, implentes quod sequitur: **Si quis mihi ministrat, me sequatur.** Quid est, me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Ecce quod dictum est, Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quo fructus? qua mercede? quo præmio? **Et ubi sum ego, illic & minister meus erit.** Merces est amoris, & operis precium quo ministratur, esse cum illo cui ministrat. Ubi enim bene erit sine illo? aut quomodo male esse poterit, honorificabit eum pater meus. [ Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. ] Quo honore, nisi ut sit cum filio eius? Quod enim superius ait, [ Ubi ego sum, illic & minister meus erit, ] hoc intelligit exposuisse cum dicit: [ Honorificabit eum pater meus. ] Nunquam maiorem honorem accipere poterit adoptatus,

quã ut sit ubi est unicus, non æqualis factus diuinitati, sed cõscius æternitati. Quid sit ministrare, cui operi merces tãra promittitur, considerandũ est. Si quis mihi ministrat, me sequatur, hoc intelligi uoluit, ac si diceret: Si quis me non sequit, nõ mihi ministrat. Ministrat ergo Iesu Christo, q nõ sua querit, sed quæ Iesu Christi. Hoc est em̃, me sequatur, uias meas ambulat, non suas, sicut alibi scriptũ ẽ: Qui se dicit in Chro manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Etiam si porrigit esurienti panem, de misericordia facere debet, non de iactãtia: nõ aliud ibi querere, nisi opus bonum, nesciente sinistra quid faciat dextera, id est, ut alienẽ intẽtio cupiditatis ab opere charitatis. Illi dicit: Cum uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Nec ea tm̃ quæ pertinent ad misericordiã temporã, sed om̃ia opera propter Christũ faciẽs, tunc erũt bona, qm̃ finis legis Christus ad iustitiam om̃i credẽti. Credẽs, minister est Christi, usq; ad illud opus magnæ charitatis, quod est animã suam ponere pro frãtribus. Hoc est em̃ & pro Christo ponere, qã & hoc propter sua membra dicturus est, Cum pro istis fecistis, pro me fecistis. De tali quippe hora dñs etiam se ministrũ facere & appellare dignatus est, ubi ait: Sicut non uenit ministrari filius hois, sed ministrare, & animam ponere pro multis. Hinc ergo est unusquisque minister Christi, unde est & minister Chrus. Sic ministrantẽ Christo, honorificat pater eius honore illo magno, ut sit cum filio eius, nec unquam deficiat fides eius. Cõmuniter uero de om̃ibus ait, Si quis mihi ministrat. Omnis em̃ quicunq; hic bene in Christo ministrat, cum Christo mercedem accipiet. Vñ unusquisq; pro modulo suo ministrare debet Christo, bñ

uiuendo, eleemosynas faciendo, nomē doctrinamq̄  
 eius, quibus potuerit, prædicando. **Qui** uero bene ui  
 uentes exhortat, ut permaneāt in bene uiuendo, mi  
 nistrat **Christo**. **Qui** uero humiliter admonēti se obe  
 dit, ministrat **Christo**. **Et** q̄ feliciter in hoc seculo mi  
 nistrat **Christo**, feliciter in futuro seculo regnabit cū  
**Christo**. Cū dñs Iesus pdixisset in grano sinapis passi  
 onē suā, & suos exhortaret ministros, ut sequerent̄ eū,  
 ad nostrā rursus infirmitatē suum temperauit affe  
 ctū, & ait: **Hunc anima mea turbata est**. **Vnde**  
 dñe Iesu anima tua turbata est: Nūquid nō ideo ani  
 mā cōcepisti & hoīem perfectū, ut in eo patereris? ni  
 deo dñe nostram infirmitatē in te transferre, & in te  
 causam suscipere nostrā. **Ideo** turbatus es, quia uolu  
 isti, sicut nat⁹ fuisti. **Nā** paulo ante de eo dictū est, ubi  
**Lazarum** suscitauit, turbauit semetip̄m. **Nā** his uer  
 bis, ab infirmitate nostra rapuit nos ad infirmitatem  
 suā. **Vox** est em̄ fortitudinis dñi, ubi ait: **Venit hora**,  
 ut clarificetur filius hoīs. **Vox** est infirmitatis nostrę,  
 dū ait: [**Nunc anima mea turbata est**.] **O** dñe mediā  
 tor, deus supra nos, homo propter nos, agnosco mi  
 sericordiā tuā. **Nā** quod tu rātus, tuæ charitatis uolū  
 tate turbaris, multos in tuo corpore, qui suæ infirmi  
 tatis necessitate turbātur, ne desperando pereant, cō  
 solaris, **Audi** ergo o miles **Christi**, quid deinde subiū  
 gat, cū dixisset: **Nūc anima mea turbata est**. **Et quid**  
**dicam⁹** (inq̄) **Pater**, saluifica me in hac hora.  
**Sed** propterea ueni ad horam hāc. **Pater** clarifica tu  
 um nomen. **Docuit** te quid cogites, docuit quid di  
 cas, quem inuoces, in quo speres, cuius uoluntatē cer  
 tam atq̄ diuinā tuæ uoluntati humanæ infirmatē p  
 ponas. **Nō** ideo tibi uideat ex alto diffidere, quia te

tulerit ab initio proficere. Nam & tentari dignatus est  
 à diabolo, à quo utiq; si noller, nō tentaret: & ea respō  
 dit diabolo, quæ tu in tentationibus debeas respōde  
 re. Et ille quidē tētatus est, sed nō periclitatus, ut dō  
 ceret te in tentatione pereclitantiē tentatori respōde  
 re, & post tentatorē nō ire, sed periculo tentatiōis ex  
 ire. Sicut autē hic dicit, **Nūc anima mea turbata est, ita**  
**etiā ibi dixit: Tristis est anima mea usq; ad mortē. Et**  
**iterū: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Ho**  
**minis suscepit infirmitatem, ut doceat sic conturba**  
**tum & contristatum, quod sequitur, dicere: Veruntā**  
**men nō quod ego uolo, sed quod tu uis pater. Sice m̄**  
**homo ab humanis in diuina erigitur, cū uolūtati hu**  
**manę uoluntas diuina præponit. Quid est autē, clarifi**  
**ca tuū nomē, nisi in sua passiōe et reirrectiōe? Quid**  
**est ergo aliud, nisi ut pater clarificet filiū suū, q̄ clarifi**  
**cat nomē suū etiā in similibus passiōibus seruoꝝ su**  
**oꝝ: Venit ergo uox de cælo, dicens: Et clarifi**  
**tui, & iterum clarificabo. ] Et clarificauit antequam**  
**facere mundum, & iterū clarificabo resurgentiē à mor**  
**tuis, & ascendentiē in cælum. Et aliter intelligi potest,**  
**Et clarificauit, cū de uirgine natus est, cū de cælo indi**  
**ce stella à magis adoratus est, cū à sanctis sancto spiri**  
**tu plenius agnitus est, cū descendente spiritu in specie**  
**columbæ declaratus, cum uoce de cælo monstratus,**  
**tum in monte transfiguratus, cū miraculā multa fe**  
**cit, cum multos sanauit atq; mūdauit, cū de paucis pā**  
**nibus tantam multitudinem pauit, cum uentis & flu**  
**ctibus imperauit, cū mortuos suscitauit. Et iterū cla**  
**rificatus est, cū resurgeret à mortuis, cū mors ei ultra**  
**nō dominabit, cū exaltabitur super cælos deus, & sit**  
**per omnem terrā gloria eius. Turba autē quæ stā**

bat zau diebat, dicebat tonitruum factū esse.  
 Alij autē dicebant, angelus ei locutus est, Respōdit Ie-  
 sus & dixit: Non ppter me uox hæc uenit, sed ppter  
 uos. ] Hic ostendit illa uoce non sibi indicatū, quod  
 idem iam sciebat, sed eis quibus indicari oportebat.  
 Sicut autē illa uox, non ppter eum, sed propter illos  
 in diuinitate facta est, sic anima eius non ppter eum,  
 sed ppter alios uoluntate turbata est. Nunciudi-  
ciū est mundi. Non em̄ de futuro iudicio hoc di-  
 ctum esse putamus, quod in fine mūdi futurū est, ubi  
 boni & mali separabunt̄ æterna diuisione, sed de iudi-  
 cio qđ quotidie in sc̄tā dei ecclesia solet esse. Posside  
 ergo diabolus genus humanū, & reos supplicio  
 tenebat chirographo pct̄ōrum, dominabatur in cor-  
 dibus infidelium ad creaturam colēdam, deserto crea-  
 tore, deceptos captiuosq; trahebat. Per Christi autē  
 fidem, quæ morte eius & resurrectione firmata est,  
 per eius sanguinē, qui in remissione fusus est pecca-  
 torum, millia credentium à dominatu diaboli libe-  
 rantur, Christi corpore copulantur, & subtrāto capi-  
 te uno eius spiritu fidelia mēbra eius uegerantur.  
 Hoc uocabat iudicium, hanc discretionē, & à suis re-  
 dempris diaboli expulsionem. Deniq; attende quid  
 dicat, quasi quæreremus quid esset quod ait: Nunciu-  
diciū est mundi, ssecutus exposuit, ait em̄. Nunc  
princeps huius mundi eijcietur foras. Audi-  
 uimus quale dixerit esse iudicium. Nō ergo illud qđ  
 in fine uenturū est, ubi uiui & mortui iudicādi sunt,  
 alijs ad sinistrā, alijs ad dexterā separatis: sed iudiciū,  
 quo princeps huius mundi eijcietur foras. Quō ergo  
 intus erat, quod eum dixit eijciēdum foras? [Nunc-  
 inquit, princeps mundi eijcietur foras.] Hoc intelli-



gendum est quod nunc fit, non tñ quod post futurũ  
 esset in nouissimo die. Præuidebat ergo dñs, qđ scie-  
 bat post passionē & glorificationē suā p̄ uniuersum  
 mundũ multos populos credituros, in quorũ cordi-  
 bus diabolus intus erat, cui qñ ex fide renūciant, eijcē  
 erur foras. **Sed** dicet aliq̄s: Nunquid de cordibus pa-  
 triarcharũ & prophetarũ ueterumq̄ iustorum non est  
 eiectus foras? **Plane**, ergo quō dictũ est nunc, eijcē  
 foras? quō putamus, nisi quia tunc quod in hoibus  
 paucissimis factum est, nunc in multis magnisq̄ po-  
 pulis iam mox futurũ esse prædictum ē? **Spiritus** autē  
 nondum erat datus, quia Iesus nõdum erat glorifica-  
 tus, potest similit̄ habere quæstionem, & similit̄ solu-  
 tionem. **Non** em̄ sine spiritu sc̄to futura p̄nunciaue-  
 runt p̄phetæ, aut nõ etiam dñm infantem in spiritu  
 sc̄to **Simeon** senex, & **Anna** uidua cognouerūt, & **Za-**  
**charias**, & **Elizabeth**, qui de illo nondũ nato, sed iã  
 concepto tanta per sp̄m̄ sanctũ prædixerunt: sed spi-  
 ritus nondũ erat datus. i. illa abundantia gratiæ spiri-  
 talis, qua congregati linguis oĩm loquerentur, ac sic  
 in linguis omnium gentium futura p̄nunciaret eccle-  
 sia, qua gratia spiritalis populi cõgregarentur, q̄ lon-  
 ge lateq̄ pctã dimitterentur, & millia milliũ deo re-  
 conciliarentur. **Quid** est ergo, ait quispiam, quia dia-  
 bolus de credentiũ cordibus eijcitur foras? iam fide-  
 lium neminē tentat? **Imo** uerõ tentare nõ cessat, sed  
 aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppu-  
 gnare: aliud est uulnerare, aliud occidere. **Sed** si uul-  
 nerat, est q̄ sanat. **Quia** sicut pugnãtibus dictum est,  
**Hæc** scribo uobis, ut non peccetis, ita qui uulnerat,  
 quod sequitur audiunt: **Et** si peccaueritis, aduocatũ  
 habemus apud patrem **Iesum Christũ** iustum, ipse est

propiciatio peccatorum nostrorum. Quid enim oramus cum dicimus: Debita nostra nobis dimitte, nisi ut vulnera nostra sanentur? Et quod aliud petimus, cum dicimus? Et ne nos inducas in tentationem, nisi ut ille qui infidiatur, uel certe extrinsecus nulla erumpat ex parte, nulla nos fraude decipiat, nullis nos subuerat machinis, quoniam non tenet locum cordis, unde fide eiectus est foras? Sed nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigilat qui custodit eam. Nolite ergo de uobis ipsis presumere, si non uultis foras eiectum diabolum intro iterum reuocare. Absit autem ut diabolus mundi principem ira dictum existimemus, ut eum caelo & terre dominari posse credamus. Sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto terrarum orbe diffusi sunt, sicut appellatur domus ab his, a quibus habitat. Secundum quod dicimus, bona domus est, uel mala domus est, non quando reprehendimus siue laudamus aedificium parietum atque tectorum, sed quoniam mores uel bonorum hominum uel malorum: sic ergo dictum est, princeps huius mundi. id est princeps malorum hominum, qui habitat in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, quod similiter toto orbe terrarum diffusi sunt. Inde dicit Apostolus, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi: hi sunt, ex quorum cordibus princeps mundi eiecitur foras. Cum ergo dixisset, Nunc princeps huius mundi eiecitur foras, adiunxit continuo: Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham post me. Quae omnia trahit, nisi ex quibus diabolus eiecitur foras? Non autem dixit omnes, sed omnia. Non enim omnium est fides. Non itaque hoc ad uniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturae integritatem. id est spiritum & animam & corpus: ad illud scilicet, quod intelligimus, & illud quod

2. Corin. 5

uiuimus, & illud qd uisibiles & corruptibiles sumus.  
 Quod em̄ dixit, capillus capitis uestri nō pibit, om̄ia  
 trahit post se. **Aut**, si om̄ia ipsi hōies intelligēdi sunt,  
 om̄ia prædestinata ad salutē possumus dicere, ex q-  
 bus omnibus ait nihil esse periturū, cum supra de suis  
 ouibus loqueretur: aut certe, om̄ia hōim genera, siue  
 in linguis omnibus, siue in ætatibus om̄ibus, siue in  
 gradibus honorū om̄iū, siue in diuersitatibus inge-  
 niorum om̄ibus, siue in artium licitā om̄iū, & utili-  
 um professionibus om̄ibus: & quicquid aliud dici po-  
 test, sc̄dm̄ innumerabiles differēcias, quibus inter se  
 per sola p̄ctā hōies distant, ab excelsissimis usq; ad hu-  
 milimos, à rege usq; ad mendicū. **Omnia**, inquit, tra-  
 ham post me, ut sim caput eorū, & illi membra mea.  
**Sed** si exaltatus, inquit, fuero à terra, hoc est, cū exalta-  
 tus fuero. **Non** em̄ dubitat futurū esse quod uenit im-  
 plere. **Hoc** refert ad illud quod superius ait: **Si** autē  
 mortuū fuerit granum frum̄eri, multū fructū affert.  
**Nam** exaltationē suam qd aliud dixit, quā in cruce  
 passionem: Quod & ipse euāgelista nō tacuit, subiun-  
 xit em̄ & ait: **Hoc autē dicebat, significans qua**  
**morte esset moriturus. Respondit ei turba:**  
**Nos** audiuius ex lege, q̄a Christus manet in æter-  
 num. **Quō** tu dicis, oportet exaltari filiū hōis? **Quis**  
 est iste filius hōis? ] **Memoriter** tenuerunt quod dñs  
 dicebat assidue filium hōis se esse. **Nam** hoc loco nō  
 ait, si exaltatus fuerit à terra filius hōis, sed sicut supe-  
 rius dixerat, qm̄ nūciati sunt gentiles illi qui eum ui-  
 dere cupiebāt: **Venit** hora, ut clarificetur filius hōis.  
**Hoc** itaq; isti animo retinētes, & quod nunc ait: [ **Cū**  
 exaltatus fuero à terra, ] mortē crucis intelligentes,  
 q̄sierūt ab illo, & dixerunt: [ **Nos** audiuius ex lege,

quia **Christus** manet in æternum. Quò tu dicis, oportet exaltari filium hoīs? ] Si enim **Christus** est, inquit, manet in æternum: si manet in æternum, quò exaltabitur à terra. i. quò crucis passioe morietur? Hoc enim eum dixisse intelligebant, quod facere cogitabant. **Non** ergo eis uerborum istorū obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulatā conscientia. **Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicū lumē in uobis est.** Hinc est quod intelligitis, quod **Christus** manet in æternum. **Ergo** [ **Ambulate dum lucem habetis,** ut non tenebræ uos cōprehendant. ] **Ambulate,** accedite, totum intelligite, & moriturum **Christum**, & uicturum in æternum, & sanguinem fusurum, quo redimat, & ascensurum in sublimia, quò perducatur. **Tenebræ** autē non cōprehendant, si eo mō credideritis **Christi** æternitatē, ut non negetis in eo mortis humilitatē. **Et qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat,** sed potest offendere in lapidē offensionis & petrā scandali, quò fuit dñs cæcis Iudæis, sicut credentibus lapis, quē reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli, Hinc dedignati sunt credere in **Christum**, quia eorū impietas contēpsit mortuū, irrisit occisum, & ipse erat mors grani multiplicandi, & exaltatio trahētis post se omnia. **Dū lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis.** Cum aliqd uerū auditum habetis, credite in ueritatē, ut renascamini in ueritate. **Hæc locutus est Iesus, et abiit et abscondit se ab eis.**

**Passio Domini**  
nostri Iesu Christi secundū Marcū.

**Feria tertia Palmarū. Marci. XIII.**

**In illo tempore Erat pascha & azyma post biduum. Et reliqua.**

**P**ascha autem, quod hebraice dicitur phase, non à passione, ut pleriq; arbitratur, sed à tràsfitu nominat, eo quod exterminator uidens sanguinẽ in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percussit eos. **Vel** ipse dominus præbens auxiliũ populo suo, desuper ambulauerit, cuius sacramentum uocabulũ sublimius exponens euangelista Iohannes, ait: **Ante diẽ festum paschæ sciens Iesus quæ uenit hora eius, ut transeat ex hoc mũdo ad patrẽ. Vbi manifeste declarat, ideo solennitatis huius diem per legem mystice transitum esse uocatum, quod agnus dei, qui peccata mundi tolleret, in eo de hoc mundo, siue ipse tràsitus, siue nos salubri transitu quasi de Aegyptia esset seruiture ducturus. Hoc sane (iuxta ueteris testamenti scripturam) inter pascha & azyma distat, quod pascha ipse solus dies appellat, in quo agnus occidebatur ad uesperã, hoc est, quartadecima luna primi mensis. Quintadecima autẽ luna, quã egressus est de Aegypto, succedebat festiuitas azymorũ, quæ septem diebus, i. usq; ad uigesimum diem eiusdem mensis ad uesperam est statuta solẽnitas. Verũ euangelistæ indifferenter, & diẽ azymorũ pro pascha, & p̄ diebus azymorũ pascha ponere solẽt. Dicit em̄ Marcus: [Erat autẽ pascha & azyma post biduũ.] Dicit Lucas: Dies festus azymorũ, qui diẽ pascha. Itẽ Iohannes, cum proximo die. i. quintadecima luna res ageretur, ait: **Et ipsi nõ introierunt in prætoriuũ, ut non cõtaminarentur, sed ut mãducarent pascha. Quod ideo fecere, quia & paschæ dies in azymis panibus est celebrari præce****

pus, & nos quasi pascha perpetuū facientes, semp ex hoc mundo transire ꝑcipimur. Vno quippe die agno immolato ad uesperā, septem ex ordine dies sequuntur azymorū, quia Christus Iesus semel pro nobis in plenitudine temporū passus in carne, per totū nobis huius seculi tēpus, quod septē diebus agit, in azymis synceritatis & ueritatis præcepit esse uiuendū, omni tempore nisi nos desideria terrena, q̄si Aegypti retinacula fugere, & uelut à mundana conuersione secreta solitudine iter admonet subire uirtutū. **Et quærebāt summi sacerdotes & scribæ quōd Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebāt autem: Nō in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.** Qui debuerāt pascha uicino parare uictimas, leuigare tēpli parietes, pauimenta uerrere, uasā mundare, & secundum ritum legis purificari, ut esu agni digni fierent, congregātur, ineuntes consiliū quōd occidant dominum, non timentes seditionem, ut simplex sermo demonstrat, sed cauentes ne auxilio populari de suis manibus tolleretur. [Et cū esset Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet.] Passurus pro omni populo, & uniuersas nationes suo sanguine redempturus, moratur in Bethania domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis leprosi, nō quod leprosus illo tempore permaneret, sed quia antea leprosus, postea à saluatore mūdatus est, noiē pristino permanente, ut uirtus curantis appareat. Nam in caratulo apostolorū cū pristino uitio & officio **Martheus publicanus** appellatur, q̄ certe publicanus esse desierat. Quidā Simonem leprosum uolūt intelligere partē populi, qui crediderat dño, & ab eo curata fuit. **Simon** quoq; ipse obediens dicitur. **Uenit mulier**

habens alabastrū unguentinarū di spicati preciosi. et fracto alabastro. effudit super caput eius. Mulier ista Maria erat Magdalene, soror Lazari, quē suscitauit Iesus à mortuis, ut Iohannes aperte cōmemorat, q̄ etiā hoc factū ante sex dies paschæ testatur, pridie q̄ asino sedens cū palmis & laude turbarum Hierosolymā ueniret. Ipsa est aut̄, non alia, q̄ quondam (ut Lucas scribit) peccatrix, ad hoc ueniēs pedes dñi lachrymis p̄nitentiæ rigauit, & unguēro confessionis liniuit. Et quia multum dilexit, multoꝝ ueniam p̄tōrum à pio iudice promeruit. Nūc uero iustificata, & familiaris effecta domino, non tantum pedes eius, ut idem Iohannes narrat, uerum eius caput (ut Marthæus Marcusq̄ phibent) oleo sancto perfudit. Est aut̄ alabastrū genus marmoris candidi, uarijs coloribus interincti, quod ad uasa unguentaria cauare solēt, eo q̄d optime seruari ea incorrupta dicātur. Nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascū Syriæ cæteris candidius, probatissimū uero in India. Nardus uero ē frutex aromatica, graui (ut aiunt) & crassa radice, sed breui ac nigra fragiliq̄, quāuis pingui, sic redolente, ut cypressus, aspero sapore, folio paruo dēfolij, cuius cacumina in aristas se spargunt: ideōq̄ gemina dote pigmētarij nardi spicas ac folia celebrant. Et hoc est q̄d Marcus ait, unguenti nardi spicati preciosi. Quia uidelicet unguentū illud, q̄d attulit Maria dñō, nō solū de radice confectū nardi, uerum etiā quo preciosius esset, spicāꝝ quoq̄ & foliorū eius adiectione, odoris ac uirtutis illius erat accumulata gratia. Ferūt aut̄ de nardo physiologi, quia principalis sit in unguentis, unde merito unctiōni capitis & pedū dñi oblata est. Sunt quidē multa eius genera,

Canti. r.

sed in omnibus herbæ præbent indicium, quod preciose  
 sius est. Mystice autem deuotio hæc Mariæ dñi ministrã  
 tis, fidem ac pietatē designat ecclesiæ sanctæ, quæ lo  
 quitur in Canticò amoris, dicēs: Dum esset rex in ac  
 cubitu suo, nardus mea dedit odorē suū. Quæ nimi  
 rum uerba & semel iuxta literã Mariæ manibus com  
 pleuit, & quotidie in omnibus suis membris spiritali  
 ter implere non desinit, quæ toto diffusa orbe glori  
 antur & dicunt: Deo autem gratias, qui semper triūphat  
 nos in Christo Iesu, & odorē notitiæ suæ per nos ma  
 nifestat in omni loco, quia Christi bonus odor sumus  
 deo in omni loco. Quicumq; potentiã diuinã uirtutis  
 eius, quæ illi una cū patre est, digna reuerentia confi  
 tetur, laudat & prædicat, caput pfecto illius unguen  
 to pfundit precioso. Cū uero assumptæ mysteria hu  
 manitatis æque digna reuerentia suscipit, in pedes uti  
 que dñi unguentum nardi pisticum, i. fidele uerbum  
 perfundit, quia illam eius naturã, qua terrã cōtingere,  
 hoc est, inter hoies cōuersari dignatus est, pia prædi  
 catione commēdat, ac deuotis ueneratur obsequijs.  
Erant autem quidã indigneferentes intra se  
metipfos, & dicētes: Ut quid perditio ista un  
guenti facta est? Poterat em istud uenūdari unguen  
tum plusquã trecentis denarijs, & dari pauperibus.]  
 Marcus hæc quō & Matthæus synecdochicos loquitur,  
 pluralem uidelicet numerũ pro singulari ponēs.  
 Nam Iohãnes distinctius loquens, Iudam hæc locu  
 tum esse testat, & hoc gratia cupiditatis, eo quod fur  
 esset, & oculos habens, ea quæ mittebant portaret.  
 Potest autem intelligi quod & alij discipuli, aut sense  
 rint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente psum  
 sit, atq; omnium uoluntatē Matthæus, Marcus etiã uer-



**SECUNDVM MARCVM 649**

his expresse-  
rat, cæteri uero propter pauperum curam, Iohannē  
autem de solo illo ideo cōmemorasse uoluisse, cuius  
ex hac occasione furandi consuetudinē credidit inti-  
mādam. **Quod uero subditur, Et fremebāt in eā,**  
nequaquā de bonis ac diligenti-  
bus Christum aposto-  
lis dictum crediderim, sed de illo potius sub numero  
plurali, qui nec domino & discipulis eius fideliter ad-  
hæsisse, neq; pauperum curam habere probatus est.  
**Jesus autē dicit: Sinite eam. Quid illi mo-  
lesti estis: Bonum opus operata est in me. Semper  
enī pauperes habetis uobiscum, & cum uolueritis, po-  
testis illis benefacere. Me autem non semper habebi-  
tis.]** Alia hic oritur quæstio, quare Iesus post resur-  
rectionem dixerit ad discipulos: Ecce ego uobiscum  
sum omnibus diebus, usq; ad consummationem secu-  
li, & nunc loquitur, [Me autē non semp habebitis.]  
Sed mihi uidetur de præsentia coporali in hoc loco  
dicere, quia nequaquā cū eis ita futurus sit post resur-  
rectionem, quō nunc in omni conuictu & familiari-  
tate. Cuius rei Ap[osto]lus memor, ait: Et si nouerim⁹ Ie-  
sum Christum secundum carnem, sed nūciam nō no-  
uimus eum. **Quod habuit hæc fecit: præuenit  
ungere corpus meum in sepultura.** Quod uos  
putatis perditionem unguētī, officium sepulcræ est.  
Nec mirum, si mihi bonum odorem suæ fidei dede-  
rit, cum ego pro ea fufurus sim sanguinē meū. **Amē  
dico uobis, ubicunq; prædicatum fuerit istud euan-  
gelium in uniuerso mundo, & quod fecit hæc, narra-  
bitur in memoriam eius.]** Attende notitiam futuro-  
rum, quod passurus post dies paucos, sciat euangelii  
suum toto orbe celebrandum. Notandum autē, qd

659 **P**ASSIO CHRISTI

sicut Maria gloriam adepta est toto orbe, quacunq[ue]  
 ecclesia sancta diffusa est, de obsequio quod dñō piā  
 deuotionis exhibuit: ita ecōtrario, ille qui obsequio  
 eius detrudere temeraria lingua non timuit, peridig  
 nota longe lateq[ue] infamatus, & deo simul atq[ue] homi  
 nibus merito factus est exosus. Sed dñs bonum lau  
 de digna remunerans, futuras impij contumelias ra  
 cendo prāterijt. **Et Judas Scariothis vnus**  
**ex duodecim**, abiit ad summos sacerdotes, ut pro  
 deret eum illis. ] Infelix Judas, quod ex effusione un  
 guenti se fecisse credebat, uult magistri precio cōpen  
 sare. Nec certe iam postulat summam, ut saltē lucro  
 sa uideretur proditio, sed quasi uile tradens mancipi  
 um, in potestate euentium posuit, quantum uellent  
 dare. Quod autem dixit, ] Abijt ad summos sacerdo  
 tes, ut pderet eum illis. ] ostendit eum non ā princi  
 pibus inuitatum, non ulla necessitate cōstrictū, spōre  
 propria sceleratæ mentis inijsse consiliū. **Qui audi  
 entes, gauisifunt**, & promiserunt ei pecuniam se  
 duros. Et quærebat quō illum opportune trade  
 ret. ] Multi hodie de scelere, quo dñm ac magistrum  
 deumq[ue] suum pecunia uēdiderit, uelut immane & ne  
 farium scelus exhorret, nec tñ cauēt. Nam cum pro  
 muneribus falsum contra quemlibet testimoniū di  
 cunt, profecto quia ueritatem pro pecunia negāt, de  
 um pecunia uendunt. **Ipe em̄ dixit: Ego sum ueritas.**  
**Johan. 14** Cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste  
 cōmaculant, dñm produnt, q̄a deus charitas est. Qui  
 ergo ueritatis & charitatis iura spernunt, deum utiq[ue]  
 qui est charitas, & ueritas, produnt, maxime cū non  
 infirmitate uel ignorantia peccāt, sed in similitudine  
 ludē quærūt opportunitatem, qualiter arbitris absera

tibus mendacio ueritatem, uirtutē crimine mutant.  
**Et primo die azymorum** qñ pascha immolabāt,  
dicere ei discipuli: Quō uis eamus & paremus tibi cō-  
edere pascha? ] Primū diē azymorū quartūdecimū  
primi mensis appellat, qñ fermento abiecto immo-  
lare. i. agnū occidere solebāt ad uesperam. **Qd** expo-  
nēs **Apostolus**, ait: **Et tē pascha nostrū immolatus ē** 1. Corin. 5  
**Christus**. Qui licet die sequēti, hoc est, quintadecima  
sit luna crucifixus, hac tñ nocte, q̄ agnus immolabat,  
& carnis sanguinisq̄ suis discipulis tradidit mysteria  
celebranda, & à Iudæis tētus ac ligatus, ipsius immo-  
latiōis, hoc est, passiōis suæ sacrauit exordiū. **Et mite-  
tit duos ex discipulis suis** **z dicit eis**: Ite in ciui-  
tatē, & occurret uobis homo lagenā aquæ baiulās. ]  
**Indiciū** quidē præciæ diuinitatis est, quod cū discipu-  
lis loquens, qd̄ alibi futurū sit, nouit. **Pulchre** aut̄ para-  
turis pascha discipulis, lagenā homo, siue (iuxta aliū  
euangelistam) amphoram aquæ baiulās occurrat, ut  
ostendatur huius paschale mysterium pro oblatio-  
ne perfecta mundi totius esse celebrādum. **Aqua** q̄  
pe lauacrum gratiæ, lagenā fragilitatem eorum de-  
signat, per quos eadem erat gratia mundo ministran-  
da. **Vnde** aiunt: **Habemus autem thesaurum istū in**  
**uasīs fictilibus**. **Parāt** ergo pascha discipuli, ubi aqua  
infertur lagenā, ut adesse tempus insinuēt, quo culto-  
ribus ueris paschæ typicus de limine ac postibus cru-  
or offeratur, & ad tollenda mundi crimina uiuifici  
fontis baptisma completeretur. **Sequimini eum, z**  
**quo cūq̄ introierit, dicite domino domus, qz**  
**magister dicit. Ubi est diuersorium, ubi est re-**  
**fectio mea, ubi pascha cū discipulis meis mā-**  
**ducem**: **Consulte** siue aquæ baiuli, seu dñi domus

sunt prætermissa uocabula, ut omnibus uerum pascha celebrare uolentibus, hoc est, Christi sacramentis imbuti, eumq; suæ mentis hospitio suscipere quærentibus facultas danda signetur. [Et ipse uobis demonstrabit cœnaculum grâde stratum, & ibi parate nobis.] Cœnaculum magnum lex spiritalis est, quæ de angustijs literæ egrediens, in sublimi loco recipit saluatorem. Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit, qd aliud magnum quàm pecus intellexerit? Iste nimirum pascha facit, qm̄ maiestatem spiritus in uerbis dei comprehendere necdum didicit. At qui aquæ baiulum, hoc est, gratiæ præconem in domum fuerit ecclesiæ consecutus, hic per Christum illustrantem sufficiet literæ transcendendo in alto mētis solario Christo refectioem parat: quia cuncta uel paschæ sacramenta, uel cætera legis decreta, eius esse sacramenta cognoscit. **Uespere autem facto, venit cū duodecim.** Et discubentibus eis & manducantibus, ait Iesus: Amen dico uobis, qm̄ unus ex uobis me trahet, qui manducat mecum. ] Qui de passione sua prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum pœnitentiæ, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas, & occulta consilia, pœniteret eum facti sui: & tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus, impudētior fieret. Mittit crimen in numerum, ut agat cōscius pœnitentiam. **At illi cœperunt contristari, et dicere ei singulatim: Anquid ego?** Et certe nouerant undecim discipuli, quia nil tale contra dominum cogitarent, sed plus credunt magistro, quàm sibi: & timentes fragilitatem suam, tristes interrogant de peccato, cuius conscientiam non habebant. **Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intrinsecus me**

cum manum in catino. **O** mira dñi patientia. Prius dixerat, unus ex uobis me tradet, perseverat traditor in malo, manifestius arguit, & tamen nomē proprie nō designat Iudas, cæteris cōtristatis, & retrahētibz manum, & interdicientibus cibos ori suo, temeritate & impudentia, qua proditurus erat, etiā manum cum magistro mittit in catinum, ut audacia bonam conscientiam mentiretur. **Et filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Uæ autem homini illi per quē filius hoīs tradetur.** Nec primo nec secundo correptus, a proditione retrahit pedem, sed patientia domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die ire. **Pœnam** prædicat, ut quem pudor non uicerat, corrigat denūciatā supplicia. **Sed & hodie & quoq; in sempiternū,** uæ illi homini, qui ad mensam dñi malignus accedit, qui præcordijs aliquo scelere pollutis, in ysteriorum Christi oblationibus sacrosanctis participare nō meruit. **Et ille enim in exemplum Iudæ filium hoīs tradit,** non quidem Iudæis peccatoribus, sed tamē peccatoribus mēbris, uidelicet suis, quibus illud inæstimabile & inuiolabile dñi corporis ac sanguinis sacramentum temerare præsumit. **Ille dñm uendit,** qui eius timore atq; amore neglecto, terrena p illo & caduca, imò etiā criminosa diligere & curare conuincitur. **Bonum erat ei, si non esset natus homo ille.** Non ideo putandus est ante fuisse quā nasceretur, quia nulli possit esse bene, nisi ei qui fuerit. Sed simpliciter dictum est, multo melius esse nō subsistere, quā malē subsistere. **Et mādūcātibus illis,** accepit Iesus panē, & benedixit, ac fregit, & dedit eis, & ait: **Sumite, hoc est corpus meum.** ¶ Finitis paschæ

ueteris solennijs, quæ in commemoratione antiquæ  
 de Aegypto liberationis populi dei agebant, transit  
 ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriã ec-  
 clesiam frequentare uolebat, ut uidelicet pro carne  
 agni, sui corporis sanguinisq; sacramentum substitue-  
 ret, ipsumq; sese esse monstraret, cui iurauit dominus  
 & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternũ secun-  
 dum ordinem Melchisedec. Frangit autem ipse panẽ  
 quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fra-  
 ctionem, nõ absq; sua sponte ac procuratione uentu-  
 ram, sed sicut alibi dicit, potestatem se habere ponẽ-  
 di animam suam & potestatem se habere iterum su-  
 mendam eam. Quem uidelicet panem certi quoq; gra-  
 tia sacramenti, priusquam frangeret, benedixit: quia  
 naturam humanam, quã passurus assumpsit, ipse unã  
 cū patre & spiritu sancto gratia diuinæ uirtutis im-  
 pleuit. Benedixit panem ac fregit, quia hominem af-  
 sumptum ita morti subdere dignatus est, ut ei diuinę  
 immortalitatis ueraciter inesse potẽtiam demonstra-  
 ret, ideoq; uelocius eum à morte resuscitandum esse  
 doceret. Et accepto calice, gratias agẽs, dedit  
 eis. Et biberunt ex illo omnes. Cum appropin-  
 quaret passioni, etiam accepto pane gratias egisse  
 perhibetur. Gratias itaq; agit, qui flagella alienæ ini-  
 quitatis suscipit. Et qui nihil dignum percussione ex-  
 hibuit, humiliter in passione benedicit: ut hinc uide-  
 cet ostẽdat, quid unusquisq; in flagello culpæ facere  
 debeat, si ipse æquanimiter flagella culpæ portat alie-  
 næ. Ut hinc etiã ostendat, quid in correptione faciat  
 subditus, si in flagello positus, patri gratias agit a qua-  
 lis. Et ait illis: Hic ẽ sanguis meus non iesta-  
 mēti, qui p multis effunderetur. Quia panis corp

**SECUNDVM MARCVM 655**

confirmat, uinū uero sanguinē operatur in carne, hic ad corpus Christi mystice, illud refert ad sanguinē. **Verū** quia & nos in Christo, & in nobis Christū manere oportet, uinum dñici sanguinis aqua miscetur. **Attestante** em̄ Iohanne, aqua populi sunt. Et neque aquam solā, neq; solum uinū, sicut nec granū frumenti solū sine aqua admixtione & confectione in panē cuiquā licet offerre: ne talis uidelicet oblatio, quasi caput à mēbris secernendū esse significet, & uel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, uel nos sine illius passiōe saluari ac patri offerri posse cōtingat. **Quod** autē dicit, **Hic ē sanguis meus noui testamēti**, ad distinctionē respicit ueteris testamēti, quod hircorū & uitulorū est sanguine dedicatū, dicēte inter aspergendū legislatore: **Hic sanguis testamenti**, quod mādauit ad uos deus. **Necesse** est em̄ exemplaria quidē eorū his mūdari, ipsa autē cælestia melioribus hostijs quā istis, iuxta quod **Apostolus** p̄ totam ad Hebræos epistolā, inter legem distinguens & euangelium, pulcherrima expositione & plenaria ratione demonstrat. **Amen amen dico uobis, quia iam non bibam de genimine uitis usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei.** **Vitem** siue uineam domini appellatam esse synagogam & omnis scriptura sparsim, apertius tamen testatur **Isaias** in cantico de illa cantato: **Vinea**, ingens, domini sabaoth, domus Israel est. **De** qua nimirum uinea dominus multo tempore fructum habebat, quamuis pluribus ramis in amaritudinem uitis alienæ conuersis. **Quidam** tamen, & si multi de illa plebe exorbitantibus, à recto fidei itinere non defuerē: plurimi toto legis tempore fuere, quorum pijs

cogitationibus, summissq; uirtutibus delectaretur de  
 us. Verum passio in carne dño, ac resurgente à mor-  
 tuis, tempus fuit, ut illa legalis ac figuralis obseruatio  
 cessaret, atq; ea q̄ secundū literam gerebantur, in spiri-  
 talem transfata sensum, melius in nouo testamēto iu-  
 uante sancti spiritus gratia tenerēt. Iturus ergo ad  
 passionem dñs, ait: Jam nō bibam de gemmine  
uitis usq; ad diem illum, cū illud bibam nouū in re-  
gno dei. ] Achi aperte dicat: Nō ultra carnalibus syn-  
 agoga ceremonijs delectabor, in quibus etiam ista  
 paschalis agni sacra locum tenuere primum. Aderit  
 enim tempus meæ resurrectionis, aderit dies ille, cū  
 ipse in regno dei positus, id est, gloria uitæ immorta-  
 lis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiæ  
 spiritalis generati, nouo uobiscū gaudio perfundat.  
Et hymno dicto, crierunt in montem oliua-  
rum. Hoc est quod in Psalmo legimus, Edent pau-  
 peres, & saturabuntur: & laudabunt dñm, qui requi-  
 runt eum. Potest etiam hymnus ille intelligi, quē do-  
 minus secundū Iohannē patri gratias agens decanta-  
 bat, in quo & pro seipso, & pro discipulis, & pro eis  
 qui per uerbum eorum credituri erāt, & eleuatis sur-  
 sum oculis precabatur. Et pulchre discipulos sacra-  
 mentis sui corporis ac sanguinis imbutos, & hymno  
 piæ intercessionis patri cumulos, in montem edu-  
 cit oliuarum, ut typice designetur, nos per acceptio-  
 nem sacramentorum suorum, perq; opem suæ inter-  
 cessionis, ad altiora uirtutum dona, charismata san-  
 cti spiritus, quibus in corde perungamur, conscende-  
 re debere. Et ait illis Iesus: Omnes scanda-  
lizabimini in me in ista nocte. Prædicit quæ pas-  
 suri sunt, ut cum passi fuerint, nō desperent salutem,



¶ SECUNDVM MARCVM 657

sed agentes pœnitentiam liberentur. Et signâter ad didit, in nocte ista scâdalizabimini, q̄a quô q̄ inebriâ tur, nocte inebriantur, sic & qui scandalum patiuntur, in tenebris & in nocte sustinent. Nos uero dicamus, Nox præcessit, dies aut̄ appropinquauit. [Quia scriptum est: Percutiâ pastorem, & dispergentur oues.] Hoc alijs in Zacharia p̄pheta uerbis scriptû est: & (nisi fallor) ex persona prophete ad deum dicitur: Percute pastorem, & dispergentur oues. sexagesimo quoq; octauo Psalmo, q̄ totus à domino canitur, huic sensui congruente: Qm̄ quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt. Percutit aut̄ pastor bonus, ut ponat animâ suâ p̄ ouibus suis, & de multis gregibus error fiat unus grex & unus pastor. Petrus autem ait ei: Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego.] Non est temeritas neq; mendacium, sed fides apostoli Petri est, & ardens affectus erga dñm saluatorem. Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, q̄a tu hodie in nocte hac, priusquam bis gallus uocem dederit, ter me es negaturus.] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & saluator quasi deus futura nouerat. Et nota, quia Petrus in nocte negat, & negat tertio. Postquam autem gallus ceciuit, & decrescentibus tenebris uicina lux nunciata est, cõuersus fleuit amare, negationis sordes lachrymis lauans. Non est sane arbitrandum, esse cõtrarium, quod Marco dicente, Priusquã gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus: ceteri euangelistæ simpliciter dixerunt, Priusquã gallus cantet, ter me negabis. Tota em̄ Petri negatio, trina negatio est. In eadẽ namq; permansit negatione animi, propositoq; mendacij, donec admonitus qd̄ ei prædictû sit, amaro fletu & cordis dolore sanaret. Hæc aut̄ tota, id est, trina

negatio, si post primum gallicantum inciperet, falsum dixisse uiderentur tres, qui dixerunt, quod antequam gallus cātare, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus, si totam trinam negationem ante pegisset, quā gallus cātare inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur de persona domini: [Amen dico tibi, quia tu in nocte hac, priusquā gallus bis uocē dederit, ter me es negaturus.] Sed quia ante primum gallicantū tota possit intelligi, attenderūt. Quamuis enim uerbis ante primū cōcepta, ante secundū aut gallicantū peracta sit tota illa trina negatio, tñ affectionē animi & timore Petri primū tota concepta est. Nec interest quantis moratū sit interuallis, priusquā trina uoce enunciata sit, cum cor eius etiam ante primum gallicantum tota possideret, tunc magna scilicet formidine inhabita, ut posset semel non solum dominū, sed iterū & tertio interrogatus negare, ut rectius diligentiusq; attendentibus, quomodo iam mēcharus est mulierem in corde suo, qui eam uiderit ad concupiscendū: sic Petrus quando cūq; uerbis ediceret timorem, quem uehementer animo conceperat, ut perdere posset usq; ad tertiam domini negationem, tota trina negatio ei tempore deputanda est, quādo eū trina negationis sufficiens timor inuasit. **Et uenit in prædium cui nomen Gethsemani.** Monstratur usq; hodie locus Gethsemani, in quo dñs orauit, ad radices mōris oliueti tūc, nūc ecclesia desuper ædificata. Interpretatur autē Gethsemani uallis pinguiū, siue pinguedinum. Quia uero non solum dicta uel opera saluatoris, uerum etiā loca uel tēpora, in quibus operatur & loquitur, mysticis (ut sæpe dictū est) sunt plena figuris, cum in mōre orat dñs, quasi tacite nos

SECVN  
 dicitur sublim  
 habebis su  
 in ualle p  
 nobis lu  
 pingue  
 oris dñi  
 perbie  
 procla  
 auctō a  
 sibi co  
 cetum  
 nolens,  
 remit  
 habens, pe  
 uisior  
 ipse: C  
 cogitatio  
 quædā  
 tam pe  
 in tim  
 quæcunt. H  
 perat, qu  
 anim  
 pallonis  
 dñs i  
 uisitat  
 subij  
 uisq;  
 tecton  
 amicis  
 Johanni  
 Trinitis

**SECUNDVM MARCVM 659**

admonet sublimia tantum orando inquiri, & pro cælestibus bonis supplicari debere. At cū in ualle orat, & hoc in ualle pinguiū, siue pinguedinis ipsius, æque insinuat nobis humilitatem semper in oratiōibus, & internæ pinguedinē dilectionis esse seruādā. Neq; uidelicet orās dñm, iactare sua merita in exemplum pharisæi superbientis audeat, quin potius humili uoce ac mēte proclamet: **Deus, propitius esto mihi peccatori: ne aridū à dilectione proximi cor gestans, ad placandam sibi conditoris gratiam genuflectat: iuxta eū, qui cētum denarios fratri, quos sibi debebat, dimittere nolens, de cē millia talēta sibi à dño frustra precabatur remitti: ne ieiunum ab amore conditoris pectus habens, temporalia quælibet potius in oratione, quā eius uisionem requirat, adnumerandus in eis, de qbus ait ipse: Quia receperūt mercedem suā. Imō quippe cogitationē in rebus terrenis ponere, quid est aliud, quā quædā ariditas mētis? Qui autē intellectu cælestium iam per sancta desideria in supernis delectationibus intime pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hac em̄ pinguedine saginari Psalmista concupierat, cum dicebat: Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Quātum uero ad ipsam dominicæ passionis dispensationē pertinet, apte appropians morti dñs in ualle pinguedinis orauit, quia p uallē humilitatis, & pinguedinem charitatis pro nobis mortē subiit. Humiliauit em̄ semetipsum, factus obediēs patri usq; ad mortē, mortē autē crucis. Et maiorē hac dilectionē nemo habet, q̄ ut animā suā ponat q̄s pro amicis suis. **Et assumit Petrū & Iacobū & Johannē secū, & cœpit pauere & tēdere. Et ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem. J****

**T**imet Christus, cum Petrus non timeat. Christus ti-  
 met, Petrus dicit, Animam meam pono pro te. Chri-  
 stus dicit, Anima mea turbat. **V**trunq; uerū est, & ple-  
 num utrunq; ratione: quod & ille qui est inferior, nō  
 timet: & ille, qui est superior, gerit timētis affectum.  
**I**lle em̄ quasi homo, uim mortis ignorat: iste aut̄ qua-  
 si deus in corpore constitutus, fragilitatē carnis ex-  
 ponit, ut eorum qui sacramentum abiurant in carnā-  
 tionis, excluderetur impietas. **D**eniq; & hæc dixit, &  
**M**anichæus non credidit, **V**alentinus negauit, **M**ar-  
 cion phantasma iudicauit. **E**o autē usq; hominem,  
 quem in ueritate corporis demōstrabat, æquabat af-  
 fectu ut diceret: Sed tamē non sicut ego uolo, sed sic  
 ut tu uis. **S**uscepit ergo uoluntatē meam, suscepit tri-  
 stitiam meam. **C**onfidenter nominō tristitiā, q̄a cru-  
 cē prædico. **M**ea est uoluntas, quā suam dixit: quia uē  
 homo suscepit tristitiā meam, ut homo locutus est, &  
 ideo: **N**ō sicut ego uolo, sed sicut tu uis. **M**ea est tristi-  
 tia, quā meo suscepit affectu. **E**rgo pro me doluit, q̄  
 pro se nihil habuit q̄d doleret: & sequestrata delecta-  
 tione diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis affi-  
 citur. [ **T**ristis est (ingr) anima mea usq; ad mortē. ]  
**N**ō propter mortē tristis est dñs, q̄a eum cōditio cor-  
 poralis affectus, non formido mortis offendit. **N**am  
 quia corpus suscepit, oīa debuit subire quæ corporis  
 sunt, ut esuriret, sitiret, angeretur, cōtristaretur, diuini-  
 tas autē cōmutari per hos nescit affectus. **S**usti-  
 nete hic, & uigilate. **E**t cum processisset paululum,  
 procidit super terrā. [ **Q**uia præcepit, [ **S**ustinete hic  
 & uigilate, ] non a somno prohibet, cuius tēpus non  
 erat imminente discrimine, sed a somno infidelitatē  
 & corporis & mentis. **D**ato autē eis præcepto, ut sus-

**¶ SECUNDVM MARCVM 66.**

gnerent uigilarentq; secum, paululum proci dens ru-  
it in faciem suam, & humilitatem mentis habitu car-  
nis ostendit. **Et orabat, ut si fieri posset, trāsiret**  
**ab eo hora, & dixit:** Abba pater, oīa tibi possibilia sunt,  
trāsfer calicē hūc à me. ] Quid erat illa uox, nisi son-  
us infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristan-  
tur futura morte, sed habeant rectum cor, uitēt mor-  
tem quantum possunt, sed si non possunt, dicāt quod  
ipse dominus, non propter se, sed propter nos dixit.  
Quid enim dixit? [Pater, si fieri potest, transeat à me  
calix iste. ] Ecce habet uoluntatem humanam Chri-  
stus, uide iam rectum cor: [ sed non quod ego uolo,  
sed quod tu. ] Non ueni facere (inquit) uoluntatē me-  
am, sed uoluntatem eius qui me misit, suam uolunta-  
tem dixit, quam temporaliter sumpsit ex uirgine: uo-  
luntatem uero eius, qui eum misit, eā uidelicet signās,  
quam intemporaliter æternus habuit cum patre cō-  
muncem. Orat transire calicem, ut ostēdat uere, quia  
& homo erat: reminiscens autem propter quod mis-  
sus est, petficat dispensationem ad quam missus est, &  
clamat: [ Sed non quod ego uolo, sed quod tu. ]  
Si moritur mors me non moriente, secundum car-  
nem uidelicet, transeat (ait) calix. Verum quia non a-  
liter hoc fiet, ait, nō quod ego uolo, sed quod tu. Qu<sup>is</sup>  
autem patrem inuocans, duplici nomine dicit, ab-  
ba pater, utriusq; populi, & iudæorum scilicet illum  
& gentilium deum esse ac saluatorem ostēdit. Idem  
namq; abba, quod & pater significat, sed abba hebræ-  
um, pater græcum est & latinū. Ut ergo utrunq; po-  
pulum in eum crediturum ab utroque eum inuocan-  
dum esse doceret, utraq; lingua eum primus ipse in-  
uocat. Ipse est em̄ bonus pastor, q̄ animam suam dæ-

462 **P**ASSIO CHRISTI

pro ouibus suis, unum de duobus gregibus ouile per-  
 fitit. Ideo utriusq; uoce gregis auxiliū patris flagitat,  
 ut nos utroq; exēplo illius informati, ubi adueriā im-  
 minere senserimus, nos patrē deū, Hebræi abba inuo-  
 cantes, una fidei & charitatis deuotiōe p̄sidium cele-  
 ste q̄ramus. Vñ doct̄or egregius formā docēdi a dño  
 sumēs, ita suos auditores alloquit: **Accepistis spiritū**  
**adoptionis filiorū, in q̄ clamamus abba p̄r.** Abba ni-  
 mī illi, qui de Israelitico populo: nos pater, qui de  
 de gentibus ad fidē Christi uenimus. **Et uenit, & in-**  
**uenit eos dormiētes.** Et ait Petro: **Simō dormis?**  
**Non potuisti una hora uigilare?** Ille qui supra dixe-  
 rat, **Et si omnes scandalizati fuerint, ego nunquā scā-**  
**dalizabor, nunc tristitiæ magnitudine somnum uin-**  
**cere non potest.** **Vigilate & orate, ut non intre-**  
**tis in tentationē.** Impossibile est humanā animam  
 non tentari. Vñ & in orōne dñica dicimus: **Ne nos in-**  
**ducas in tentationem, quam ferre non possumus, tē-**  
**tationem penitus refutantes, sed uires sustinēdi in tē-**  
**tationibus deprecantes.** Ergo & impræsentiariū non  
 ait: **Vigilate & orate ne tentemini, sed ne intretis in**  
**tentationem, hoc est, ne tentatio uos superet ultima**  
**& intra suos casus teneat.** Verbi gratia, martyr, qui  
 pro confessione domini sanguinē fudit, tentatus qui  
 dem est, sed tentationis retribus non ligatus. Qui autē  
 negat, in plagas tērationis incurrit. **Spiritus qui**  
**dē promptus, caro autem infirma.** Hoc aduer-  
 sum temerarios dictū est, quia quicquid crediderint,  
 putant se posse consequi. Itaq; quantū de ardore mē-  
 tis confidimus, tantū de carnis fragilitate timeamus.  
 Sed tamen iuxta Apostolū, spiritu carnis opera mor-  
 tificātur. **Facit hic locus aduersum Euticianos, q̄ di-**

Corna. 8

ent unam in mediatore dei & hominum domino & saluatore nostro operationē & unam fuisse uoluntatem. Cum enim dicit, [ Spiritus quidē promptus est, caro uero infirma, ] duas uolūtares ostēdit: humanā uidelicet, quæ est carnis: & diuinā, quæ est deitatis. **Ubi** humana quidem propter infirmitatem carnis, recusat passionem, diuina autē eius ē prōptissima: quoniā formidare quidē in passiōe humanę fragilitatis ē, suscipere autē dispensationem passiōis, diuinę uolūtatē atq; uirtutis est. **Et iterū abiit. ⁊ orauit, eundem sermonē dicens.** Solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro uniuersis. Languebant autem & opprimebantur apostolorum oculi, negatione uicina. **Et uenit tertio. ⁊ ait illis: Dormite iam, ⁊ requiescite. Sufficit. Uenit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorū.** Cum dixisset, [ Dormite iam & requiescite, ] & adiungeret, [ Sufficit, ] ac deinde inferret, [ Uenit hora, ecce tradetur filius hominis, ] utiq; intelligitur post illud quod eis dictum est: [ Dormite & requiescite, ] siluisse dominum aliquantum, ut hoc fieret quod præmiserat, & tunc intulisse: [ Ecce appropinquabit hora, siue uenit hora. ] Ideo post illa uerba positū est: [ Sufficit, ] id est, quia requieuitis, iam sufficit. Sed quia cōmemorata ipsa non est interpositio silētiū dñi, propterea coarctat intellectum, ut in illis uerbis alia pronuntiatio requiratur. **Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, prope est.** Post quā tertio orauerat, & apostolorū sequentē timorē pœnitētia impetrauerat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores, & ultro se interficiendum præbet, dixitq; discipulis: [ Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, prope est. ]

Non uos inueniat quasi timentes & retractantes, utro pergamus ad mortem, ut confidentiam, & gaudium patuluri uideat. **Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute.** Et cum uenisset, statim accedens ad eum, ait: **Rabbi.** Et osculatus est eum. Impudens quidem & scelerata confidentia, magistrum inuocare, & osculum ingerere ei, quem tradebat: tamē ad huc aliquid habet uerecundia discipuli, cum non eum palam tradidit persecutoribus, sed per signum osculi. **Suscipit autem dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditorum fugere uideatur, simul & illud Dauid implens: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.** **Unus quidem de circumstantibus educens gladium, percussit Ieruum summi sacerdotis, & amputauit illi auriculam.** Petrus hoc fecit, ut Iohannes euangelista declarat, eodem nimis metis amore, quo antea multa fecerat. Sciebat enim quod Phinees puniendo sacrilegos mercedem iustitiae & sacerdotij perennis acceperit. **Lucas autem addit, quia dominus tangens auriculam serui, sanauerit eum.** Nunquid ergo pietatis suae obliuiscitur dominus, qui & hostes suos non patitur uulnerari? Illi iusto mors inferi, ipse persecutorum uulnera sanat, mystice docens etiam eos, qui in suae mortis consensione uulnus animae contraxerant, si fructum poenitentiae dignum fecerint, salutem mereri. **Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me? Quotidie eram apud uos in templo docens, & non me tenuistis.** Stultum est (inquit) eum cum gladijs & fustibus quaerere, qui ultro se tradidit uestris manibus: & in nocte quasi latitantem,



Vestros oculos declinarem p̄ proditorem inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas uestra in tenebris est. Tūc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Impletur sermo dñi, quo dixerat, quod omnes discipuli scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Nam & si turba permittente ad petitionem domini fugerūt, ut Iohannes scribit, paup̄orem tamen ac timiditatē suarū mentis ostendebāt, quod ad fugā præsidiū promptiores, quā ad fiduciam patiendi extiterant. Adolescens autē quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & reuenerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. ¶ Quia ait, amictus sindone super nudo, subauditur corpore. i. corpore sup̄ nudo, q̄ non aliud indumentum, quā solam habebat sindonem. Quis autē fuerit iste adolescens, euangelista nō dicit. Quisquis uero fuerit, maiore in se, quā in ceteris amorē dñi permansisse cōprobat: quia illis iam fugientibus, ipse donec ab hostibus comprehenderetur, uinculo charitatis attractus, eum prosequi non omisit, quamuis necdum habuit p̄fectam charitatē, q̄ a comitatu saluatoris uel tentus, p̄fugere potuit. Quia sicut p̄fecta charitas foras mittit timorē, ita timor mentē obsidēs, imperfectā arguit charitatē. Sed notandū solertius, quod de hoc adolescente scribens euangelista, nō ait, qui fugit a comitatu dñi, uel a sequendo dñm, sed reiecta (inquit) sindone, nudus p̄fugit ab eis. Fugit em̄ ab hostibus, quorum presentiam detestabatur & facta, Non em̄ fugit a dño saluatore, a magistro suo, cuius amorē etiam corpore absens fī x̄m in corde seruauit. Neq̄ aliquis ueritatē intelligi lo-

hannē hunc fuisse adolescentē, dilectum præ cæteris magistro discipulū. Nam & illū eo tēpore fuisse adolescentē, lōga post hæc in carne uita eius indicio est. Potuit em̄ fieri, ut ad horam tenentium manibus eleptus, mox resumpto indumēto redierit: & sub dubia luce noctis sese turbis ducētū Iesum, quasi unus de ipsīs immiscuerit, donec ad atrium pontificis, cui notus erat, perueniret, iuxta quod in suo euāgelio ipse commemorat. Sicut autem Petrus, qui culpā negationis pœnitentiæ lachrymis abluir, & cōfessione dominici amoris funditus extirpauit, recuperationem eorū ostendit, qui in martyrio labūtur: ita cæteri discipuli, qui ad articulū cōprehensionis fugiēdo puenierant, cautelam fugiendi docent eos, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt, q̄bus tutius est multo, p̄sidia latebrarū petere, quā se discrimini certaminum exponere. Ita etiam iste adolescens, q̄ reiecta sindone nudus, p̄fugit ab impijs, illorū & op̄ designat & animū, qui ut securiores ab incurfibus hostium fiant, q̄ quid in hoc mundo possidere uideūtur, abijciūt, ac nudi potius domino famulari, quā ad hærendo mundi rebus, materiam tentādi, atq; à deo reuocādi aduersarijs dare didicerunt, iuxta exēplum beati Ioseph, q̄ relicto in manibus adulteræ pallio, foras exiliuit, malens deo nudus, quā indutus cupiditatibus mūdi, meretrici seruire. **Et adduxerunt Iesum ad summū sacerdotē.** Summū sacerdotem Caiphā significat, sicut Iohānes euāgelista scribit, erat p̄t̄ifex anni illius, de quo cōsentanea testat Iosephus, q̄ p̄t̄ificatum sibi absq; merito dignitatis emerit à principe Romano. Non est mirū, si iniquus pontifex, inique iudicat. [Petrus autem à longe leu

**SECUNDVM MARCVM 667**

tus est eum usq; intrò in atrium summi sacerdotis. J  
 Merito à longe sequebatur, quem proximus erat ne  
 gaturus. Nusquam enim negare posset, si Christo, p  
 ximus adhæsisset. Verù in hoc maxima nobis est ad  
 miratione uenerandus, quod Iesum nò reliquit, etiã  
 cum timeret. Quod enim timer, naturæ est: quod se  
 quitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod  
 pœnitet, fidei. Aliter, quod ad passionem euntē do  
 minum sequebatur à longe Petrus, significabat eccle  
 siam secururam quidem, hoc est, imitaturam uestigia  
 passionis domini, sed longe differēter. Ecclesia enim  
 pro se patitur, at ille, p ecclesia. **Et sedebat cū mi  
 nistris. ⁊ calefaciebat se ad ignē.** Est dilectionis  
 ignis, est & cupiditatis: de hoc dicitur, Ignē ueni mit  
 tere in terrã, & quid uolo, nisi ut ardeat: de illo, Oēs  
 adulterantes uelut clibanus corda eorum: iste, super  
 credētes in cœnaculo Sion descendens, uaris linguis  
 eos deum laudare docuit: ille, in atrio Caiphæ instin  
 ctu maligni spiritus accēsus, ad negandū ac blasphe  
 mandum dominum noxias perfidorum linguas ar  
 mabat. Quod enim intus in domo principis sacerdo  
 tum synodus maligna gerebat, hoc ignis in atrio fo  
 ris inter frigora noctis materialiter accensus typice  
 præmonstrabat. Quicunq; ergo uitio obnoxius pōt  
 dicere cum Propheta dño: Quia factus sicut uter in  
 pruina, iustificaciones tuas non sum oblitus. In qui  
 buscunq; autem flammam charitatis turbida uitioꝝ  
 flumina obruerūt, à domino audiūt: Quoniam abun  
 dauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quo Mat. 24  
 frigore torpens ad horã apostolus Petrus, quasi pru  
 nis ministrorū Caiphæ calefieri cupiebat, quia tem  
 poralis commodi solatium perfidorū societate quæ

rebat. Sed nō mora, respectus à dño, cum ignem prauorum corpore, tūc & infidelitatem corde reliquit, ac post resurrectionē dñi sancto igne recreatus, funditus excessum trinae negatiōis trina dilectionis confessione purgauit. Tunc etem, completa illa memorabili piscium captura, cum ueniret ad dñm, uidit cū discipulis suis prunas positas, & piscem superpositū & panem: moxq; uidens, sui cordis arcana prunis inflammauit amoris. **Et quidā surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quā nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactū, & post triduum aliud nō manufactum, ædificabo.** ] Quō falsi testes sunt, si ea dicunt, quā dñm dixisse legimus? Sed falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit, quo dicuntur. Dominus em̄ dixerat de templo corporis sui, sed in ipsis uerbis calumniabantur, & paucis additis uel mutatis, quasi iustam calumniam faciunt. Saluator em̄ dixerat: **Soluite templum hoc, isti cōmutant & aiunt: [ Ego dissoluam templum hoc manufactū. ]** Vos, inquit, soluite, non ego: quia illicitū est, ut nos ipsi nobis inferamus mortem. Deinde illi uertunt: **Et per triduum aliud non manufactum ædificabo,** ut proprie de templo iudaico dixisse uideatur. Dñs autem, ut ostenderet animal uiuum & spirans templum, dixerat: **Et ego in triduo suscitabo illud.** Aliud est ædificare, aliud suscitare. [ Et exurgens summus sacerdos in mediū, interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autē tacebat, & nihil rēdit. ] Ira præceps & impatiens, nō inueniens calumniæ locum, exciuit de solio pontificem, ut insaniam mentis

motu corporis demonstraret. Quanto Iesus tacebat  
 ad indignos responsione sua, falsos testes & sacerdo-  
 tes impios, tanto magis pontifex furore superatus,  
 eum ad ad respondēdū puocat, ut ex qualibet occa-  
 sione sermonis locum inueniat accusandi, nihilomi-  
 nus Iesus tacet. Sciebat em̄ quasi deus, quicquid respō-  
 disse, torquēdum ad calumniam. Rursum summus  
 sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: [Tu es Chri-  
 stus filius dei benedicti? Iesus aut̄ dixit illi: Ego sum.]  
 In Matthæo scriptum est, quod interrogati & iuranti se  
 pontifici, si esset Christus, responderit: Tu dixisti, p̄  
 quo Marcus posuit, *Ego sum*, ut uidelicet ostende-  
 ret tm̄ ualere quod dixit Iesus, Tu dixisti: quantum si  
 diceret, Ego sum. *Et uidebitis filium hominis  
 a dextris sedentem virtutis dei, & uenientem  
 in nubibus cæli.* Si ergo tibi in Christo ō Iudæ,  
 pagane & hæretice contēptus, infirmitas & crux con-  
 tumelia est, uide quia per hæc filius hoīs ad dexterā  
 dei p̄ris sessurus, & ex partu uirginis homo natus, in  
 sua cum cæli nubibus est maiestate uenturus. Vnde  
 & Apostolus, cū crucis obiecta descripsisset, dicens:  
 Qui humiliavit semetipsum, factus obediens usq; ad ph̄p̄:3  
 mortē, mortē aut̄ crucis, adiūxit atq; ait: Propter qd̄  
 & deus illū exaltauit, & donauit illi homē, qd̄ est sup̄  
 omē nomē, ut in noīe Iesu omē genu flectat, cęlestiū,  
 terrestriū & infernorū: & om̄is lingua confiteatur, qd̄  
 dñs Iesus Christus in gloria ē dei patris. [Summus  
 aut̄ sacerdos scindens uestimēta sua, ait: Quid adhuc  
 desideramus testes? Audistis blasphemiam.] Quem  
 de solio sacerdotali furor excusserat, eundem tables  
 ad scindēdas uestes puocat. Scindit uestimēta sua,  
 ut ostendat Iudæos sacerdotalem uestē uel gloriam

Actuū. 14.

perdidisse, & uacuum sedem habere pontificis. Sed & consuetudinis Iudaicæ est, cū aliquid blasphemæ & quasi contra deū audierint, scindere uestimenta sua, qđ Paulum quoq; & Barnabam, quando in Lycaonia deorū cultu uenerabantur, fecisse legimus. Herodes autē, quia non dedit honorē deo, sed acquieuit immoderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. Altiori autē mysterio factum est, ut in passione dñi pontifex Iudæorū sua ipse uestimenta disciderit, cum tunica dñi nec ab his, qui eum crucifixere, militibus scindi potuerit. Figurabat em̄, quod sacerdotiū Iudæorū pro sceleribus ipsorū pontificū esset scindendum, & a suæ statu integritatis omnimodis soluendū. Soliditas uero sanctæ uniuersalis ecclesiæ, quæ uestis sui redēptoris solet appellari, nunquā ualeat disrumpi, quin potius, & si Iudæi, si gentiles, si hæretici, si mali catholici humilitatē domini saluatoris contēnāt, eius tñ usq; ad consummationem seculi, in illis, quos fors electionis inuenerit, inuiolata sit permāsura cæstitas. **Et cœperunt quidā conspuere eum, et uelare faciē eius, & colaphis eum cædere, & dicere eis Prophetiza. Et ministri alapis eū cædebant.** Impleta est hoc loco pphetia, quæ ait: Dedi maxillas meas alapis, & faciem meā nō auerti a confusione sputorū. Sed qui tunc cæsus est colaphis, siue alapis Iudæorū, cæditur etiam nunc blasphemijs falsorum Christianorum. Qui tunc consputus est saluius infidelium, nūc usq; uesanijs nominetenus infidelium exhonoratur, atq; irritatur opprobrijs. Velauerūt autē faciē eius, non ut eorum ipse scelera non uideat, sed ut a se ipsi, sicut quandoq; Moysi fecerant, gratiam cognitionis eius abscedant. Si em̄ crederent Moysi, crederēt for-

3 saig. 70

fitan & dño. Quod uelamētum usq; hodie manet su-  
 per cor eorum non reuelatum, nobis autē in Christiū  
 credentibus ablatū est. Neq; em̄ frustra eo morientē  
 uelam tēpli scissum est medium, & ea quæ toto legis  
 tēpore latuerant, & abscondita carnali Israeli fuerāt,  
 noui testamenti cultoribus sunt patefacta sancta san-  
 ctorū arcana. Quod uero dicunt ei, **Propheta**,  
 & iuxta alios euāgelistas, **Quis est qui te percus-**  
 sit, quasi in contumeliā faciunt eius, qui se a populis  
 prophetam uoluerit haberi. Sed ipso dispensante, q  
 patitur, omnia p nobis fiunt, sicut Petrus hortatur:  
 Christo in carne passo, nos eadem cogitatione armē-  
 mur, atq; ad toleranda, p nomine eius irrisiōnū op-  
 probria præparemur. [Et cum esset Petrus in atri-  
 o deorsum, uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et  
 cum uidisset Petrū calefacientē se, aspiciens illum ait:  
 Et tu cū Iesu Nazareno eras. At ille negauit, dicens:  
 Neq; scio, neq; noui qd dicas.] Quid sibi uult, qd pri-  
 ma eū pdir ancilla, cū uiri utiq; magis magis eū po-  
 tuerunt recognoscere, nisi ut & iste sexus peccasse in  
 necem dñi uideretur, & iste sexus redimeret per dñi  
 passionem? Et ideo mulier resur rextiōis accipit pri-  
 ma mysteria, & mādara custodit, ut ueterē præuari-  
 catiōis aboleret errorē. **Et crūc foras ante atriu-**  
**7 gallus cantauit.** De hoc galli cantu cæteri euā-  
 gelistæ tacēt, non tñ factum esse negant, sicut & mul-  
 ta alia alij silētio præterierūt, quæ alij narrant. Rur-  
 sum autē cum uidisset alia eū ancilla, cœpit dicere cir-  
 cunstātib; q; hic ex illis est. At ille iterū negauit. ]  
 Nō hec eadē quæ prius accusabat, ancilla esse creden-  
 da est. Dicit namq; Mattheus apertissime: [Exeuntē  
 autē illo ianuam, uidit eum alia ancilla, & ait his qui

erant ibi. ] In hac aut negatione Petri discimus, non solum abnegare Christū, qui dicit eum nō esse Christum, sed ab illo etiam, qui cum sit negat se esse Christianum. Dñs autem non ait Petro: Discipulum meū te negabis, sed me negabis. Negavit ergo ipsum, cū se negavit eius esse discipulū. **Et post pusillū rursus qui astabant dicebant Petro: Vere et illic es. Nam Galilæus es.** Non q̄ alia lingua Galilæi quā Hierosolymitæ loquerētur, qui utriq̄ fuerunt Hebræi, sed q̄ unaquæq̄ puincia & regio suas habeat pprietates, ac uernaculum loquendi sonū uitare non possit. Vnde in Actibus apostolorū cū hi, quibus spūs sctūs infederat, omnium gentiū linguas loquerētur, inter alios q̄ è diuersis mundi plagis aduenerant, etiam illi qui habitabant Iudæā, dixisse referuntur: Nonne ecce omēs isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomō audiimus unusquisq̄ linguam nostram in qua nati sumus? Et Petrus fratribus loquens in Ierusalem: Et notum, inquit, factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ira ut appellaretur ager ille aceldema. Quare lingua eorū, nisi quod idē nomē aliter illi, hoc est, Hierosolymitæ, aliter sonabāt Galilæi? [Ille autē cepit anathematizare & iurare, quia nescio hōiem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. ] Soler scriptura sacra meritum causarū, per statum designare temporū. Vnde Petrus, qui media nocte negavit, ad galli cātum pernituit: qui etiam post resurrectionē domini diurna sub luce illum, quē tertio negauerat, tertio æque se amare professus est. Quia nimirum, qui in tenebris obliuiois errauit, & speratæ iam lucis rememoratio ne correxit, & eiusdem ueræ lucis ad præsentia,



**¶ SECUNDVM MARCVM. 673**

plene totum quicquid mutauerat erexit. Hunc opinor gallū aliquē doctōrē intelligendū, qui nos iacētes excitās & somnolētos increpās, dicat: **Euigilate** 1. Cor. 15.  
**Et recordatus ē Petrus** uerbi, qđ dixerat ei Iesus: **Priusquā gallus cantet bis, ter me negabis.** Et cepit flere. ¶ Quān nocīna prauorum colloquia? Petrus ipse inter infideles uel hominē se nosse negauit, quē inter cōdiscipulos iā dei filium fuerat cōfessus. Sed nec in atrio Caiphæ retentus poterat agere pēnitentiā, egreditur foras, ut alij narrant euangelistæ, q̄tenus ab impiorū concilio secretus, sordes pauidæ negatiōis liberis stertibus absoluat. **Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis, & uniuerso cōcilio, uincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.** ¶ Non solum ad Pilatum, sed etiam ad Herodem ductus est, ut uterq; domino illuderet. Et cerne solitudinem sacerdotum in malo: tota nocte uigilauerunt, ut homicidium facerent. **Et uinctum tradiderunt Pilato.** Habebant enim hūc morem, ut quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent. Attamen notandū, quod non tunc primum ligauerunt eum, sed mox comprehensum nocte in horto (ut Iohannes declarat) ligauerunt, & sic adduxerūt eū ad Annam primū. **Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum?** Pilato nihil aliud criminis interrogante, nisi utrum rex Iudæorum sit, arguūtur impieratis Iudæi, quod ne falso quidem inuenire potuerint, quod obijcerent saluatori. **At ille respondens ait illi: Tu dicis.** Sic respondit, ut & uerum diceret, & sermo eius calumniæ non pateret. Et attende quod Pilato, qui in

uitijs sententiam ferebat, aliqua in parte responde-  
 rit, sacerdotibus autem & principibus noluerit, indi-  
 gnosq; suo sermone iudicauerit. Pilatus autem  
rursum interrogauit eum, dicens: Nō respondes quie-  
quam? Vide in quantis te accusant. Iesus autem an-  
 plius nihil respondit. ¶ Ethnicus quidem est qui con-  
 demnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæo-  
 rum. Vide in quantis te accusant. Iesus autem  
 nihil respondere uoluit, ne crimen diluens dimitte-  
 retur à præside, & crucis utilitas differretur. [Pontiff-  
 ces autem concitauerunt turbam, ut magis Barab-  
 bam dimitteret eis.] ¶ Vsq; hodie hæret Iudæis sua  
 petiitio, quam tanto labore impetrarunt. Qui enim  
 data sibi optione pro IESU latronem, pro saluato-  
 re interfectorem, pro datore uitæ elegerunt ademp-  
 torem, merito salutem perdiderunt & uitam, &  
 latrocinij sese ac seditionibus intantum subdide-  
 runt, ut & patriam regnumq; suum quod plus Chri-  
 sto amauere, perdiderint, & hætenus, quam uendi-  
 dere, siue animæ, seu corporis libertatem recipere nō  
 meruerint. Pilatus aut̄ iterū respondens ait il-  
lis: Quid ergo uultis faciam regi Iudæorum? At illi ite-  
 rum clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus uero dice-  
 bat eis: Quid enim mali fecit? ¶ Multas liberandi sal-  
 uatorem Pilatus occasiones dedit. Primum latronē  
 iusto conferens, deinde inferens: Quid ergo uul-  
tis ut faciam regi Iudæorum? Cumq; respon-  
 derent, Crucifigatur, statim non acquieuit, sed iux-  
 ta suggestionem uxoris, quæ mādauerat ei, ut Mar-  
 thæus scribit, Nihil tibi & iusto illi, ipse quoque res-  
pondens ait: Quid enim malifecit? Hoc dicēdo  
Pilatus absoluit Iesum. At illi magis clamabāt,

**dicētes: Crucifige eum.** Vt impleretur quod in  
 vicesimo primo Psalmo dixerat: **Circumdedērūt me** Psal. 22  
**canes multi,** cōgregatio malignantium obsedit me.  
**Isaias** quoque in hac sententia congruenter: **Expe-** Isais. 54  
**ctauit** ut faceret iudicium. **Et illud** Jeremia: **Facta est**  
**mihī hereditas mea sicut leo in sylua,** dederunt sup  
 me uocem suam. **Fecerunt autem iniquitatem,** & nō  
 iustitiam, sed clamorem. [ **Pilatus autem uolens po-**  
**pulo satisfacere,** dimisit eis **Barabbam,** & tradidit Ie-  
 sum flagellis cāsum, ut crucifigeretur. ] **Iesus autem**  
**flagellatus nō ab alio,** quā ab ipso **Pilato** intelligen-  
 dus est. **Scribit** namq; aperte **Iohannes:** **Clamauerunt**  
**rursūm dicentes omnes: Non hunc, sed Barabbam.**  
**Erat autem Barabbas** satro, **Tunc ergo Pilatus** ap-  
 prehendit Iesum & flagellauit. ] **Ac deinde subiun-**  
**git: Et milites plectētes coronam de spinis,**  
**imposuerunt capiti eius.** Quod quidem ideo fe-  
 cisse, atq; ideo credendum est militibus eum illuden-  
 dum tradidisse, ut satiati pœnis & opprobrijs eius Iu-  
 dæi, mortem eius ultra sitire desisterent. **Hoc autem**  
**factum est,** ut quia scriptum erat, **Multa flagella pec-**  
**catōrum,** illo flagellato, nos ā uerberibus liberare-  
 mur, dicente scriptura: **Flagellum non appropinqua-**  
**bit tabernaculo tuo.** **Milites autem duxerunt**  
**eū in atrium prætorij,** et conuocant totā co-  
 hortem, & induunt eū purpura, & imponunt ei ple-  
 ctentes spineam coronam, & cœperunt salutare eū,  
**Aue rex Iudæorum.** ] **Milites quidem,** quia rex Iu-  
 dæorū fuerat appellatus, & hoc ei scribæ & sacerdo-  
 tes crimē obiecerant, quia sibi in populo Israel usur-  
 parēt imperium, illudentes hoc faciunt, ut nudatum  
 pristinis uestibus, induant purpura, qua reges uetē-

res utebantur. **Et** pro diademate imponunt ei spine  
 am coronam, pro sceptro; regali dant calamum, ut  
**Matthæus** scribit, & adorant quasi regem. Nos autē  
 omnia hæc intelligamus mystice. **Quomodo** enim  
**Caiphas** dixit, Oportet unum hominē mori, p̄ popu-  
 lo, nesciens quod diceret: sic & isti quicquid fecerūt,  
 licet alia mente fecerunt, tñ nobis qui credidimus, sa-  
 cramenta tribuebant. **Notandū** autem, quia pro eo  
 quod **Marcus** ait, [Et induunt eum purpura.] **Mat-**  
**thæus** ita posuit: [Et exuētes eum, chlamydem coc-  
 cineam circumdederūt ei.] **Pro** regia enim purpura,  
 chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat.  
 & est rubra quoddam purpura cocco similima. **Potest**  
 enim fieri, ut purpurā etiam **Marcus** cōmemorauerit,  
 quam chlamys habebat, quamvis coccinea esset.  
**Mystice** enim purpura, qua indutus est dñs, ipsa eius  
 caro, quā passionibus obiecit, insinuat, de qua præ-  
 missa dixerat, p̄phetia: **Quare** ergo rubrum est indu-  
 mentū tuum, & uestimenta tua sicut calcantiū in tor-  
 culari: **In** corona uero, quā portabat spinea, nostrorum  
 susceptio p̄stōrum, p̄ qua mortalis fieri digna-  
 tus est, ostenditur, iuxta quod præcursor istius testi-  
 monium ei perhibens, ait: **Ecce** agnus dei, ecce q̄ tol-  
 lit peccata mundi. **Namq̄** spinas in significatione pec-  
 catorum poni solere, testatur ipse dñs, qui pro top-  
 la sto in peccatum prolapsus dicebat: **Terra** tua spinas &  
 tribulos germinabit tibi. **Quod** est aperte dicere. **Cō-**  
 scientia tua punctiones tibi & aculeos uitiorum pro  
 creantia non desister. **Quod** uero (iuxta euāgelium **Lu-**  
**cæ**) dominus apud **Herodem** alba ueste induitur, in  
 cæteris uero euangelistis à militibus **Pilati** sub pur-  
 pureo siue coccineo habitu illusus esse perhibet, col-

**Isaig. 63.**

**Johan. 1.**

Jata utraque ratione, in uno innocentia & castitas assumptæ humanitatis, in altero a utem ueritas passionis, per quam ad gloriam regni immortalis esset peruenturus, exprimitur. Sicut enim purpura colorem sanguinis, q̄ pro nobis effusus est imitatur, ita & habitum regni, quod post passionem dominus intrauit, nobisq̄ intradum patefecit, insinuat. Verum quia dixit Apostolus, Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis; & Isaias domino de electis, Omnibus his uelut ornamēto uestieris: potest in hoc utroq; domini habitu, non inimicorum quidem sententia probrosa, sed ipsius domini electione gloriosissima, omnis electorum eius multitudo, quæ in martyres uenerandos, & cætera fidelium plebe distinguitur, aptissime designari. Alba etenim ueste induitur, cum munda iustorum confessione circumdatur. Purpura siue cocco uestitur, cum in triumpho uictoriosorum martyrum gloriatur. **Et percutiebāt caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum.** ] Hæc tūc fecere milites Pilati, hæc usq; hodie faciūt hæretici & pagani, milites utiq; diaboli. Quia em̄ caput Christi deus, caput eius percutiunt, qui eum uerū deum esse denegant. Et quia scriptura per arūdinem solet confici, quasi arundine caput Christi feriunt, qui diuinitati illius contradicentes, errorem suum confirmare auctoritate sacræ scripturæ conantur. Spuunt in faciē Christi, qui præsentiam gratiæ eius uerbis execrandis ex interna cæcæ mentis infania conceptis respuunt, & Iesum Christū in carne uenisse denegant. Et quidē milites eū quasi qui deum seipsum falsum dixisset, illudentes adorabant. Sed sunt hodie, q̄ sunt grauioris uesaniæ, qui eū

Sala. 3

Isais. 49.

certa fide ut deum uerum adorant, sed peruersis actibus mox uerba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris post longē ponunt. **Et educunt illum, ut crucifigerent eum. Et angariauerunt prater eundē quempiam Simonem Cyrenæum, uenientem de uilla, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleretur crucem eius.** Magnæ tunc opinionis Simon iste uidetur fuisse, cū filij quoq; eius, quasi iam noti omnibus, designentur ex nomine. Sed cauendum, ne cui uideatur contrarium, quod Iohannes scribit, ipsum dñm sibi crucem portasse, ceteri uero euangelistæ hunc Simonem Cyrenæum eā baiulasse referunt. Primo namq; a domino portata, ac deinde Simoni, quem exeuntes forte obuiū habuerant, portanda imposta est. Et hoc congruo satis ordine mysterij, quia nimirum ipse passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Et quia Simon iste non Hierosolymita, sed Cyrenæus esse perhibetur (Cyrenæ em̄ ciuitas Libyæ est, ut in Actibus apostolorum legimus) recte per eum populi gentium designantur, q̄ quondam peregrini & hospites testamentorū, nunc obediendo ciues sunt & domestici dei, et (sicut alibi dicitur) hæredes quidem dei, cohæredes autē Christi. Vnde apte Simon, obediens: Cyrenæ, hères interpretatur. Nec prater eundē, quia idē Simon de uilla uenisse refert. Villa em̄ grece pagus dīr, unde paganos appellamus eos, quos a ciuitate dei alienos, & quasi ut banæ cōuersationis uidemus esse expertes. Sed de pago Simon egrediens, crucē portat post Iesum, cū populus nationū paganis ritibus derelictis, uestigia dñice passionis obedienter amplectit. **Et perducunt illum**

**Roma. 8.**

In Golgathalocū. quod est interpretatū. cal-  
varie locus. Extra urbem & foris portā loca sunt,  
 in quibus truncantur capita bellatorum, & caluarig  
 .i. decollatorum sumptere nōmen. Propterea autē  
 ibi crucifixus est dñs, ut ubi prius erat area damna-  
 torum, erigerētur uexilla martyrij. Et quomodo p  
 nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus,  
 & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius in-  
 ter noxtos crucifigitur. Et dabant ei bibere myr-  
rhatum uinum. ⁊ non accepit. Deus loquitur ad  
 Ierusalem: Ego te plantaui uineam meam ueram,  
 quomodo cōuersa es in amaritudinem uitis alienæ? Jeremi. 24  
 Amara uitis amarum uinum facit, & propinat dño  
 Iesu, ut impleatur quod scriptum est: Dederunt in ci-  
 bum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto.  
 Quod autem dicitur, [ & non accepit, ] uel secun-  
 dum Matthæū, [ cum gustasset, noluit bibere, ] hoc  
 indicat, quod gustauerit quidem pro nobis mortis  
 amaritudinem, sed tertia die resurrexit. Quod enim  
 ait Marcus, [ non accepit, ] intelligitur, non accepit  
 ut biberet: gustauit autem, sicut Matthæus testis est.  
 Et quod idem Matthæus ait, [ noluit bibere, ] hoc  
 Marcus dixerat: [ non accepit. ] Sed & hoc quod ait  
 Marcus [ myrrhatū uinum, ] intelligendum est Mat-  
 thæum dixisse, [ cū felle mixtū. ] Fel quippe p ama-  
 ritudine posuit, & myrrhatū uinum amarissimū est:  
 quanquā fieri possit, ut & felle & myrrha uinū amarif-  
 simum redderēt. Et crucifigentes eum, diuise-  
runt uestimēta eius. mitrentes sortē super eis,  
quis quid tolleret. Hæc Iohānes euangelista ple-  
 nitus exponit, qā milites cætera in quatuor partes iuxta  
 suum numerū diuidentes, de tunica quæ in cōsulibus

erat, desuper contexta per totum, sortem miserunt. Quadripartita autē uestis domini, quadripartitam eius figura uit ecclesiā, toto scilicet (quæ quatuor partibus constat) terrarū orbe diffusam, & omnibus eisdem partibus æqualiter (i. cōcorditer) distributam. Tunica uero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quæ charitatis uinculo cōtinetur. Si enim charitas (iuxta Apostolum) & supereminentiore habet uiam, & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, merito uestis, qua significata est, desuper contexta perhibetur. In sorte autem quid, nisi dei gratia cōmendata est? Sic quippe in uno ad omnes peruenit, cum fors omnibus placuit: quia & dei gratia in uno ad omnes peruenit, & cum fors mittitur, nō personæ cuiusq; uel meritis, sed occulto dei iudicio ceditur. Et quæ (sicut dicit Apostolus) uerus homo noster simul crucifixus est cum illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccatō, quandiu id agunt opera nostra, ut euacuetur corpus peccati: quandiu exterior homo corrūpitur, ut interior renouetur de die in diem, tēpus est crucis. Hæc sunt & bona opera quædam, tamen adhuc laboriosa, quorū merces requies est. Sed ideo dicitur, spe gaudentes, ut requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc enim hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno, ubi figuntur manus. Per manus enim, operantur ligimus: per latitudinem, hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias: per altitudinem autē, cui caput adiungitur, expectationē retributionis de sublimi iustitia dei, quæ reddet unicuique secundū opera sua, his quidem secundum tolerantiam boni operis, gloriam

Roma. 2. & honorem & incorruptionē quærētibz, uitā æter



nam. Itaq; iam longitudo, qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat. Vnde longanimes dicuntur, qui tolerant. Profundum, quod terra infixum est, secretum sacramenti præfiguratur: quæ uerba Apostoli instar de significatione crucis expediã, ubi ait: In charitate radicari & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, altitudo & profundum. **Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.** Sunt qui arbitrãtur hora quidem tertia dominũ crucifixum, à sexta autẽ hora tenebras factas usq; ad nonam, ut consumptæ intelligantur tres horæ, ex quo crucifixus est, usq; ad tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime intelligi, nisi Iohannes diceret, hora quasi sexta Pilatũ sedisse pro tribunali, in loco qui dicitur lithostrotos, hebraice autem gabatha. Sequitur em̃: **Erat autẽ pasceue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex uester.** Si igitur quasi sexta Pilato sedente in tribunali, traditus est crucifigendus à Iudæis, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut uerba Marci nõ intelligentes quidam putauerunt? Iam certe dixerat Marcus: **Et crucifigẽtes cum diuiserunt uestimenta eius.** Si ergo eius rei gestæ tempus uoluit cõmemorare, sufficeret dicere: **Erat autem hora tertia.** Vt qd adiunxit, & crucifixerunt eum, nisi quia uoluit aliqd recapitulãdo significare, quod quæsitum inueniret, cum scriptura ipsa illius temporibus legeretur, quibus uniuersæ ecclesiæ notũ erat, quã hora dominus ligno suspensus est, unde posset huius uel error corrigi, uel mendacium refutari? Sed quia sciebat à militibus dominum crucifixũ, non à Iudæis, occulte ostendere uoluit, eos magis crucifixisse, qui clamauerunt

ut crucifigere tur, quā illos, qui ministerium principis  
 suo secundum suum officium praeberunt. Intelligi-  
 tur ergo fuisse hora tertia, cum clamauerūt Iudaei, ut  
 dominus crucifigere tur: & ueracissime demonstratur,  
 tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt, maxime  
 quia uolebant non uideri se hoc fecisse. Et propterea  
 eum Pilato tradiderunt, quod per eorum uerba satis  
 indicant secundum Iohannem. Quod ergo maxime  
 uideri fecisse uolebāt, hoc eos hora tertia fecisse Mar-  
 cus ostendit, uerissime indicans, magis fuisse domi-  
 num necatum lingua Iudaeorum, quam militum ma-  
 nu. **Et erat titulus causae eius inscriptus rex  
 Iudaeorum.** Titulus positus supra crucem eius, in  
 quo scriptum erat, rex Iudaeorum, illud ostendit, quod  
 nec occidendo efficere potuerunt, ut eum regem non  
 haberent: quia eis manifestissima potestate secundum  
 sua opera redditurus est. Vnde in Psalmo canit: Ego  
 autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem  
 sanctum eius. **Qui** apertum etiam, quoniam rex & pon-  
 tifices est, cum eximiam patri suae carnis hostiam in al-  
 tari crucis offerret, regis quoque, qui rex praedictus  
 erat, dignitatem titulo praetendit, ut cunctis legere,  
 hoc est, audire & credere uolentibus insinuaret, quia  
 per crucis patibulum non perdidit suum, sed confir-  
 mauerit potius & corroborauerit imperium. **Et cum  
 eo crucifigunt duos latrones unum a dextris,  
 et alium a sinistris.** Latrones, qui cum domino cru-  
 cifixi sunt, significant eos, qui sub fide & confessione  
 Christi, uel agone martyrij, uel qualibet continen-  
 tiae arctioris instituta subeunt. Sed quicumque haec pro  
 aeterna solum caelestis gloria egerunt, hi profecto dex-  
 tri latronis merito ac fide designantur. At qui, sine

Psalm. 2

humanae laudis inuicem, seu qualibet minus digna intentione mundo abrenunciant, non immerito blasphematoris ac sinistri latronis mentem imitantur & **1. Corin. 13**  
 actus, de qualibus dicit Apostolus: Si tradidero corpus meum ut ardeat, si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, si alia plura pietatis opera facerem, ut dona gratiae spiritalis accepisse uidear, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Beati autem, qui sua propter dominum, & propter euangelium relinquunt. **Matth. 5.**  
 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Similiter & sacerdotes summi illudentes ad alterutrum, cum scribis dicebant: Alios saluos fecit seipsum non potest saluificare. Etiam nolentes confitentur scribis & pontificibus, quia alios saluos fecerit. Itaque uos uestra condemnat sententia. Qui enim alios saluos fecit, utique si uellet, seipsum saluare poterat. [Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus.] Fraudulenta promissio. Quid est plus, de cruce adhuc uiuentem descendere, an de sepulchro mortuum surgere? Surrexit, & non creditis: ergo etiam si de cruce descenderit, similiter non creditis. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Quomodo hoc uerum est, quando quidem unus eorum conuiciatus est secundum **Lucae** testimonium, alter & conpescuit eum, & in deum credidit, nisi intelligamus **Matthaeum** & **Marcum** breuiter perstringentes, hoc loco pluralem numerum pro singulari posuisse, sicut in epistola ad **Hebraeos** legimus pluraliter dictum, clauerunt ora Leonum, cum solus **Daniel** significari intelligatur: & pluraliter dictum, secti sunt, cum de solo **Isaia** intelligatur. **Hebr. 12.**

Quid enim usitatus, uerbi gratia, quam ut dicat aliquis: **Et** rustici mihi insultant, etiam si unus insultet. **Tunc** enim esset contrarium, quia **Lucas** de uno manifestauit, si illi dixissent ambos latrones conuictos dño, tamen posset sub numero plurali unus intelligi. **Cum** uero dictum est, latrones, uel qui cum eo crucifixi erant, nec additum est, ambo, non solum si ambo fecissent, posset hoc dici, sed etiam quia unus hoc fecit, potuit usitato locutionis modo per pluralem numerum significari. Quia uero, **Luca** testante, unus latro dominum blasphematur, dicens, **Saluum fac me ipsum et nos**: alter uero & illum digna inuestione redarguit, & dñm fidei supplicatione precatur, dicens: **Domine, memento mei cum ueneris in regnum tuum**, usq; hodie idem geri in ecclesia uidemus, cum mundanis facti afflictioibus, ueri simul & falsi **Christiani**: illi quidem, qui ficta mente dominicæ passionis sacramenta gestant, ad præsentis uitæ gaudia cupiunt liberari à domino, atq; simplici intentione cum **Apostolo** non gloriantur in sola cruce domini nostri **Iesu Christi**, ita potius à præsentibus arumnis optant erui, & spiritum suum commendent in autoris manus, unaq; cum ipso regni cælestis desiderent esse participes. **Vnde** bene ille, qui fide dubia dominum precabatur, funditus est cõtempus à domino, neq; ulla respõsione dignus habitus. **At** uero præces illius, qui æternam à se salutem quærebat, pia mox dominus exauditiõne suscipere dignatus est. Quia nimirum, qui cunq; in tribulationibus positi, temporalia tantum à domino solatia requirunt, à temporalibus separantur, & æternis gaudijs priuantur. **Qui** em̃ ueraciter bona patriæ cælestis suspirat, ad hæc abiq;

**SECUNDVM MARCVM 685**

Nulla dubietate Christo miserante perueniunt. **Et facta hora sexta, tenebrae factae sunt per totam terram, vsq; in horam nonam.** Clarissimum mundi lumen retraxit radios suos, ne aut pendente uideret dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruere tur. **Et notandum, quia dominus sexta hora, hoc est, recessuro a centro mundi sole crucifixus sit: diluculo autem, hoc est, oriente iam sole, resurrectionis suae mysteria celebrauerit.** Statutum enim temporis signa uir, quod effectu temporis exhibuit. Qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Nam & Adam peccante scriptum est, quia audierit uocem domini dei, deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Post meridiem namque, inclinata luce fidei: ad auram uero, refrigerescente seruore charitatis: deambulans autem audiebat, quia ab homine peccante recesserat. Rationis igitur, imò diuinae pietatis ordo poscebat, ut eodem temporis articulo, quo tunc Adae prauaricanti ocluserat, nunc latroni dominus poenitenti ianuam refereret paradisi. Et qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo inuexit, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destrueret. **Et hora nona exclamauit Iesus uoce magna, dicens: Eloi, eloi, lamata bachi bani.** Quod est interpretatum: Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Ut quid &c. Principio uicesimiprimi psalmi usus est. Illud uero quod est in medio uersiculi: Respice in me, superfluum est. Legitur enim in Hebrgo: Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti: Nec mireris uerborum humilitatem, quoniam monias derelicti, cum formam serui sciens, scandalum crucis uideas; Sicut enim esurire & sitire & fatigari non

erāt propria diuinitatis, sed corporalis passionis, irā  
 & quod dicitur: [ **Vt** quid me dereliquisti, ] corpora-  
 lis uocis erat proprium, qua solet secundum naturā  
 corpus nullatenus uelle à sibi coniuncta uita fraudari.  
 Licet enim & ipse saluator dicebat hoc, sed apprie  
 ostendebat corporis fragilitatem, manens uirtus &  
 sapientia dei. **Vt** ergo homo loquitur, meos circum-  
 ferēs motus, quod in periculis positi, à deo deserinos  
 putam⁹, uel ut homo turbaī, ut homo flet, ut homo  
 crucifigitur. **Et quidam de circumstantibus au-**  
**dientes, dicebant: Ecce Eliam uocat. ]** Non omnes,  
 sed quidam, quos arbitror milites fuisse Romanos,  
 non intelligentes sermonis Hebraei proprietatē, sed  
 ex eo quod dixit: **Eli, eli,** putantes Eliam ab eo uoca-  
 tum. Sin autem Iudæos, qui hoc dixerunt, uolueris  
 intelligere, & hoc more sibi solito faciūt, ut dñm im-  
 becillitate infament, quod Eliæ auxilium depreceī.

**Currens autem vnus, & implens spongiam**  
**aceto, circumponensq; calamo, porum dabat ei, di-**  
**cens: Sinite, uideamus si ueniat Elias ad deponendū**  
**eum. ]** Quam ob causam domino acetū sit porui da-  
 tum, Iohannes ostendit plenius, dicēs: [ **Postea sciēs**  
**Iesus** qaiā cōsummata sunt omnia, ut cōsummaretur  
 scriptura, dicit: **Sitio.** **Vas** ergo positū erat aceto ple-  
 num. Illi autem spongiam plenam aceto hysopo cir-  
 cumponentes, obtulerunt ori eius. ] **Vidit** ergo quo-  
 niam iam cōsummata sunt omnia, quæ oportebat ut  
 fierent, antequam acciperet acetum, & traderet spiri-  
 tum, atq; ut hoc etiam consummaretur, quo ait: **Eri**  
**siti** mea potauerit me aceto. **Siti,** inquit, tanquā hoc  
 diceret: **Hoc** minus fecistis, date quod estis, Iudæi q̄p  
 pe ipsi erant acetum, degenerātes à uino patriarcharū.

**psalm. 68.**

**SECUNDVM MARCVM 687**

& prophetarum, tanquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impletum cor habentes, uelut spongiam cauernosis quodammodo atq; tortuosis laribulis fraudulentum. **Hysopum**, quo circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, & petrus purgat, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus, quam circumdederunt, & se circumuenisse putauerunt. **Vnde est illud in Psalmo: Asperges me domine hysopo, & mundabor.** Christi namq; humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediens patri usq; ad mortem, mortem autē crucis, non utiq; sanguis eius in remissionem peccatorum, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus. Per arundinem uero, cui imposita est spongia, scriptura significatur, quæ implebat hoc factio. Sicut lingua dicitur uel græca, uel latina, uel alia quælibet, sonum significans qui lingua promittitur, sic arundo dici potest litera, quæ arundine scribit. **Sed significantius sonos uocis humanæ usita: isime dicimus linguas, scripturam uero arundinem dici, quo minus usitatū, eo magis est mystice figuratū. Jesus autem emissit uoce magna, expirauit. Quid hac uoce magna dixerit dominus, Lucas aperte designat: [Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc inquit] dicens, expirauit. ] Quod uero scribit Iohānes, quia cum accepisset acetum, dixit: **Consummatum est.** Et inclinato capite tradidit spiritū, inter illud quod ait, **Consummatum est, & illud, Inclinato capite tradidit spiritum, emissit illa uox magna, quā tacuit Iohannes, ceteri autē tres commemorauerūt. Et uelū templi scissum est in duo, a summo usq; deorsum.** Scinditur uelū templi, ut arca testamenti &**

omnia legis sacramenta, quae tegebantur, appareant, atque ad populum transeant nationum. **Ante** etiam dictum fuerat, **Notus in Iudaea deus, in Israel magnum nomen eius: nunc autem, Exaltare super caelos deus, & super omnem terram gloria tua. Et in euangelio prius dixit, In uiam gentium ne abieritis: post passionem uero suam, Euntes in uniuersum mundum, docete omnes gentes.** **Uidens autem centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo filius dei erat.** Manifesta causa miraculi centurionis exponitur, quod uidens dominum sic expirasse, hoc est, spiritum emisisse dixerit: [Vere homo hic filius dei erat.] Nullus enim habet potestatem emitti edidit spiritum, nisi qui animarum conditor est. **Et hoc considerandum, quod centurio ante crucem in ipso scandalo passionis uere dei filium confiteatur, & Arrius in ecclesia praedicat creaturam, Vnde merito per centurionem fides ecclesiae designatur, quae uel mysteriorum caelestium per mortem domini referata, continuo Iesum, & uere iustum hominem, & uere dei filium, synagoga tacente, confirmat.** **Erant autem et mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome. Et cum esset in Galilaea, sequebantur eum & ministrabant ei.] Iacobum minorem dicit, Iacobum Alphai, qui & frater domini dicebatur, eo quod esset filius Mariae materterae domini, cuius in euangelio suo meminit Iohannes, dicens: **Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, et soror matris eius Maria Cleophae. Mariam autem Cleophae eam uideatur dicere, a patre, siue a cognatione. Vocabat uel****



¶ SECUNDVM MARCVM 689

ro minorem Iacobum, ad distinctionem maioris Iacobi, uidelicet filij Zebedei, qui inter primos apostolos uocatus est a domino & electus. Consuetudinis autem Iudaeae est, nec ducebatur in culpa, more gentis antiquae, ut mulieres de substantia sua uestiu & uestimentu praeceptoribus ministrarent. Hoc quia scilicet dalum facere poterat in nationibus, Paulus abiicisse se memorat: Nunquid non habemus potestatem sorores mulieres circumducendi, sicut caeteri apostoli faciunt? Ministrabant autem domino de substantia sua, ut meteret earum carnalia, cuius illae metebant spiritalia. Non quo indigeret cibus dominus creaturarum, sed ut typum ostenderet magistrorum, quod ut estu atque uestitu ex discipulis deberent esse contenti. Sed uideamus quales comites habuerit, Mariam Magdalenam, a qua septem daemonia eiecerat, & Mariam Iacobi & Ioseph matertera suam, & alias quas in caeteris euangelij legimus. Et cum iam sero esset factu quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, uenit Ioseph ab Arimathaea, nobilis decurio. ] Decurio uocatur, quod sit de ordine curiae, & officiu curiae administret, qui etiam curialis a procurando munera ciuilia solet appellari. Arimathaea autem ipsa est Ramathaim, ciuitas Elcanae & Samuelis, in regione Chananitica iuxta Diospolim. παρασκευη uero graece, latine preparatio dicitur, quo nomine Iudaei, qui inter graecos morabantur, sextam sabbati appellabant, eo quod in illo ea, quae requiei sabbati necessaria essent, preparare soleant, iuxta hoc quod de manna olim praecipuum est: Sexta autem die colligetur duplu, &c. Quia ergo homo sexta die factus, & tota est mundi creatura perfecta, septima autem conditor ab opere suo requieuit,

unde & hoc sabbatum, hoc est, requiem uoluit intelligi, recte saluator eadē sexta die crucifixus, humanae restorationis impleuit arcanum. Ideoq; cum accepisset Iesus acetum, dixit, **Consummatum est**, hoc est, sexta die, quod pro mundi refectione suscepit, iam totum est opus expletum. **Sabbato** autem in sepulchro requiescens, resurrectionis, quae octaua die uentura erat, expectabat euentum. **Vbi** nostrae simul deuotionis ac beatae retributionis praelucet exemplum, quos in hac quidem sexta seculi aetate pro domino pati, & uelut mūdo necesse est crucifigi. In septima uero aetate, id est, cum laeti quis debitum soluit, corpora quidem in tumultis, animas autem secreta in pace cū domino manere, & post bona oportet opera quiescere, donec octaua tandem ueniente aetate, etiam corpora ipsa resurrectione glorificata, cum animabus simul incorruptionem aeternae hereditatis accipiant. [ **Venit** (inquit) Ioseph ab **Arimathæa**, nobilis decurio, & ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introiuit ad **Pilatam**, & petiit corpus Iesu. ] Magnae quidem Ioseph iste dignitatis ad seculū, sed maioris apud deū meriti fuisse lau datur. Talem nanq; existere decebat, qui corpus domini sepeliret, qui & per iustitiam meritorum tali ministerio dignus fuisset, & per nobilitatem potentiae secularis facultatem posset obtinere ministrandi. **Non** enim quilibet ignorus, aut mediocris ad praesidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare. **Ioseph** autem mercatus sindonē, & deponens eū inuoluit in sindone. Et ex simplici sepultura dñi ambitio diuitū condemnatur, quae in tumulis quidem possunt carere diuitijs. **Possum** autē iuxta intelligentiā spiritalē hoc sentire, qd corp

**D**ñi nō auro, neq; gemmis & serico, sed linteamine puro obuolutū sit, quanquam & hoc significet, quod ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura mente eum suscepit. Hinc ecclesiæ mos obtinuit, ut sacrificium altaris, non in serico, neq; in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus dñi est in sindone munda sepultum, iuxta quod in gestis pontificalibus à beato papa Siluestro legimus esse statutum. De monumento dñi ferunt, qui nostra ætate Hierosolymis Britāniam uenere, quod domus fuerit rotūda, de subiacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut intro consistens homo, uix manu extenta culmen possit attingere, qua habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus atq; appositus est. In cuius monumēti parte aquilonari sepulchrum ipsum, hoc est, locus dominici corporis, de eadē petra factus est, septem habens pedes longitudinis, trium uero palmarum mensura, cetero pauimento altius eminens. Qui uidelicet locus non desuper, sed à latere meridiano per totum patulus est, unde corpus inferebat: color autem eiusdem monumenti ac loculi, rubicūdo & albo dicitur esse permixtus.

**FERIA QUINTA**

**Palmarum, in cœna dñi. Ioh. XIII.**

**I**n illo tempore Ante diem festū Paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Et reli.

**P**ascha non (sicut quidam existimant) græcū nomen est, sed hebræum. Pascha transitus dicitur in

sua lingua, propterea quia tunc primum pascha celebravit populus domini, quando ex Aegypto fugientes, rubrum mare transierunt. Quae figura in Christo secundum ueritatem impleta est, cum per passionem suam transiret ex hoc mundo ad patrem. Ita nobis quoque transeundum est ex hoc mundo ad patrem, a temporalibus ad aeterna, ab iniquitate ad iustitiam, a deceptore diabolo ad saluatorem Christum. **Cum dilexisset suos qui erant in mundo, usque in finem dilexit eos.** Vnde ut ipsi de hoc ubi erant, ad suum caput, quod hinc transisset, eius dilectione transissent. In finem, id est, in aeternum dilexit eos. Vel in finem, in Christo: quia finis legis est Christus. **Et cenam iam factam.** Non ira debemus intelligere cenam factam, uel ut iam consumptam atque transactam. Adhuc enim cenabatur, cum dominus surrexit, & pedes lauit discipulis suis: nam postea iterum recubuit, & buccellam suo traditori dedit. **Cena dicta est iam parata conuiuantibus discipulis cum magistro, cum diabolus iam misisset in eum, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis.** Si quaeris quid missum sit in eum Iudae, hoc unum ut traderet eum. **Missio ista, spiritalis suggestio est:** non in aures corporales, sed in conscientiam iniquam. Sicut enim bonas cogitationes benignus spiritus immittit, sic malas cogitationes malignus spiritus suggerit. Sed interest, quibusnam eorum mens humana consentiat, diuino auxilio uel deserta per meritum, uel adiuta per gratiam. **Sine fide dei proditor ad conuiuium non credens deum esse, quem tradere cogitabat, uidebatur & tolerabat, in eo, quae falli putabat, falsebatur, cuius malitia bonitas dei uidebatur ad salutem aliorum. Sciens quia omnia**

dedit ei pater in manus, ergo & ipsum traditorē.  
 Nam si eum in manibus non haberet, non utiq; illo  
 ueretur ut uellet. Sciebat enim dominus quid face-  
 ret pro amicis, qui patienter utebatur inimicis. Sciēs  
 etiam quia a deo erit, 7 ad deum vadit. Nec de-  
 um, cū inde exiret, nec nos delerens, cū rediret. Sur-  
 git a cœna, 7 ponit uestimenta sua. Locuturus  
 euāgelista de tanta domini humilitate, pr:us eius cel-  
 situdinem uoluit commendare. Ad hoc pertinet qđ  
 ait: [Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.] Nō  
 dei domini, sed hominis serui impleuit officium. Tā-  
 ta est quippe humanæ humilitatis utilitas, ut eā com-  
 mendarēt suo exemplo etiā diuina sublimitas. [Sur-  
 git a cœna,] deicēdit de cœlestibus. [Posuit uestimē-  
 ta sua,] id est, semetipsum exinaniuit. Cum accepit  
 ser linteum, pr: cingit se, formam serui induens.  
Mixit aquam in peluim, id est, fudit sanguinem  
 suum in terram: ut mundaret in se credentium uesti-  
 gia quæ terrenis peccatis sordida fuerant: & exterge-  
 ret linteo, quo erat præcinctus, id est, corporis sui lin-  
 teo quo erat præcinctus, purgaret: quia tota illa e-  
 ius passio est purgatio. Dum formam serui accepit,  
 nō quod habebat dimisit, sed quod non habebat, as-  
 sumpsit. Uenit ergo ad Simonem Petrum.  
 Non ita intelligendum est, quasi aliorum pedibus la-  
 uatis uenisset ad primum apostolū: sed quia inde pri-  
 mū cœpit, ideo expauescit Petrus, ut dei filius ei pe-  
 des lauaret, dominus seruo, deus homini. Quando er-  
 go pedes discipulorū lauare cœpit, uenit ad eū, a quo  
 cœpit, id est, ad Petrum. Et tūc Petrus (quod etiā qui-  
 libet eorum expauesset) expauit, atq; ait: Dne tu mi-  
 biliaas pedes: Tu deus, ego homo: tu dominus,

ego seruus: tu redemptor, ego peccator. **Respondit**  
**Jesus: 7 dicit ei: Quid ego facio, tu nescis mo-**  
**do, scies aut postea.** Huius facti mysterium necdum  
 intelligis, sed postea intelliges. **Quia si teno laue-**  
**ro, non habebis partem mecum.** Dixit Petrus: Non  
 lauabis mihi pedes in aeternum. **I** Aeternum, pro nun-  
 quam posuit: sed territus responsione domini, dixit. **Domine,**  
 non tantum pedes, sed **& manus & caput.** **Q**uan-  
 do quidem sic minaris lauanda tibi mea membra, non  
 solum ima non subtraho, uerum etiam prima substerno.  
**N**e mihi neques capiendam tecum partem, nullam tibi  
 nego abluendam mei corporis partem. **R**espondit ei  
**Jesus: Qui lotus est, non habet opus nisi pedes lau-**  
**are, sed est mundus totus.** **Q**uomodo totus est mun-  
 dus, & utique ramentum pedes ei lauandi sunt, nisi quia mun-  
 dus est in lauacro sancti baptismatis? In baptismo namque  
 que donantur nobis omnia delicta. **S**ed sicut pes, qui ter-  
 ram calcatur, non potest absque sordibus esse, sic nemo po-  
 test uiuere sine peccatis, pro quibus quotidie oramus:  
**D**imitte nobis debita nostra. **I**tem, puluere terrene habitacionis  
 homo sordidatus, necesse habet iterum lauari per gratiam  
 diuinae pietatis, licet prius eadem gratia esset totus mundatus,  
 apostolo Iohanne attestare: Si dixerimus quia peccatum non habemus,  
 nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. **Q**uotidie  
 igitur pedes lauat nobis, qui interpellat pro nobis:  
 & quotidie nos habere opus, ut pedes lauemus, in ipsa  
 oratione dominica confitemur, cum dicimus: **D**imitte  
 nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus  
 nostris. **E**t vos mundi estis, sed non omnes. **Q**uod euangelista sequentibus uerbis exponit,  
 ideo transcamus ad caetera. **P**ostquam ergo lauit

pedes eorum. Id est, impleta redemptionis nostre purgatione, per sanguinis sui effusionē: accepit uestimenta sua, tertio die de sepulchro resurgens, & eodē corpore, q̄ moriebat in cruce, immortalis factus est & uestitus. **Et cum recubuisset**, hoc est, iterum ascendit in cælum, in dexteram dei sedens, & in maiestate paternæ diuinitatis recubens, unde iterum uēurus est iudicare uiuos & mortuos. Sequitur em̄: **Dixit eis: Scitis quid fecerim uobis?** Hoc em̄ ait, quod ante promiserat, dum Petro apostolo respondit: [Quod ego facio, tu nescis modo, scies autē postea.] Nunc est illud ante promissum. **Uos uocatis me, magister et domine, et bene dicitis.** Vtique quia uerum dicitis. **Sum etenim.** Non arrogantē typo, sed ueritatis obsequio dixit. **Sic ergo ego laui uestros pedes dominus et magister, et uos debetis alter alterius lauare pedes.** Si ego deus & dominus dimisi uobis peccata uestra, & uos debetis alter alterius peccata dimittere. **Et hoc est quod** Apostolus ait: Donantes uobismet ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut dominus donauit nobis, ira & uos inuicem. Itaque nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicē oremus, atq; ita quodammodo inuicē pedes nostros lauemus. Licet hoc corporaliter charitatis officio & humilitatis exemplo aliquibus utiliter facere placeat, tamen spiritualiter in corde omnibus agendum est, ut debita nostra inuicē dimittamus nobis, sicut à deo nobis debita nostra dimitti deprecamur. Sequitur. **Amen amen dico uobis, nō est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior eo qui misit illum.** **Si hæc scitis, beati eritis, si fecerit-**

tis ea. Hoc ideo dixit, quia lauerat pedes discipulo-  
rum, magister humilitatis, ut uerbo & exemplo eos in-  
strueret in charitatis officio. Non de omnibus vo-  
bis id est, nō oēs uos beatos dico. Ego scio quos  
elegerim ad hanc beatitudinem, ut meorum sequa-  
ces preceptorum. Sed ut impleatur scriptura:

psalm. 40

Qui manducat panem mecum, leuabit contra  
me calcaneum suum, id est, calcabit me. Manducat  
panem, non ad salutem sibi, sed ad poenam: quia mā-  
ducauit, ut lateret proditor, non ut proficeret ama-  
tor. Quid est quod alio loco dixit, Nōne uos duode-

Johan. 6.

cim elegi, & unus ex uobis diabolus est? & hic dicit, illi  
[Ego scio quos elegerim.] Electus est enim ille lu-  
das, non ad beatitudinem, sed ad perditionis perfidi-  
am: ob salutem mundi, nō suam: quia dictum est de  
eo: Melius esset homini illi, si nō fuisset natus. Isti ue-  
ro, de quibus modo dixit, [Ego scio quos elegerim,] non  
ad beatitudinem æternæ gloriæ electi sunt. Amō  
do dico uobis (inquit) priusquam fiat, ut cre-  
datis cum factum fuerit, quia ego sum. Id est,  
ego sum de quo illa scriptura præcessit, ubi dictū est

psalm. 40

[Qui manducat mecum panem, leuabit super me calcaneum.  
Qui accipit si quem misero, me acci-  
pit. Qui autē me accipit, accipit eum qui me  
misit. Cum hæc dicebat, non unitatem naturæ diui-  
sit, sed mittentis auctoritatem ostendit. Sic utiq; unusquisq;  
eum, qui est missus accipiat, ut in illo, eum qui  
misit, accipiat, uel attendat. Si ergo attendas Christū  
in patre, inuenies discipuli præceptorem: si autem at-  
tēdas patrem in filio, inuenies unigeniti genitorē: ut  
ac sic in eo, qui missus est, siue ullo accipit errore mi-  
sentem. Cum hęc dixisset Iesus, turbatus est



Spiritu, & protestatus est, & dixit: Amē amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Turbatus enim imminens passio, & periculum proximū, & traditoris impendens manus, cuius fuerat præcognitus animus. Turbatus est itaque spiritu, tanto sceleris traditoris. Turbata est in eo nostra infirmitas, non sua potestas. Sicut pro nobis passus est, ita pro nobis turbatus est. Qui ergo potestate mortuus est, potestate turbatus est, ne nostra perturbatio in desperationem cadat, sed in miseratiōe proximorum una poenitentia peccatorum uel nostrorū auertatur: quæ illius perturbatio, nostra est cōsolatio. [Amen amē dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.] Vnus numero, non merito: specie, non uirtute: commixtione corporali, non uinculo spiritali: carnis adiunctione, non cordis socius unitate. Quid est ex uobis, nisi ex uobis iturus est qui tradet me? Aspiciebant ergo aduicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Sic quippe in eis erat erga magistrum iuum pia charitas, ut tamen eos humana alterum de altero stimularer infirmitas, Nota fuit unicuique sua conscientia, sed alterius incognita. Erat autem recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Quod dixerat in sinu, paulo post dicit super pectus Iesu: ipse est Iohannes, cuius est hoc euangelium, sicut postea manifestatur. Erat enim hæc eorum consuetudo, qui sacras nobis literas ministrarunt, ut quando ab aliquo eorum diuina narrabatur historia, cum ad seipsum ueniret, tanquam de alio loqueretur: & sic se inferret ordinationi narrationis suæ tanquam rerum gestarum scriptor, non tanquam ipsius sui prædicator. Ho. Scis

& beatus Moyses, ita de seipso, tanquam de alio cum  
 etā narrauit. Diligebat non prae omnibus unum, sed  
 quiddam in eo dilexit, quod in alijs non dilexit, i. ut  
 pace transiret ex hac uita, non per passionem finire e  
 hanc uitam. In sinu Iesu, i. in secreto, de quo illud mi  
 rabile, & in omnibus seculis inauditum cruciatus sa  
 cramentum. In principio erat uerbum, & uerbu erat  
 apud deum, & deus erat uerbum. **Innuit autem**  
**huic Simon Petrus, & dicit ei.** Innuendo dicit,  
 non loquendo: significando, non sonando. Quid di  
 cit innuendo: **Quis est de quod**  
**cit:** Hæc uerba Petrus innuit, nō sono uocis, sed mo  
 tu corporis dixit. **Itaq; cum recubisset ille su**  
**pra pectus Iesu.** Hic est utiq; pectoris sinus sapi  
 entia secretū. **Dicit ei: Domine quis ē?** **Respo**  
**dit ei Iesus:** Cui ego intinctum panem por  
 rexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simo  
 nis Scariothis. Et post panem, tūc introiit in illū sa  
 tanas. ] Expressus est traditor, nudata sunt latebra  
 tenebrarum. Bonum est quod accepit, sed malo suo  
 accepit: quia male bonum malus accepit. Hic cū do  
 cetur, quā diligēter nobis cauendum sit male acci  
 pere bonum. Multum quippe interest, nō quid acci  
 piat, sed q̄s accipiat: nec quale sit quod dat, sed qua  
 lis sit ipse cui datur. Intrauit ergo post hunc panem  
 satanas in domini traditorem, ut sibi iam traditum  
 plenius possideret, in quem prius intrauerat, ut deci  
 peret. Auxit enim peccatum traditiōis, præsumptio  
 sacramenti: cū homini ingrato intrasset panis in uen  
 trem, hostis in mentem. Fortassis ergo panis inuncti  
 illius significās fictionem, qui fictis ad cœnam uenit  
 amic⁹, & falsus ad magistrū uadit discipulus. **Quod**

facis, fac citius. Nō præcepit facinus, sed prædixit Iudæ malum, nobis bonum. Quid em̄ Iudæ peius, & qd nobis melius, quā traditus ē Christus ab illo utilis? Hoc ē, plus paratus ad passionē, quā iratus ad uindictam. Non tam ad perniciem perfidi sæuendo dixit, q̄ ad salutem fidelium festinādo. [Quod facis, fac citius.] Non q̄ in tua potestate est quem tradas, sed quia hoc uult qui omnia potest. **Hoc autē nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei.** Quidam em̄ putabant, quia loculos habebat Iudas, quia dixit ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. ] Habebat ergo dominus loculos, etiam fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ut intelligeremus, quod præcepit nō cogitandū esse de crastino, nec ad hoc fuisse p̄ceptum, ne quid pecuniæ seruetur à sanctis, sed ne deo pro ista seruiatur. **Cum ergo accepisset ille buccellam, eriuit continuo.** Erat autem nox. Erat enim nox, quia exiit filius tenebrarum. Exiuit ergo ad suæ perditionis ministerium, & ad nostræ salutis dispensationem: non nostræ salutis consideratione, sed suæ negociationis intentione. Hinc impletur quod Psalmista ait: **Dies diei eructat uerbum, id est, <sup>Psalm. 108</sup>** CHRISTVS discipulis promebat uerbum salutis. Er nox nocti indicat scientiam, id est, Iudas Iudæis proditoris malitiam ostendit. Nunc maiori intentione uerba domini considerata sunt, quæ ipsa nocte ante traditionis horam discipulis singulariter loquebatur, profundissima sunt in mysterijs. Ideo ubi multum laboraturus est disputator, nō remissus

debet esse auditor. Alius considerata sunt altissimi dicta, qui occultat, ut quæramus: & manifestat, ut inueniamus. Ipse est qui claudit, & aperit: claudit, ut quæramus: aperit, ut inueniamus: ut in quibus fructum accipiat sudoris sui, & largitor laudem & gratiam bonitatis suæ habeat. **Et dicit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, et deus clarificatus est in eo.** Hic aliquid magnū significat in hac clarificatione. Exiuit Iudas, & clarificatus est Iesus: exiuit filius perditionis, & clarificatus est filius hominis. Exeunte itaque in mundo omnes mundi remanserunt, & cum suo mundatore remanserunt. Tale aliquid erit, cum uictus à Christo trāseat hic mundus cū zizanijs à tritico separatis, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. De hac clarificatione futura sanctorum locuturus, uerbo præteriti temporis usus est. Quod enim futurū in sanctis est, hoc in predestinatione dei factum esse dicitur. **Nunc clarificatus est filius hominis.** Tanquam diceret: Ecce in illa mea clarificatione quid erit, ubi malorum nullus erit, ubi bonorum nullus perit: Sic autem nō est dictum: nunc significatus est filius hominis significatione, quemadmodum non est dictum: petra significabat Christum, sed petra erat Christus. Cum autē dixisset, [Nunc clarificatus est filius hominis,] adiūxit: **Et deus clarificatus est in eo.** Est enim clarificatio filij hominis, ut deus clarificet in eo. Non enim ipse in seipso, sed deus in illo clarificatur, tunc & illum deus in se clarificat. Denique tanquam ista exponēs adiungit, & dicit: **Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificauit eum in se in ipso.** Hoc est, si deus clarificatus est in eo, qui nō uenit sa-

cere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit eum, & deus clarificauit eum in semetipso. **Vi** natura humana, in qua est filius hominis, quae a uerbo aeterno suscepta est, etiam immortalitate aeternitate donetur. **Et continuo, inquit, clarificabit eum.** Resurrectione scilicet sua: non sicut nostra in fine seculi, sed continuo futura.

## **PASSIO DOMINI**

nostri Iesu Christi secundum Io-

hannem. **Feria sexta Para-**

**scues. Ioh. XVIII.**

**In illo tempore Egressus Iesus cum discipulis suis transtorrentem Cedron. Et rela-**

**K** **E**s **sc** **sc** genitiuus pluralis est in graeco, quod potest latine cedrorum dici. **T**unc appropinquauit tempus, de quo Psalmista legitur: **De torrente in uia biber, id est, in uia huius uitae de torrente passionis bibit, propterea exaltabit caput.** quod Apostolus ita exposuit: **Christus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Philip. a** deus exaltauit illum. **Ubi erat hortus, in quem introiit ipse, et discipuli eius.** Bene in horto miseriae nostrae comprehensus est, ut nos in hortum beatitudinis suae induceret. **Igitur in horto deliciarum, id est, in paradiso primus pater humani generis peccauit, & inde eiectus est in hanc uallem lachrymarum. Ideo Christus secundus Adam se in horto compre-**

hendi noluit, ut peccatum, quod in horro paradisi, & hortus deliciarum interpretatur, primus homo commisit, deleteretur. **Sciebat autem et Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.** Hoc quod narrat ingressum dominum cum discipulis suis in hortum, non continuo factum est, cum eius illa finita esset oratio, de cuius uerbis ait: **Hæc cum dixisset Iesus, sed alia quædam sunt interposita, quæ ab isto prætermissa apud alios euangelistas leguntur, sicut hic inueniuntur multa, quæ illi similiter in sua narratione tacerent.** Ad hoc uero ualeat, quod dictum est: **Hæc cum dixisset Iesus, ut non eum ante opinemur uenire in hortum, quam illa uerba finiret & illam orationem, quæ leguntur.** [Et Iudas qui tradebat eum, sciebat locum,] Ordo uerborum est: **Sciebat locum qui tradebat eum, quod frequenter Iesus, inquit, conuenerat illuc cum discipulis suis. Ibi ergo lupus ouina pelle contentus, & inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus, didicit, ut ad tempus exiguum dispergeret gregem, in fidijs appetendo pastorem.** **Judas ergo (inquit) cum accepisset cohortem, & pontificibus & pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis.** Cohors non ludæorum, sed militum fuit. A præfide itaque intelligatur accepta tanquam ad tenendum reum, seruato ordine legitimæ potestatis, ut nullus tenentibus auderet obistere. Ideo tanta manus inimicorum congregata est, ut nullus apprehendentibus, uel contradicere, uel defendere lesum auderet, Ita quippe eius abscondebatur potestas, & obtenderetur infirmitas, ut hæc inimicis necessaria uiderentur aduersus eum. Bene utens bonus malis,

& faciens bona de malis. Jesus autem sicut euangeliſta ſecutus adiunxit, ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum. Sciebat & uoluit ut comprehenderetur: quia ad hoc uenit in mundum, ut hoc fieret quod uoluit. Proceſſit. & dixit: Quem quaeritis? Proceſſit paratus ad paſſionem, & interrogas quem quaerent, non quaſi ignarus eorum uoluntatis, ſed ut ſcirent ipſum eſſe quæ quaerent. Reſponderunt: Jeſum Nazarenum. Jeſus Nazarenus dicebatur, quia in Nazarethi nutritus eſt, ut impleretur propheta: Quonia Nazareus uocabitur. Dicit eis: Ego ſum. Non abſcondit ſe, ſed oſtendit, quia uoluntate ſua poſuit animam ſuam pro mundo. Stabat autem et Judas qui tradebat eum, cum ipſiſ. Utergo dixit eis: Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram. Vbi tunc militum cohors & miniſtri principum ac phariſæorum: ubi terror & munimen armorum? Nempe una uox dicens, Ego ſum, tantam turbam odijs ferocem, armisq; terribilem, ſiue ullo telo percuffit, repulit, & ſtrauit. Deus enim latebat in carne, & ſempiternus dies, ita membris occultabat humanis, ut lateris & facibus quaerereſ occidēdus à tenebris. Ego ſum, dicit, & impios deiecit, Quid iudicatur? faciet, q iudicā dus hoc fecit: Quid regnaturus poterit, q moriturus hoc potuit: Et nūc ubiq; per euāgelii [Ego ſum] dicit Chriſtus, & à Iudeis expectatur Antichriſt, ut retro redeat, & in terram cadant. Quare qui uenerunt ad comprehendendum non tenuerunt, à quo audierunt, Ego ſum? Quia antea non potuerunt, quā uoluiffet ille, qui ait: Ego ſum. Illi quaerebant eum cōprehendere & occidere, ille quaerebat eos redimere & uiuificare;

propter quod uenit ad nos. **Ostēdit** quarentibus potestatem, quia habuit in potestate animam suam ponere, quando posuit, hora passionis ostendit, ut nostram redemptionis impleteretur mysterium. **Iterum ergo eos interrogauit: Quem quæritis? Si quæritis, quare non apprehenditis, nisi quia non est in uestra potestate apprehēdēdi hora, sed in eius quæritur ut apprehēdatur? Illi autē dixerunt. Jesum Nazarenum. Respondit Jesus: Dicit vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Inimicos uidete, & hoc faciunt quod iubet: sinite hos abire, quos non uult perire. Nunquid autem non erant postea morituri? Cur ergo si tunc morerentur, perderet eos, nisi quia nondum in eum sic credebant, quomodo credunt quicumque non pereunt? **Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit eius auriculam dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus.** Solus hic euangelista etiam nomen serui huius expressit, sicut Lucas solus, quod eius auriculam dominus tetigerit, & sanauerit eum. Malchus autem interpretatur regnator. Quid ergo auris pro domino amputata & à domino sanata, significat, nisi auditum amputata uetustate renouatum, ut sit in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ? Quod cui præstitum à Christo fuerit, quis dubitet regnatorum tunc esse cum Christo? Seruus dictus est, propter seruitutem legalem: sanatus autem dicitur, propter euangelicam libertatem. Factum tamen Petri dominus improbauit, & progredi ultra prohibuit, dicens: **Mitte gladium tuum in uaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non bibam.****



**† SECUNDVM MARCVM 705**

**filium.** Non bibam illum, interrogatiue, uel inrepar-  
tine legendum est, quasi dixisset: nonne bibam illum  
calicem, quem pater mihi bibere præcepit? Quare re-  
sistere uoluntati uis omnipotentis patris, imò & sa-  
lutis tuæ calici? In suo q̄ppe facto ille discipulus ma-  
gistrum defendere uoluit, nescius adhuc dispensatio-  
nem paternæ uoluntatis, quod ex hoc fieri uenturū  
uoluisset. Quod autem à patre sibi dicit datum cali-  
cem passionis, profecto illud ē, quod ait Apostolus: **Rom. 8**  
**Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Qui filio proprio**  
**non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.**  
Verum autor huius calicis est, etiā ipse qui bibit. un-  
de idem Apostolus ait: **Christus dilexit nos, & tradi- Istaig. 9**  
dit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā deo,  
in odorem suauitatis. **Cohors ergo tribunus,**  
**et ministri Iudeorum cōprehenderunt Je-**  
**sūm et ligauerunt eum.** Comprehenderunt, ad  
quem accesserunt: quoniā dies ille, illi uero tenebræ  
permanserunt, nec audierunt, **Accedite ad eum, & il-**  
**luminamini.** Tunc autem, quando illo modo eum  
comprehenderunt, tunc ab eo longius discesserunt.  
Et ligauerunt eū, à quo solui potius uelle debuerūt.  
Postquam persecutores tradente Iuda comprehen-  
sum dominum ligauerunt, qui nos dilexit, & tradi-  
dit semetipsum pro nobis, & cui pater nō pepercit,  
sed pro nobis omnibus tradidit eum, **adduxerunt**  
**ad Annam primum.** Nec enim Iohannes istam ra-  
cet causam, quare hoc fecissent, dicens: **Erat enim**  
**socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.**  
Erat autem Caiphæ qui consilium dedit Iudæis, quia  
expedit unum hominē mori pro populo. ] Ductus  
est ad Annam primum, & postea ad Caipham, ut cō

gnatio sanguinis, sceleris eos faceret cōsortes. Moysē iubente praeceptum erat, ut pontifices patribus succederent, ut generationis in sacerdotibus series conseruaretur. Refert Iosephus istum Caiphā unius tm̄ anni ab Herode precio redemisse sacerdotium. Non est ergo mirū, si iniquus pōtifex, iniquum iudicaret. Sape qui per auariciam ad sacerdotium accedit, per iniusticiam uersatur in eo, ut sceleratum initium funesto fine consummetur. **Sequebatur autē inquit Iesum Simon Petrus ⁊ alius discipulus.** Quisnā sit iste discipulus, nō temere afirmandum est, quia tacetur. Solet autē idem Iohannes ita se significare, & addere, quē diligebat Iesus. Fortassis ergo & hic ipse est, qui iuxta crucē Iesu stabat, cui ille matris cōmendauit custodiam. Dicit & Matthaeus de Petro: [Petrus sequebatur eum à longe.] Sequebatur dñm à longe, qui erat eum negaturus: [ut uideret finem] uel amore magistri, uel humana curiositate scire cupiens, quid pontifex iudicaret de Iesu, utrum eum neci addiceret, an flagellis cæsum dimitteret. **Discipulus autem, inquit, ille erat notus pontifici, ⁊ introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autē stabat ad ostium foras.** Foras autem stabat, q̄ negaturus erat dominum: nec erat in Christo, qui Christum confiteri non fuit ausus. **Eriuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.** Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nūquid & tu ex dī discipulis es hoīs istī? Dixit ille. Nō sum. Hic agnoscitur q̄ uerū sit, quod ueritas paulo ante ait: Quia sine me nihil potestis facere. Ecce columna fortissima ad unius auræ impulsam tota cōtremit. Vbi illa pro-

**SECUNDVM IOHAN.** 707

mittentis audacia, & de se plurimum præsumentis:  
**V**bi sunt uerba illa, quãdo ait: **Quare nõ possum se-**  
**qui te modo? Animam meã pro te ponam: Hoc non**  
**est sequi magistrum, se negare discipulum esse.** Sic ne  
pro domino anima ponitur, ut hoc ne fiat, uox ancil-  
læ formidetur: Sane hoc loco cõsiderandũ est, quã  
periculosum sit Christiano, Christianum se esse nega-  
re. Non enim Petrus in hoc loco dixit se Christũ nega-  
re, sed discipulum Christi, tamẽ ipse Christus an-  
te prædixit: **T**er me negaturus es. Qui enim discipu-  
lum se Christi negauit esse, **CHRISTVM** nega-  
uit. Similiter, qui se Christianum negat esse propter  
aliquem timorem, etiam Christũ negat. **Stabant**  
**autẽ serui 7 ministri ad prunas, quia frigus**  
**erat. 7 calefaciebant se.** Frigus erat infidelitatis in  
cordibus illorum, intantũ etiam, ut ille princeps apo-  
stolorũ in eo frigore torpescat, quia necdũ calore san-  
cti spiritus inflammatus fuit: in quo non solum ipse  
iterum post acceptum sancti spiritus donum non ti-  
muit Christum coram imperatore & populo Roma-  
no confiteri, sed etiam pueri imberbes, & puellæ san-  
cti spiritus calore inflammati, Christum publice us-  
que ad mortem confitebantur, & pro eo mori non  
metuebant, quem clauiger cæli confiteri ad unius an-  
cillæ uocẽ formidauit. **Pontifer ergo interroga-**  
**uit Jesum de discipulis suis, et de doctrina**  
**eius.** Non cognoscendæ ueritatis amore interroga-  
uit, sed ut causam inueniret, qua etiã accusari posset,  
& tradi Romano p̃sidi ad damnandum. **Respon-**  
**ditei Jesus: Ego palã locutus sum mundo.**  
**ego semper docui in synagoga in tẽplo, quo**  
**oēs Iudæi cõuenerant, 7 in occulto locutus**

sum nihil. Quid est quod palam se dicit loqui & in occulto nihil loqui, dū alias apostolis dixit, cū per parabolas turbis loqueret, Vobis datū est nosse mysteriū regni dei, ceteris autē in parabolis. Intelligendum est ita eum dixisse: [palam locutus sum mundo,] Jac si dixisset, Multi me palam audierunt loquentem, & rursum non erant palam. Ipsum etenim palam, quodam modo erat palam, & quodam modo nō erat palam. Palam quippe erat, quia multi audiebant, & rursum non erat palam, quia non intelligebant. Et quod seorsum discipulis loquebatur, non in occulto utiq; loquebatur. Quis namq; in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, cum scriptū sit, In ore duorum uel trium testiū stabit omne uerbum, praesertim si hoc loquitur paucis, quod per eos uellet in nosciscere multis. Ergo & hoc ipsum, quod ab eo dictum uidebatur occulte, quodammodo nō dicebatur in occulto. Quia non ita dicebatur, ut ab his quibus dictum fuerat taceretur, sed ita potius, ut usquequaq; praedicaret. **Quid me interrogas: Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciūt quae dixerim ego.** Quasi dixisset, Quid me interrogas, a quo ueritatem audire nō desideras, sed quem damnare cupis? Interroga magis eos, de quorum dictis non habeas inuidiam. Ita temperauit dominus suam responsionem, ut nec ueritatem tacere, nec se defendere uideretur. **Hæc autē cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapan Jesu dicens: Sic respondes pontifici? Hic impleretur quod prophetaū est de eo: Dedi maxillas meas percutientibus. Percussit eum quasi reum responsionis, se ille iniuit & percussus manus**

Mat. 50

te respondit: **Si male locutus sum, testimoni-  
um perhibe de malo.** Omnis itaque qui cōtra ue-  
ritatem loquitur, male loquitur: si ego autem uerita-  
tem non dixi, da testimoniū contra me, in quo men-  
daciū dixiſsem. **Si autē bene, i. uere, quid me cæ-  
dis?** Quid in ista responsione uerius, manuetius,  
iustius? Si cogitemus quis acceperit alapam, nonne  
uellemus eum qui percussit aut cælesti igne cōsumi,  
aut terra delibescere sorberi, aut correptum dæmo-  
nio uolitari? Quid enim horum per potentiam non  
poruisset, per quem factus est mundus, nisi patienti-  
am nos docere maluisset, à quo uincitur mūdus? For-  
te aliquis hic dicit, quare alteram maxillam percuti-  
enti non daret. **Secundum præceptum suum itaque**  
non solum alteram dedit maxillam percutienti, sed  
etiam totum corpus suum ad crucifigendum tradi-  
dit. Et magis uult præcepta sua dominus in cordis  
tranquillitate seruare, quàm in corporis ostentatio-  
ne demonstrare. **Et misit eum Annas ligatum**  
**ad Caiphā pontificem.** Hi duo Annas & Cai-  
phas principes fuerunt sacerdotum, & per uices an-  
nuas sacerdotium administrabāt: & erat tunc annus  
Caiphæ, cum passus est Christus. Et credendum est,  
secundum uolūratem Caiphæ factum esse, ut prius  
duceretur ad Annam, ut minoris culpæ uideretur, si  
alterius quoq; cōsacerdotis sui dānaretur sententia.  
Sed cū dixisset euangelista, quod eum ligatū miserie  
Annas ad Caiphā, reuersus est ad locum narratio-  
nis, ubi reliquerat Petrum, ut explicaret quod in do-  
mo Annæ de trina eius negatione contigerat. **Erat**  
**autem, inquit, Simon Petrus stans, et cale-**  
**faciens se.** Hoc recapitulat, quod ante iā dixerat,

deinde quæ secuta sunt, iungit. **Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu es discipulus eius es? Negavit ille, & dicit: Non sum.** Iam semel negauerat ad ancillæ uocem, ecce iterum eodem timore perterritus dixit, uel negauit. Deinde ut tertia quoque negatio perficeretur, & in eo uerbum dei prædicentis impletur, **Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te uidi in horto cum illo? Iterum ergo, sicut antea, negavit Petrus, & statim gallus cætauit.** ]  
**Ecce medici est completa prædictio, ægroti conuicta præsumptio. Non enim factum est quod iste dixerat: Animam meam pro te ponam, sed factum est quod ille prædixerat, Ter me negabis. Sed hæc trina negatio timoris, trina confessione amoris diluitur. Necdum fuit amor, qui foras mitteret timorem: sed adhuc timor seruilis ualuit in corde eius: sed necdum respexit eum, qui hæc prædixit ei: sed hoc magna dei dispensatione gsteū esse credere debemus, quatenus ille, cui oues suas ad patrē rediēs Christus cōmendaturus erat, per suā disceret fragilitatē alijs misereri, & fratrū culpas ignoscere, dum suū recordaretur peccatum: & aliorum compati possit fragilitati, qui sui casus ignarus non esset. Peracta itaq; trina hac negatione Petri, reuersus est euangelista ad ordinē narrationis suæ, ubi eā reliquerat. **Adducunt ergo Iesum ad Caiphā in prætorium.** Ad Caiphā quippe ab Anna collega & focero eius dixerat missum. Sed si ad Caiphā, cur in prætorium: quod nihil aliud uult intelligi, quā ubi præses Pilatus habitabat, aut damnationis Christi causa Caiphā perrexit in prætorium ad Pilatū, aut Pilatus in domo Caiphā**

prætorium habebat. Et tanta fuit amplitudo, ut utroque capere potuisset, & seorsum habitantem dominum suum, & seorsum iudicem ferret. Ecce quanta est sollicitudo sacerdotum in malo, tota nocte uigilauerunt, ut homicidium facerent. Erat autem mane. Et ipsi, id est, qui ducebant Iesum: non introierunt in prætorium, hoc est, in eam partem domus, quam Pilatus tenebat. Si ipsa domus erat Caiphae, cur autem non introierunt in prætorium? Exponens causam, ut non contaminarentur, inquit, sed ut manducarent pascha. Dies enim agi cœperat azymorum, quibus diebus cōraminatio illis erat in alienum habitaculum intrare. Omnia & stulta cœcitas, habitaculo uidelicet alieno se uiolari putauerunt, & non proprio scelere inquinari se uidebant. Alienigenæ iudicis domo contaminari timebant, & fratris innocentis sanguine non timebant. Sciendum est, quid sit inter pascha & dies azymorum. Pascha dicebatur proprie dies illa, in qua agnus ad uesperam quartadecima luna occidebatur, septem dies sequentes, dies azymorum dicebatur. Dies azymorum fuerunt, in quibus nihil fermentatum in domibus illorum debuit inueniri: sed tamen dies paschalis inuenitur inter dies azymorum nominari, ut in alio euangelio legitur: Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad IESVM, dicentes: Vbi uis panis tibi manducare pascha? Sequitur. Eriit ergo Pilatus ad eos foras, et dicit: Quam accusationem affertis aduersus hunc hominem? Responderunt et dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Hunc enim morem habebant Iudæi, ut quem

morte dignum diiudicarent, uinctum eum praesidi traderent. Interrogentur, atque respondeant ab immun-  
dis spiritibus liberati, languidi sanati, leprosi munda-  
ti, surdi audientes, muti loquentes, caeci uidentes, mor-  
tui resurgentes, utrum sit malefactor Iesus. Sed ista  
dicebant, de quibus per prophetam ipse praedixerat  
**Retribuebant mihi mala pro bonis. Dicit ergo eis**  
**Pilatus: Accipite eum uos, et secundum le-**  
**gam uestram iudicate eum.** Iustus fuit illis iu-  
dex gentilis. Quasi diceret: Legem habetis, & secun-  
dum legem uestram iudicate eum: uos melius nostris  
quid de talibus uestra lex iudicet: secundum quod ius-  
tum sciatis, iudicare. **Dixerunt ergo Iudaei: No-**  
**bis non licet interficere quenquam.** Quid est  
quod loquitur insana crudelitas? an non interficiebatur,  
quem interficiendum offerebant? An non forte in-  
terficiebant, dum clamabant, **Crucifige crucifige?**  
Quid est quod dixerunt, [ **Nobis non licet interfice-**  
**re quenquam,** ] dum lex mandat homicidas, adu-  
teros, & talium reos scelerum occidere uel lapidare, ni-  
si forte hoc ideo dixissent propter sanctitatem diei festi,  
ut non liceret eis secundum legem in die festo oc-  
cidere hominem, ob cuius diei festi uenerationem etiam  
praetorium iudicis intrare noluerunt? Quomodo o lu-  
dai, o falsi Israelitae non occidistis eum, quem appre-  
hendistis, quem duxistis, quem praesidi tradidistis, quem  
crucifigi poposcistis? Audite quod contra uos est, &  
iam **Propheta clamabat: Filii hominum, dentes eo-**  
**rum arma & sagittae, & lingua eorum machara acu-**  
**ta. Ecce quibus armis, quibus sagittis, qua machara**  
**iustum interfecistis. Deinde sequitur euangelista: Ut**  
**sermo Iesu impleretur, quem dixit, signifi-**

psalm. 76



**cans** qua esset morte moriturus. Itaq; intelligē  
dum est dominum hoc significare non aliam mortē  
crucis, sed illam mortem, qua Iudæi eū gentibus tra-  
debant ad occidendum, minore tamen scelere, quā  
Iudæi, qui se isto modo ab eius interfectione uelut  
alienos facere uoluerunt, non ut eorum innocentia,  
sed ut dementia monstraretur. Sequitur: **Introi-  
uit iterum in prætorium Pilatus, et uocauit  
Iesum, et dixit ei: Tu es rex Iudæorum?** In  
his uerbis ostēdit Pilatus hoc Iudæos obiecisse ei cri-  
minis, ut diceret se regem esse Iudæorum. **Respon-  
dit Iesus: A te metipso hoc dicitis, an alij tibi  
dixerunt de me?** Sciebat utique dominus, & quod  
ipse interrogabat, & quod ille responsurus fuit: sed ta-  
mē dici uoluit, non propter se, qui omnia sciebat, sed  
propter nos, ut scriberetur, quod nos scire uoluit. **Re-  
spōdit Pilatus: Nūquid ego Iudæus sum?**  
**gens tua, et pontifices tui tradiderunt te mi-  
hi. Quid fecisti?** Abstulit à se suspicionem, qua pos-  
set putari à semetipso dixisse, quod Iesum regem die-  
xerat esse Iudæorum, id se à Iudæis accepisse demon-  
strans, dicendo: **Quid fecisti?** Satis ostēdit, illud ei pro  
crimine obiectum, tanquam diceret: **Si regem te ne-  
gas, quid fecisti, ut tradereris mihi?** Quasi mirum nō  
esset, si puniendus iudici traderetur, qui se diceret re-  
gem esse. **Si autem hoc non diceret, querendum ab il-  
lo esset, quid aliud forte fecisset, unde tradi iudici di-  
gnus esset?** **Respōdit Iesus: Regnum meum  
non est de hoc mundo. Si ergo hoc mundo es-  
set regnum meum, ministri mei utiq; decerta-  
rent, ut non traderer Iudæis. Nunc autem  
regnum meum non est hinc. Hoc est quod bon<sup>o</sup>**

magister scire nos uoluit. Sed prius nobis demonstranda fuerat uana hominum de regno eius opinio, siue gentium siue Iudæorum, à quibus id Pilatus audierat: quasi propterea fuisset morte plectendus, quod illicitum affectauerit regnum, uel quoniam solent regnari inuidere regnantes. Poterat autem dominus, quod ait, [Regnum meum non est de hoc mundo,] ad primam interrogationem præsidis respondere, ubi dixit, [Tu es rex Iudæorum?] Sed eum uicissim interrogans, utrum hoc à semetipso diceret, an audisset ab alijs, illo respondente, ostendere uoluit, hoc sibi apud illum fuisse à Iudæis uelut crimen obiectum, patefaciens nobis cogitationes hominum, quas ipse nouerat quoniam uanæ sunt. Quod uero ait, [Regnum meum de hoc non est mundo,] id est, in hoc mundo. Audite omnes reges terræ: non uenit Christus regnum tollere, sed dare: non minuere, sed augere. Regem se, non contra dixit, sed carnaliter in hoc mundo se regnare non dixit. Quid est enim eius regnum, nisi credentes in eum? Quod tradet regnum deo patri in fine seculi, id est, adducet ad deum patrem, ut sine fine regnet cum illo. Sed ut hoc probaret, ut regnum eius de hoc mundo non esset, adiecit: [Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudæis.] Non ait, Nunc autem regnum meum non est hic: sed non est hinc. Hic est enim regnum eius usque in finem seculi, sed in sanctis suis, de quibus dixit in alio euangelio: Regnum dei intra uos est. Nam regnum dei, sancta ecclesia est: unde & ad sanctam Mariam angelus ait: Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. spiritale regnum, quo in cælis regnat, demonstrare uolens, non carnale, quod sæ-

pe impij habent in hoc mūdo. De regno quippe suo dicit paulo ante: De mundo non estis, sed ego uos de mundo elegi. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis quia rex sum ego. Non quia te regem timuit confiteri, sed, Tu dicis ait, ut & uerum diceret, & sermo eius calumniae non pateret. Dictum est, Tu dicis, acsi diceret: Carnalis carnaliter dicis. Deinde subiungit, Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Non est producenda huius pronomini syllaba, quod ait: In hoc natus sum, tanquam dixerit: In hac renatus sum: sed corripienda, tanquam dixerit: Ad hoc natus sum, uel uel ob hoc natus sum, sicut ait: Ad hoc ueni in mundum. In graeco nanque euangelio nihil est huius locutionis ambiguum. Vnde manifestum est, eum tēporalem natiuitatem suam hic commemorasse, qua incarnatus uenit in mundum: non illam sine initio, qua deus erat, per quam pater condidit mundum: utique nascendo de uirgine, ut testimonium perhibeat ueritati. Sed quia non omnium est fides, adiunxit atque ait: Omnis qui est ex ueritate, audit meam uocem. Audit utique interioribus auribus, id est, obedit meae uoci, quod tantundem ualeret, q̄si diceret, Credit mihi. Cum itaque Christus testimonium perhibet ueritati, profecto testimonium perhibet sibi: eius quippe uox est, Ego sum ueritas. Hic commendat gratiam, per quam uocati sumus. Ait itaque: [Omnis qui est ex ueritate, audit uocē meam.] Non ideo est ex ueritate, quia eius audit uocem, sed ideo audit, quia ex ueritate est, id est, quia hoc illi donum ex ueritate collatum est. Quod

quid est aliud, quam donāte Christo credere in Christum? Sequitur: **Dicit ei Pilatus: Quid est veritas?** Nec expectauit audire quid responderet ei Iesus, quia forte dignus nō fuit audire, sed **cum hęc dixisset, iterum erūt ad Iudæos, et dixit eis: Ego nullam inuenio in eo causam.** Est cōsuetudo uestra, ut unum dimittā uobis in pascha. Vultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum? ] Credo cū dixisset Pilatus, **Quid est ueritas, in mentem illi uenisse continuo cōsuetudinem Iudæorum, qua solebat eis dimittere unum in pascha: & ideo non expectauit, ut audiret ab Iesu, quid esset ueritas, ne mora fieret, cum recoluisset morē, quo possit eis per pascha dimitti.** Hęc uero cōsuetudo dimittendi fortassis propter pascha apud Iudæos remansit, & memoriam liberationis illorum ex Aegypto: quia in pascha liberati sunt a seruitute. Sed omnes audiētes clamauerūt rursus omēs, dicentes: **Non hunc, sed Barrabā. Erat Barrabas latro.** Barrabas iste filius magistri eorū interpretatur, id est, diaboli, qui magister fuit uel huic latroni in scelere suo, uel Iudæis in impietate p̄fidie suæ. Non reprehendimus o Iudæi, quod per pascha liberatis nocentem, sed quod occidistis innocentem. Quod tamen nisi fieret, uerum pascha non fieret. Sed umbra ueritatis à Iudæis errantibus tenebatur, & mirabili disp̄satione diuinæ sapientiæ per homines fallaces eiusdem umbræ ueritas implebatur. Quod ut uerum pascha fieret, Christus uelut ovis immolabatur. **Tunc apprehendit Pilatus Iesum, et flagellauit.** Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut eius iniurijs Iudæi satiari, sufficere sibi existimarent, & usq; ad eius mortem sauire desiste-

rent. Ad hoc pertinet, quod idem præses cohortē suam permisit facere, quæ sequuntur: **Et milites placentes coronam de spinis, imposuerunt capitibus eius.** Et ueste purpurea circumdederunt eū. Et ueniebant ad eum, & dicebant: **Aue rex iudæorum.** Et dabant ei alapas. ] Sic implebantur, quæ prædixerat de se Christus: sic martyres ad omnia informabatur, quæ persecutoribus libuisset facere, perferenda: sic paululum occultabatur tremenda potentia, quæ commendabatur prius imitanda patientia: sic regnū, quod de hoc mundo non erāt, superbū mundū nō atrocitate pugnandi, sed patiendī humilitate superauit. Sic illud granū multiplicandū seminabat pœna horribili, ut postea pullularet in gloria. **Exiit iterū Pilatus foras, dixit eis: Ecce adduco eū uobis foras, ut cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio.** Exiit ergo Iesus portās spineam coronam, & purpureum uestimētum, & dicit eis: **Ece homo.** ] Hinc apparet, non ignorante Pilato hæc à militibus facta, siue iusserit ea, siue permiserit, illa scilicet causa quam supra diximus, ut hæc eius ludibria inimici libentissime uiderent, & ulterius sanguinem non sitiarent. Egrediebatur ad eos Iesus, portans spineam coronam, & purpureum uestimētum: non clarus imperio, sed plenus opprobrio. [ **Et dicit eis: Ecce homo.** ] Si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectū uidetis. Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibrio sa ueste amictus est, amaris conuitijs illusus est, alapis cæsus est, feruet ignominia, frigescat inuidia, sed non frigescit, inardescit potius & increfcit. **Cum ergo uiderent eum pōtiffices & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige crucifige eum. Di-**

**rit eis Pilatus: Accipite eum vos, et crucifi-**  
**gite.** Ego enim non inuenio in eo causam. Respon-  
 derunt Iudæi, Nos legem habemus, & secundum le-  
 gem debet mori, quia filium dei se fecit. ] Ecce alte-  
 ra maior inuidia: parua illa quippe uidebatur, uelut  
 neutrum sibi Iesus mendaciter usurpauit, sed utrunq;  
 uerū est: & unigenitus dei filius est, & rex à deo consti-  
 tutus super Sion montem sanctū eius: & utrunq; nūc  
 demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mal-  
 let esse patientior. **Cum ergo audisset Pilatus**  
**hoc verbū, magis timuit.** Et ingressus ē praeto-  
 rium iterū, & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem  
 responsum non dedit ei. ] Hoc silētium dñi nostri Ie-  
 su Christi non semel factū, collatis omnium euange-  
 listarū narrationibus reperitur, & apud principes sa-  
 cerdotū, & apud Herodem, & apud Pilatum: tñ pro-  
 pter illos, quibus respondere noluit, ad hoc data est  
 de agno similitudo, ut in suo silentio non reus, sed in-  
 nocens haberet. **Respondit Iesus: Non haberes**  
**aduersum me ullā potestatem, nisi tibi datū esset de-**  
**super.** Proprierea qui tradidit me tibi, maius peccatū  
 habet. ] Ecce respondit, & tñ non ubiq; respondit, nō  
 sicut reus siue dolosus, sed sicut agnus, hoc ē, sicut sim-  
 plex atq; innocens nō aperuit os suum. Proinde ubi  
 non rñdebat, sicut ouis silebat: ubi respondebat, sicut  
 pastor docebat. **Dicam<sup>9</sup> ergo qd dixit, qd & per Apo-**  
**stolum docuit:** quia non est potestas nisi à deo. **Et ga-**  
**plus peccat, qui potestati innocentem occidendū li-**  
**uore tradit, quā potestas ipsa, si eum cum timore al-**  
**terius maioris potestatis occidit. Talem quippe dñs**  
**Pilato dederat potestatem, ut esset etiam sub Cæsaris**

potestate, quapropter inquit: [Non haberes aduersum me ullā potestātē,] id est, quantulumcumq; habes, nisi hoc ipsum, quicquid est, tibi esset datum desuper. Sed quā scio quātum sit, (non em̄ tantum est, ut tibi omnimodo liberū sit) [propterea q; tradidit me tibi, maius peccatū habet.] Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidēdo, tu uero eandē potestātē in me exercitūrus es metuendo: nec timendo quidē, præsertim innocentē, homo hominē nō debet occidere, sed tñ id zelando facere multo magis malum est, quā timendo. Et ideo nō ait uerax magister: Qui me tradidit tibi, ipse habet peccatum, tanq̄ ille non haberet: sed ait, maius habet peccatum, ut etiam se habere intelligeret. Neq; em̄ propterea illud nullum est, quā hoc maius est. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Quid est hoc quod dicitur [exinde] quasi antea nō quærebat: Lege superiora, & inuenies iam dudum eum quære dimittere Iesum. Exinde itaq; intelligēdum est, propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditū, quamuis mitius peccans quā Iudæi, qui illum ei tradiderant occidēdum. Exinde ergo, id est, ideo ne hoc peccatum faceret: non nunc primo, sed ab initio quærebat eum dimittere. Judæi autē clamabāt, dicētes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. ] Maiorem timorem se ingerere putauerunt Pilato, terrendo de Cæsare, ut occideret Christum, quā superioribus ubi dixerant, [Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit.] Eorum legem quippe ille non timuit ut occideret, sed magis filium dei timuit occidere. Nunc uero, non sic potuit

contemnere **Cæsarem** autorē potestatis suæ, quæ admodum legem gentis alienæ. **Air** adhuc: **Pilatus autem cū audisset hos sermones**, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur **Lithostratos**, hebraice autem **Gabatha**. Erat autē **paraſceue** pasche hora quæſi sexta. ] **Qua** hora sic dñs crucifixus, propter euangelistæ alterius testimonium, quod dixit: [ **Erat** autem hora tertia, & crucifixerunt eum, ] quoniã magna disceptatio solet oboriri, cū ad ipſum locum, ubi crucifixus narratur, uentum fuerit, ut poterimus (si dñs uoluerit) differemus. **Cū** pro tribunali sedisset **Pilatus**, **dit** **Judæis**: **Ecce** rex uester. **Illi** autem clamabant: **Tolle** tolle, crucifige eum. **Dicit** eis **Pilatus**: **Regē** uestrum crucifigam? ] **Adhuc** terrorem, quē de **Cæsare** ingesserant, superare conatur, de ignominia eorū uolens eos frangere, dicit do: [ **Regem** uestrum crucifigam? ] quos de ignominia Christi mitigare non potuit. **Sed** timore **Pilatus** mox uincitur. **Vnde** subditur: **Responderunt** pōntifices: **Non** habemus regem nisi **Cæsarem**. **Tunc** ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. ] **Apertissime** quippe contra **Cæsarem** uenire uideretur, si regem se nisi **Cæsarem** nō habere profitentibus, aliū regē uellet ingerere, dimittendo impunitum, quē propter hos ausus ei tradiderunt occidendum. **Non** autem dictum est: **Tradidit** eis illum, ut crucifigerent illū, sed ut crucifigeret, scilicet iudicio ac potestate præsidis, ut euangelista dicit: [ **Tradidit** ergo illum eis, ut crucifigeretur. **Sed** nunquid aliud & ante cupiebat, cum dicebat: **Accipite** eum uos, & crucifigite. uel etiam superius: **Accipite** eum uos, & secundum legem uestram iudicate eū. **Cer** autē illi tantopere noluerunt, dicentes:



Nobis non licet interficere quenquam, & omni modo instantes, ut non ab eis, sed à praefide occideretur, & ideo eum occidendū accipere recusantes, si nūc eū accipiunt occidendum: aut si hoc nō fit, cur dictū est, Tunc ergo tradidit eis illū, ut crucifigeretur: Sed ideo illis traditum dixit euangelista, ut eos crimine impli caros, à quo alieni esse conabantur, ostenderet. Non enim Pilatus hoc faceret, nisi ut id quod eos cupere cernebat, impleret. Vñ & sequitur: Susceperūt autē Iesum, & eduxerunt. Potest ad milites iam referri, vel apparitores praefidis. Nam postea euidentius dicitur: Milites ergo cum crucifixissent eū: quāuis euangelista etiā si totum Iudæis tradidit, merito facit. Ipsi enim susceperūt, quod audacissime flagitauerūt: & ipsi fecerunt, quicquid ut fieret extorserunt. Iudicante atq; damnāte Pilato pro tribunali dominū Iesum Christum, hora quasi sexta susceperunt eum, & eduxerūt. Et baiulās sibi crucem, eruiit in eū, qui dicitur caluariae. locum. hebraice autem golgatha. vbi eū crucifixerūt. Quid est qđ Marcus euangelista ait, Erat autem hora tertia, & crucifixum eum, Iohannes uero dicit, erat autem parasceue paschæ hora quasi sexta, quādo sedit pro tribunali: Hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudæorum, hora sexta manibus militū, ut intelligamus horam quintam iam transactam fuisse, & aliquid de sexta captum, quando sedit pro tribunali Pilatus, quæ dicta est quasi sexta: & cum duceretur, ut in ligno cū duobus latronibus crucifigeretur, & iuxta crucē eius gerreretur quæ gesta narrantur, hora sexta in obscura cōpleretur, ex qua hora usq; ad nonam solem obscuratum, & tenebras factas trium euangelistarum, Mar-

thæi, Marci & Lucæ contestatur autoritas. Sed quoniam Iudæi facinus interfecti Christi à se in Romanos, id est, Pilatum & eius milites transferre conati sunt, propterea Marcus suppressa ea hora, qua Christus à militibus crucifixus est, quæ agi sexta iam cœperat, tertiam potius horam recordatus expressit. Qua hora intelliguntur apud Pilatum clamare potuisse, Crucifige crucifige, ut non illi tantum reperiantur crucifixus Iesum, id est, milites, qui eum ligno sexta hora suspenderunt, uerum etiam Iudæi, qui ut crucifigeretur, tertio clamauerunt. [ Baiulans sibi crucem, exiit in eum, qui dicitur caluarie, locum, hebraice autem golgatha, ubi eum crucifixerunt, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum. ] Isti duo latrones erant, sicut aliorum euāgelistarum narratione didicimus, cum quibus crucifixus, & inter quos crucifixus est Christus. De quo premissa dixerat propheta: Et cum iniquis deputatus est. Scriptit autem titulum Pilatus, et posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatē erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum hebraice, græce & latine. Hæc quippe tres linguæ ibi præ cæteris eminebant, Hebræa propter Iudæos in lege gloriantes, Græca propter gentiū sapiētes, Latina propter Romanos multis ac penè omnibus iam tunc gentibus imperantes. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere rex Iudæorum. sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. O ineffabilem uim diuinæ operationis, etiam in cordibus ignorantium, nonne

occulta uox quædã Pilato intus, quodam, si dici potest, clamoso silentio personabat, quod tanto ante in Psalmorum literis prophæratum est, **Ne corrupas tituli inscriptionem?** Nunquid enim propterea non erit uerũ, quia Iesus ait, **Rex sum Iudæorum?** Sed quod loquimini insani p̄tiffices? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod ueritas dixit: Sed Iudæorum tantum rex est **Christus**, an etiam gentium? imò & gentium. **Cum enim dixisset in prophetia, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicās præceptũ eius, ne propter Sion montem solis Iudæis eum regẽ diceret constitutum, continuo subiicit: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes, &c.** Cur ergo magnũ uolumus intelligere in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat, **Rex Iudæorũ, si rex est Christus & gentium?** Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oliuæ, non oliua particeps facta est amaritudinis oleastri. Nam in eo quod de **Christo** ueraciter scriptus est titulus, **Rex Iudæorum**, qui sunt intelligendi Iudæi, nisi semen **Abraæ**, filij re promissionis, qui sunt etiam filij dei? Quoniam nõ qui filij carnis, ait **Apostolus**, filij dei, sed qui filij re promissionis, deputantur in semine **Abraæ**. Et gentes erãt quibus dicebat: **Si autem uos Christi, ergo Abraæ semen estis, secundum promissionem hæredes. Rex ergo Iudæorum Christus, sed Iudæorum circũcisione cordis & spiritu, non litera. Quorum laus non ex hominibus, sed ex deo, pertinetium ad Ierusalem liberam, matrẽ nostram, æternam in cælis, Saram spiritalem, ancillã & filios eius de domo libertatis eiuscientem. Ideo em**

Pilatus quod scripsit, scripsit: quia dominus quod dixit, dixit. **Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam.** ] Vnde apparet quatuor fuisse milites, qui in eo crucifigendo præfidi paruerunt. Manifeste quippe ait: Milites ergo cum crucifixissent eum, &c. subaudiendum est, acceperunt: ut iste sit sensus, Acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam acceperunt. Et sic locutus est, ut de cæteris uestimētis missam esse uideamus nullam sortem, sed de tunica, quam simul cū cæteris acceperūt, sed non similiter diuiserunt. De hac enim sequitur exponens: [Erat autem tunica inconsutilis, desuper cōtexta per totum. ] Cur autem de illa sortem miserūt, narrat, dicēs: **Direrūt ergo ad inuicē: Non scindamus eā, sed fortiamur de illa cuius sit.** ] Apparet itaque in alijs uestibus ægles eos habuisse partes, ut sortiri necesse non fuerit. Quia erat forte aliquid, quod significet in tot partes uestimētorum facta diuisio, & de tunica illa sortitio. Quadripartita em̄ uestis domini nostri Iesu Christi quadripartitam eius figurauit ecclesiā, toto scilicet, q̄ q̄ruor partibus cōstat, terrarum orbe diffusam, & omnibus eisdē partibus æqualiter, id est, concorditer distributam. Propter q̄d alibi dicit missurū se angelos suos, ut colligant electos suos à quatuor uentis. Quod quid est, nisi à quatuor partibus mundi, oriente, occidente, aquilone & meridie? Tunica uero illa sortita, omnium partium significat unitatem, quæ charitatis uinculo continetur. De charitate autem locuturus Apostolus, supereminentiōrē, inquit, uisū uobis demonstro. Et alio loco ait

Ephe. s

Cognoscere autē supereminētē scientiæ charitatē, quæ est uinculū perfectionis. Si ergo charitas supereminētiōrē habet uiam, & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, merito uestis, qua significat de super contexta phibetur. Incōfutilis autē, ne aliqñ dissuatur. Et ad unū peruenit, quia in unū oēs colligit, sicut & apostolos. Cū esset em̄ ipse numerus duodenarius, i. quadripartitus inter eos, & oēs essent interrogari, solus Petrus respondit: Tu es Christus filius dei uiui. Et ei dicitur: Tibi dabo claues regni cæli. **Matth. 16**

lorum, tanquā ligandi & soluendi solus acciperet potestatem, cū & illud unus p̄ om̄ibus dixerit, hoc est, cum om̄ibus, tanquā personā gerens ipsius unitatis. Ideo unus p̄ om̄ibus, quia unitas est in om̄ibus. Vnde & hic cum dixisset [ de super contexta ] addidit [ per totū. ] Quod si referamus ad id quod significat, nemo eius est expers q̄ pertinere inueniatur ad totū quo toto, sicut græca indicat lingua, catholica uocatur ecclesia. In sorte autē quid, nisi dei gratia cōmendata est: Sic quippe in uno ad om̄es peruenit, cum fors omnibus placuit, quia & dei gratia in uno ad om̄es peruenit. Et cū fors mittitur, nō personæ cuiusq; uel meritis, sed occulto dei iudicio creditur. Et ideo ista nō aliqd boni significasse q̄s dixerit, quia per malos facta sunt, nō scilicet p̄ eos, qui Christum securi, sed qui sunt persecuti. Quid em̄ de ipsa cruce dicturi sumus, quæ certe similiter ab inimicis atq; impijs Christo facta & impacta est: & tñ ea significari recte intelligitur, quod ait Apostolus, quæ sit latitudo, lōgi **Ephes.** tudo, alitudo & pfundum. Lata est quippe, in trāuerso ligno, quo extēduntur p̄dentes manus, & significat opa bona in latitudine charitatis. Longa est, a trāuerso ligno usq; ad terrā, & significat perseue-

rantiam in longitudine temporis, usque ad finem. Alta est in cacumine, quod à trāuerso ligno sursum rursus extenditur, & significat supernum finem, quod cuncta opera referuntur: quoniam cuncta quæ latitudine bene ac perseveranter fiunt, propter altitudinem diuinorum faciendā sunt præmiorum. Profunda est etiam in ea parte, quæ in terra figitur, ibi quippe occulta est, nec uideri potest: sed cuncta eius apparentia & eminentia inde confurgunt, sicut bona nostra de profunditate gratiæ dei, quæ comprehendī ac diiudicari non potest, uniuersa procedunt. Sed & si crux Christi hoc solum significet, quod ait Apostolus, Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscētijs, quā magnū bonum est: nec tamen hoc facit, nisi concupiscens aduersus carnem spiritus bonus, cum illam crucem Christi fecerit inimicus, id ē, malignus spiritus. Postremo quid est (quod omnes noluerunt) signum crucis, nisi crux Christi? Quod signum, nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue aqua ipsa, ex qua renascantur, siue oleo quo chrismate unguuntur, siue sacrificio quo alūtur, nihil eorum uita perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur, quādo per crucem Christi, quam fecerūt mali, in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur? Crucifixo domino, posteaquam diuisio uestimentorum eius etiam missa sorte completa est, quæ deinde narrat Iohānes euangelista, uideamus. [ Et milites quidem hæc fecerunt: Stabant autem iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum uidisset

Gala. r

ergo Iesus matrem & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: **Mulier, ecce filius tuus.** Dein de dicit discipulo: **Ecce mater tua.** ] Hæc nimirum est illa hora, in qua Iesus aquam conuersurus in uinum, dixerat matri: **Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea.** Hanc itaque horam prædixerat, quæ tunc nondum uenerat, in qua deberet agnosci à matre moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc diuina facturus, non diuinitatis, sed infirmitatis matrem uelut incognitam reprehēdebat: **Nunc autem humana iam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano.** Tunc enim, qui Mariam creauerat, innotescebat uirtute: nunc uero, quem Maria pepererat, pēdebat in cruce. **Moralis igitur insinuat loquens, ita facit quod faciendum admonet, & exemplo suo instruit suos præceptor bonus, ut à filiis pijs impendatur cura parentibus, tanquã lignum illud, ubi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis.** Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. De semetipso dicens sic quippe commemorare solet, quod eum diligebat Iesus, qui utique omnes, seipsum præ cæteris familiariter diligebat, ita ut in conuiuio supra pectus suum residere faceret. Credo ut istius euangelij, quod per eum fuerat prædicaturus, diuinam excellentiam hoc modo alius commendaret. **Postea dominus sciens quia iam omnia consummata sunt, ut cõsummaretur scriptura, dicit: Sitio. Uas ergo politum erat aceto plenum. Illi autẽ spongiam aceto plenã hyssopo circumponẽtes, obtulerunt ori eius. Cũ ergo accepisset Iesus acetũ, dicit: Consummata est. Et inclinato capi-**

**te tradidit spm.** Quis potest quæ facit ita dispone  
 re, quomodo disposuit hō iste qui passus est? sed ho-  
 mo mediator dei & hominum, homo de quo prædi-  
 ctum legitur: **Et homo est, & quis agnoscit eū? Quo-**  
**niam omnes, per quos hæc fiebant, uidebant homi-**  
**nem, sed non agnoscebant deum.** Homo namq; ap-  
 parebat, quia dominus latebat. **Patiebatur hæc omnia,**  
**qui apparebat: & idem ipse disponebat hæc omnia,**  
**qui latebat.** **Vidit ergo, quoniam consummata sunt**  
**omnia, quæ oportebat ut fierent, antequam accipe-**  
**ret acetum, & traderet spiritum, atq; ut hoc etiã con-**  
**summaretur quod ait: Et in siti mea, porauerūt me**  
**aceto, sitio inquit, tãquam hoc diceret: hoc minus fe-**  
**cistis, date quod estis.** **Iudæi quippe ipsi erant acetū,**  
**degenerantes à uino patriarcharum & prophetarū,**  
**Tanquam de pleno uase, de iniquitate mundi huius**  
**impleti, cor habentes uelut spongiã cauernosis quo-**  
**dãmodo atque tortuosis latibulis fraudulentum.**  
**Hysopum autem, cui circumposuerunt spongiã ace-**  
**to plenam, qm̄ herba est humilis, & pectus purgat,**  
**ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus,**  
**quam circumdederunt, & se circumuentisse putauerūt.**  
**Vñ illud in Psalmo: Asperges me domine hysopo,**  
**& mundabor, Christi namq; humilitate mundamur,**  
**quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediēs pa-**  
**tri usq; ad mortem crucis, utiq; sanguis eius in remis-**  
**sionem peccatorum, hoc est, in nostram mundatio-**  
**nem non fuisset effusus. Nec moueat, quoniã spon-**  
**giam ori eius potuerunt admouere, qui in cruce fue-**  
**rat exaltatus à terra. Sicut enim apud alios euangeli-**  
**stas legitur, quod hic prætermisit, in arundine elic fa-**  
**ctum, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia le-**



natur. Per arundinē uero scriptura significat, quæ implebatur hoc facto. Sicut em̄ lingua dr̄, uel latina, uel alia qualibet, sonū significans qui lingua p̄mit, sic arundo dici potest litera, quæ arundine scribitur, sed significātius sonos uocis humanæ usitatis di-  
cimur linguas. Scripturā uero arundinē dici, quo mi-  
nus est usitatum, eo magis est mystice figuratum.  
[Cum ergo Iesus accepisset acerū, dixit: Cōsumma-  
tum est.] Quid, nisi quod paulo ante p̄phetia prædi-  
xerat: deinde, q̄a nihil remāserat, quod antequā mo-  
reretur, fieri adhuc oportebat. Tanquā ille, q̄ prātem  
habebat ponendi animā, & iterū sumendi eam, pactis  
om̄ibus, quæ ut pagerentur expectabat, inclinato ca-  
pite tradidit sp̄m. Quis ita dormit q̄n uoluerit, sicut  
Iesus mortuus est, q̄n uoluit? Quis ita uestē deponit  
q̄n uoluerit, sicut Iesus animam q̄n uoluit? Quis ita  
cum uoluerit obiit, quō obiit, q̄n uoluit Iesus? Quan-  
ta speranda uel timenda potestas est iudicantis, si ap-  
paruerit tanta morientis? Posteaquā d̄s Iesus per-  
actis om̄ibus, quæ ante suam mortē peragi oportere  
præsciebat, q̄n uoluit tradidit sp̄m. Quæ deinde se-  
cuta sunt, euāgelista narrante, uideamus. Judei er-  
go (inquit) q̄m parasceue erat, ut non remane-  
rent in cruce corpora sabbato. (Erat em̄ ma-  
gnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum, ut fran-  
gerentur eorum crura, & tollerentur.] Non curra tol-  
lerentur, sed hi quibus ideo frangebantur ut more-  
rentur, auferrētur ex ligno, ne pendētes in crucibus,  
magnum diem festū sui diurni cruciatus horrore  
fœdarēt. Venerunt ergo milites. 7 primi que-  
dem frugerunt crura. 7 alterius qui crucifi-  
gens est cum eo. Ad Iesum autem cum uen-

sent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. ] Vigilanter verbis euangelista usus est, non ut diceret, latus eius percussit, aut uulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, ut illic quodammodo uitae ostium panderetur, unde sacra menta ecclesiae manauerunt, sine quibus ad uitam, quae uera uita est, non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum, hoc lauacrum praestat & potum. Hoc praenunciabat, quod Noe in latere arcae ostium facere iussus est, quo intrarent animalia, quae non erant diluuium peritura, quibus praefigurabat ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de uiri latere dormientis, & appellata uirago, mater quoque uirorum. Magnum quippe significantur bonum, antea & magnam praeruaricationis malum, in habitu iacetis atque dormientis. Et hic secundus Adae inclinatio capite in cruce dormientis defluxit. Omors unde mortui reuiuiscunt.

**Facta sunt enim haec, ut scriptura impleretur: Quis non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem pupugerunt.** Duo testimonia de scripturis reddidit singularibus rebus, quae factas fuisse narrauit. Nam quia dixerat, [Ad Iesum autem cum uenissent, non fregerunt eius crura,] ad hoc pertinet testimonium: [Quis non comminuetis ex eo.] Quod praecipuum est eis, qui celebrare pascha iussi sunt, ouis immolatione in ueteri lege, quae dominicae passionis umbra praecesserat. Unde pascha nostrum immolaculus est, de qua & Isaias propheta praedixit: Si cuius ad immolandum ductus est. Item subiunxerunt at

dicens: [ Sed unus militum lancea latus eius aperuit. ] ad hoc pertinet alterum testimoniū, hoc est, [ Vi debunt in quem cōpunxerunt. ] Vbi promissus est Christus in ea, qua crucifixus est, carne uenturus.

Post hæc autem rogauit Pilatum Joseph ab Arimathæa, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad illum nocte primū, ferēs mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. ] Non ita distinguendū est, ut dicamus, primū ferens mixturā myrrhæ, sed hoc qd dictū est [ primū ] ad superiorē sensum pertinet. Venerat em̄ Nicodemus ad Iesum nocte primū, quod idē Iohānes narrauit in prioribus euāgelij sui partibus. Hic ergo intelligendū est, ad Iesum non tunc solū, sed tunc primum uenisse Nicodemum: uentitasse aut̄ postea, ut fieret audiēdo discipulus. Quod certe mō in reuelatiōe corporis beati Stephani fere omnibus gentibus declaratur. Erat autē ubi crucifixus est, hortus: & in horro monumētum nouū, in quo nondū quisquā positus fuerat. ] Sicut in Mariæ uirginis utero nemo ante illū uel post illū cōceptus ē, ita in hoc monumēto nemo ante illū, nemo post illū sepultus ē. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorū, quia iuxta erat monumentū, posuerunt Iesum. Acceleratā uult intelligi sepulturam, ne aduerserasceret, qñ iam propter parasceuen, quam cenam puram Iudæi usitatus apud nos uocant, facere aliquid non licebat.